BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
M1 A
50

Digitized by Google

MANVALE SODALITATIS B. MARIAE VIRGINIS,

OMNIBVS STVDIOSIS accommodatum:

NVNC PRIMVM A PATRIBVS Societ. IESV *Muſsiponti recentioribus* DEIPARAE *Miraculis exornatum, & plus dimidiâ parte auctum.*

Bibliothecæ Domus Romanæ Pauperum
Matris Dei Scholarum Piarum.



COLONIAE,
Sumptibus Bernardi Gualteri,
ANNO M. DC. XII.

Digitized by Google

8. 1. A. 50

Digitized by Google

AD

IVVENTVTEM LITTERIS VACANTEM IN GYMNASIIS

Societatis IESV, *admonitio de hoc nouo Manuali.*

ITA Sodalibus Parthenicis lectus eſt hic liber (ingenui adoleſcentes) vt aliquibus demptis, mutatoque ſæpius Parthenici vocabulo in Adoleſcentis nomen, adoleſcentibus omnibus, ijs præſertim qui pietati ac litteris vacant in gymnaſiis Societatis IESV, com-

Digitized by Google

munis eſſe poſſit: ſcilicet nō Parthenicorum modò cōmodo ſpiritali, ſed etiam veſtro conſulere volui. Tot in hoc Manuali addita ſunt quæ in priori deſiderari videbantur, vt pluſquàm mediâ parte auctius prodeat in lucem: remedia contra ea vitia in quæ pronior eſt adoleſcentia, præſertim contra luxuriam, præſcripſi & fusè deduxi; modum ſanctè omnia pietatis officia quæ obire ſolent adoleſcentes, præſtandi, legi; multa ad deuotam Euchariſtiæ ſuſceptionem & peccatorum cōfeſſionem vtiliſſima addidi; modum recte meditandi, facilem accommodatumq́; iuuentuti, meditationeſque aſcripſi,

Digitized by Google

e.

aſcripſi, in ſingulos anni dies diſtributas de omnibus materiis quarum commentatio videtur vtilior iuuentuti, ſcilicet de 4. nouiſſimis, de peccatis, de beneficiis DEI, & de præcipuis vitæ Chriſti beatæque Virginis myſteriis; modum piè ſimul & vtiliter ſtudendi adiunxi; deniq; hoc libro quaſi breui compendio, ex variis libris ſpiritalibus collegi omnia, quę vtilia fore iuuētuti, Deo & literis vacanti in Gymnaſiis Societatis IESV, iudicaui, ita vt liber hic, Manuale huius iuuentutis, non ſolius Sodalitatis iure poſſit nūcupari. nihil præter orationes varias, hymnos & ſimilia quæ vel ex Officio B. Virg.

Digitized by Google

facilè peti poſſunt, vel minus neceſſaria viſa mihi ſunt, ex priori Manuali omiſi; quæ tamen illius partē non minimam componebant, vnde ad duodecim ſolum folia ex primo Manuali in hoc manſerunt, & de nouo alia viginti circiter folia addita ſunt. Quæ ex integro de nouo addita ſunt in hoc Manuali, notata ſunt in Indice hoc ſigno * quæ ſolum aucta, hoc alio † iis quæ immutata manſerunt nulla nota eſt præfixa.

AD

Digitized by Google

D

AD PERILLVSTREM PRIMAM PRIMARIAM Congregationem Romanam B. Virg. Annunciatæ in Collegio Societatis IESV.

CONGREGATIO B. VIRG. Aſſumptæ Muſsiponti in Collegio eiuſdem Societatis recens inſtituta.

EVolat elatis in Solem fixus ocellis,
Virgine cumq; ſua grex nouus aſtra petit:
Lumina fouiſtis, teneras docuiſtis & alas;
I, pete maternos gratia blanda ſinus.

EADEM CONGREGATIO ad perilluſtres confœderatas Sodalitates.

HÆC quoq; Romanâ fœlix adoleſcit in umbrâ,
Parthenio vobis nomine iuncta ſoror:
Saluete, & faciles pariter date, ſumite dextras,
Fert placidi leges fœderis iſte liber.

EADEM AD SODALES SVOS.

Virginei fœtus, noua Matris cura Sodales,
Quos parilis florum *tam bene* cogit amor,
Creſcite; tanta fauis hac ſi fundamina, quantas
Huic dabitur ſacri tollere mellis opes

EADEM

Ad Iuuentutem Muſſipontanam.

SIS fœlix, clamat miſeros factura voluptas:
Fortiter, ô pubes, ſi ſapis, obde forem.
Ecce ſalutiferis inſtat ſapientia dictis;
Pulſanti latos feruida pande ſinus.

LIBRI EX QVIBVS LECtum eſt hoc Manuale.

F. Laurentij Surij Carthuſiani vita.
Stimulus virtutum D. *Guilelmi Baldaſani,* D. *Theologi.*
Exercitium Chriſtianæ pietatis authoritate Illuſtriſſimi Cardinalis Radiuilij collectum.

Inſti-

Digitized by Google

Inſtitutiones Chriſtiani P. Franciſci Coſteri Societatis I E S V.

P. Fuluij Androtij eiuſdem Soc opera.

P. Vincentij Bruni eiuſdem Societatis meditationes.

P. Hieronymus Natus eiuſdem Societatis.

P. Martini Delrij diſquiſitiones Magicæ eiuſdem Societatis.

P. Bonifacij Societatis eiuſdem hiſtoria Virginalis.

P. Annuæ litteræ Societatis I E S V.

* 5 IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRI.

PRÆFATIO de ſingulari beneuolentia B. Virg. erga Sodalitia Parthenica, miraculis multis conteſtata. 1.

* 1. Beata mors Sodalium Parthenicorum. 3.

* 2. Varia alia beneficia à B. Virgine in Parthenicos collata. 13.

* 3. Pœna data ob negligentiam & defectionem à Sodalitio. 18.

* 4 Beneficia varia propter Sodalitatẽ in non ſodales collata. 23.

CAPVT PRIMVM.

Erectio, Leges, Indulgentiæ, Congregationis.

PARS I. Bulla SS. D. N. Gregorÿ 13. Erectionis primæ Congreg. Romanæ. pag. 28.

2. Leges Congregationum B. V. 41.

3. Compendium Indulgent. 48.

Litaniæ variæ. 59.

CA-

Digitized by Google

F

CAPVT SECVNDVM
De cultu B. Virginis.

Pars I. *Non eſſe nouum, inſtitutum erigendi Sodalitates in honorem Virg.* Mariae. 71.
2. *Bona & vtilitates Sodalitatum.* 75.
3. *Quibus officiis colatur B. Virgo.* 80.
4. *Meditationes in 7. feſta B. Virg.* 85.
5. *Conſiderat. perelegans de B Virg.* 96.
6. *Virtutum B. Virg. breuis catalog.* 111.
7. *Ratio breuis commendandi ſe B. Virg.* 98.
8. *Myſteria Roſarij.* 109.
† 9. *Modus recitandi facilè Roſarij.* 112.
10. *Quid corona, eiuſque recitandi modus.* 117.
11. *Alius modus recitãdi Roſarium.* 1:9.

CAPVT TERTIVM.

Pars prima. *Conſiderationes administratoribus Sodalitatis perutiles.* 130.
2. *Quæ plurimum facere poſſunt ad bonã Sodalitatis adminiſtrationem.* 132.
3. De *obedientia exhibenda præfectis Sodalitatis.* 133.

CAPVT QVARTVM de Pœnitentiæ Sacramento.

PARS PRIMA. *Sacramenti huius neceſſitas.* 135.

2. *Quæ partes pœnitentiæ.* 138.

3. *Quatuor quæ abducere ſolent à Confeſſ. Sacramento.* 140.

4. *Certi caſus, quibus Confeſsio fit inualida.* 141.

5. *Documenta ad bene confitendum.* 142.

6. *Vtilitates & adiumenta Confeſſionis generalis.* ibid.

7. *Frequentis confeſſionis vtilitates.* 149.

8. *Quid faciendum ijs qui ſæpè confitentur.* 151.

9. *Aſpirationes ad miſericordiam DEI impetrandam.* 156.

* 10. *Breue examen pro iis qui ſæpè confiteri ſolent.* 160.

11. *Adiumenta emendationis vitæ.* 188.

12. *Documenta iis vtilia qui ſæpè confitentur.* 189.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.
De Sacramento Eucharistiæ.

PARS PRIMA. *Sacramenti huius dignitas, & fructus.* 196.
2. *Probatio ad hoc Sacramentum in quo sita.* 199.
3. *Intentiones variæ communicantium,* 202.
4. *Conſiderationes ad reuerentiam huius Sacr. vtiles.* 205.
5. *Aſpirationes deſiderium huius Sacram. excitantes.* 208.
6. *Quid poſt Comun faciendum.* 213.
7. *Quid in ipſa Commun agendum.* 217.
† 8. *Aſpirationes poſt Com.* 218.
* 9. *Varij modi deuotè communicandi.* 224.
* 10. *Modus communicandi cuiuſdam Virginis ſanctiſſimæ.* 227.
* 11 *Conſiderationes ſeu Meditationes* 16. *de ſacra Euchariſtia.* 238.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.
De Miſſæ ſacrificio.

Pars I. *Quam expediat ſacrificio Miſſæ ſæpe intereſſe.* 248.
2. *Modus primus audiendi ſacri.* 254.
3. *Modus alter audiendi ſacri.* 264.
4. *Quid dicendum de iis qui obiter ſacro interſunt.* 268.

CAPVT SEPTIMVM.
De feſtorum dierum exercitationibus.

Pars prima. *Quibus occupationibus feſtos dies tranſigere debeant ſodales.* 270.
2. *Peculiare exercitium erga ſanctiſſimam Trinitatem.* 271.
* 3. *Modus vtiliter audiendi verbum* Dei. 276.
* 4. *Modus deuotè recitandi officiū B. V. & alios Pſalmos.* 279.
5. *Vtilitates cœtuum publicorum* 283.
6. *De priuata ſodalium inter ſe conuerſatione.* 286.
7. *De piorum librorum lectione.* 287.

Digitized by Google

8. *Puncta aliquot circa venerationem ſanctorum.* 289.
9. *Quid ſibi velit ſanctorum electio, & diſtributio ſententiarum in ſodalitate.* 291.

CAPVT OCTAVVM.

De Matutinis & Veſpertinis precibus.

PARS I. *Quibus horis orandum.* 296.
2. *Exercitium matutinum.* 298.
3. *Exercitium diurnum.* 301.
4. *De Orationibus eiaculatoriis ſubinde per diem.* 310.
5. *Exercitium veſpertinum.* 318.
6. *De quotidiano conſcientia examine.* 320.

CAPVT NONVM.

De ſtudiis in litteris.

PARS I. *Quæ ſtudia tractare debeat Sodalis adoleſcens.* 324.
2. *Modus vtiliter tractandi ſtudia cũ emolumento ſpirituali & litterario.* 329.
3. *Quid quaq; diei hora faciendum.* 334.

CAPVT

CAPVT DECIMVM

De vitiis à quibus declinare Sodales adoleſcentesq; potiſſimè debeant, & primò de remediis contra luxuriam.

PARS PRIMA. *Quæ vitia potiſſimùm, declinare debeant.* 338

* 2. *Quanto ſtudio à Luxuria cauere debeant.* 342

* 3. *Primum remedium, contra luxuriam fuga occaſionum.* 347.

* 4. 2. & 3 *remedium, Cultus Deiparæ & vſus frequens ſacramentorum.* 360.

* 5. *Quartum remedium mortificatio.* 367.

* 6. 5. *Remedium, Conſideratio beneuolentiæ Dei erga caſtos.* 374.

* 7. 6. *remedium, conſider. dignitatis caſtitatis & fœditatis luxuriæ,* 380.

* 8. 7. *remedium, Conſid. exemplorum caſtitatis præſertim in adoleſcentibus.* 388.

* 9. 8. *remedium Meditatio nouiſſimorum.* 395.

* 10. *Alia remedia.* 399.

* 11. *Modus vtendi prædictis remedijs.* 402.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VNDECIMVM
Remedia contra alia vitia.

PARS I. *Remedia contra Gulam.* 408.
* 2. *Remedia contra ſuperbiam & inanem gloriam.* 411.
* 3. *Remedia contra inuidiam.* 415.
* 4. *Remedia contra Inobedientiam erga ſuperiores quoſcunque.* 417.
* 5. *Remedia contra Iram & impatiẽtiam naſcentẽ ſiue ex iniurÿs nobis factis, ſiue ægritudine, ſiue ex morte parentum, ſiue aliunde.* 420.
* 6. *Remedia contra odium.* 432.
* 7. *Remedia contra detractionem.* 433.
* 8. *Remedia contra iurandi conſuetudinem.* 434.
* 9. *Remedia contra Acediam* 446.
* 10. *Remedia pro ÿs quos pudet benefacere ob reſpectus humanos.* 448.
* 11. *Remedia generalia contra peccata, præſertim mortalia.* 451.
* 12. *Remedia ad extirpandos defectus particulares.* 453.
* 13. *De malis peccati venialis.* 455.
* 14. *Remedia ad cauenda peccata venialia.* 456.

* 15. *De mendacio & modo celandi aliquando veritatem ſine peccato.* 457.
* 16. *Quando in ſupradictis omnibus vitiis peccetur mortaliter, & quando venialiter.* 460.
* 17. *Qua ratione prædicta omnia peccata ſint explicanda in confeſſione,* 473.

CAPVT DVODECIMVM.
De virtutibus quibus lucere debent Sodales.

PARS I. *Virtutes quæ ſodales, adoleſcẽtes maxime, decent.* 477.
2. *Adiumenta ad has virtutes.* 485.
3. De *corporalibus miſericordiæ operib.* 489.
4. De *ſpiritualibus.* 491.
5. De *miſericordia erga infirmos, & quid in hora mortis faciendum.* 493.
6. De *Miſericordia erga defunctos.* 498.
7. Septem *ſuffragiorum genera pro defunctis.* 500.

CAPVT

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De deuotione & eius præcipuo actu, electione ſtatus vitæ.

PARS I. *Quid ſit deuotio & qui illius effectus.* 503.
★ 2. *Adoleſcentibus maximè deuotionē conuenire.* 506.
★ 3. *Quæ deuotionem excitent.* 509.
★ 4. *Statum vitæ cuiq; eligēdum ex Dei beneplacito.* 514.
★ 5. *Quomodo ſtatus vitæ ſiue ſæcularis ſiue religioſa ſit eligendus.* 518.
★ 6. *De diuerſis vitæ ſtatibus.* 525.
★ 7. *Modus dignoſcendi in rebus omnib. Dei voluntatem, & eligendi quod optimum eſt.* 539.
★ 8. *Conſiderationes ad eos quos* DEVS *ad vitam religioſam vocat, confirmãdes.* 541.
★ 9. *Alia conſideratio in eundem finem.* 559.
★ 10. *Alia conſideratio.* 570.
★ 11. *Alia conſideratio.* 572.
★ 12. *Ex ſanctorum Patrum dictis.* 588.

CAPVT

CAPVT XIV.

De Oratione tùm vocali, tùm mentali.

PARS I. *De orationis dignitate.* 598.
2. *De triplici genere orationis vocalis.* 600.
3. *Quæ iuuare poſſint orationem vocalem.* 603.
† 4. *Quid ſit Meditatio.* 607.
* 5. *Quam frequens debeat eſſe meditandi exercitium.* 609.
* 6. *De partibus meditationis.* 615.
* 7. *Adiumenta ad rectè meditãdum, meditationesq́ variæ de nouiſſimis, peccatis, beneficiis* DEI, *& myſteriis vitæ Chriſti.* 619. *& ſeq. vſq; ad finem.*

CON-

M

CONGREGATIO B. V. ASSVMPTÆ Muſſiponti recens inſtituta, ad Sodales ſuos,

DE SINGVLARI B. VIRG. aduerſus Sodalitia Parthenica, amore & prouidentia miraculis variis conteſtata,

PRAEFATIO.

NIHIL eſt quod ardentiores in animis noſtris amores, tum aduerſus Deiparã V. cui ſtato Sodalitatis ritu totos nos deuouimus, tùm aduerſus eius familiam parthenicam, in quam benigna fœcundaq́; Parens honeſtiſſimo filiorum loco, ſingulari beneficio, nos aſciuit, excitare, nihil quod vehementius ad inſtituti rationem & regulam hoc libro explicatam, quam oratione publice pronunciata, votis veluti quibuſdam, ſolenniter profeſſi ſumus, arctius in dies cõplectendam, queat vrgere; quam ſi omni-

 no per-

Digitized by Google

no perſuaſum altoq́; defixum pectore habuerimus, Dei Parentem, Nos, Sodalitiaq́; noſtra eximio proſequi amore, cura prouidentiaq́; complecti ſingulari. Nam cum amor omnis mutuum repoſcat amorem, ſolo amoris compenſetur pretio; ſane amor, isq́; ſingularis, eius quæ cœli terraq́; ſecundum Deum tenet imperium, erga nos, vicem amoris exigit iure ſuo ſingulari. Enimuero cum amorem hunc Parentis noſtræ erga pignora ſua multis certiſſimisq́; rationibus facile ſit euincere; nihil tamen efficacius, quam miracula recens à Virgine potentiſſima in Sodalium ſodalitiorumue gratiam edita, ob oculos noſtros poſita, poſſunt id perſuadere; tum quod plenius opere docetur quam ſermone, cum hic oculis ſolum mentis, illud pene etiam corporis quod probat ſubijciat; tum quia nulli dubium eſſe poteſt, quin Virgo potens & clemens, innumera dona, ſpiritalia præſertim, per ordinaria ſtatutaque à Deo media, ſcilicet per Sacramenta, orationes, virtutum opera, ad quæ obeunda precibus ſuis gratiam pro nobis à filio obtinet, deriuet; quæ non raro miraculis, ſuorum non modo ſubuenit neceſſitati, ſed gratificata etiam eſt pietati; tum denique quia quæ noſtra memoria, quæ coætaneis noſtris, quæ complexis eam quam ſequimur

vitæ

vitæ rationem, contigerunt; longe maiorem exciendi noſtros ad virtutem animos vim habent, quam quæ Antonijs, Hilarionibus aliiſque ſeueriorem amplexis viuendi regulam, longe repetita annalium memoria, euenerunt. Opera igitur pretium erit miracula à Parente noſtra bono noſtro recens edita in lucem publicam producere: producemus ex annuis litteris Societatis Ieſu, quæ fidiſſimi, certiſſimique ſunt veritatis nuncij & interpretes, ſcripta ſunt enim à Bencio aliiſque fidiſſimis ſcriptoribus, iuxta relationem acceptam à Patribus eiuſdem Societatis, qui in locis in quibus hæc miracula contigerunt, vitã agebant; & prædictis annis, aliqua horum miraculorum in ſuos libros de hiſt. Virg. tranſcripſit P. Bonifacius Societatis Ieſu.

Felices obitus Sodalium Parthenicorum.

A Congregatione Romana ordiamur. Romæ Henricus ab Haiden Canonicus Treuirenſis pari morum elegantia & nobilitate adoleſcens, cum ab extrema pueritia 7. annos in collegio Germ. egiſſet, inſtanter requiſitus à ſuis, reditum parabat in patriam, ſed veram illi patriam Deo deſtinante incidit in febrim, quæ

Ben. in anno Socie. 1586. in hiſto. collegii Germanici Romæ. Bonif. in hiſt. Virg. li. 4. c. 18.

*octauo die attulit mortem. Monitus à ſa-
cerdote de neceſſitate vltima (iam ante ſe
generali confeſſione præmunierat) ad A-
poſtoli Andreæ corpus, quod Malphi coli-
tur, pro valetudine peregrinationem vo-
uet, certam dein pecuniam ad crucem ar-
genteam ponendam in æde ſancti Apolli-
naris (is eſt collegij patronus, itemq́ ad
pallium, quó altare operiretur Deiparæ
virginis, in cuius erat ſodalitio, reliquit.
His rebus ita diſpoſitis cum ſomnus mul-
tis præſentibus oppreſſit. Poſt paulò euigi-
lans accerſito ſacerdoti, qui erat ei à con-
feſſionibus, ô pater, pater, inquit, quæ ego
vidi? Quæ? interrogat; ille; quæ nec oculis,
nec auribus, ſed nec vllo ſenſu percipi poſ-
ſunt. Tum, cum mouiſſet expectationem,
& iungerentur omnium preces, ſubiecit,
inter attonitum, lætumq́, ſed læto pro-
prior; Salus mea fuit in anguſto, at benig-
nitas B Mariæ Virginis, ſanctorumq́ An-
dreæ, Apollinaris & martyrum noſtro-
rum tutelarium in tempore mihi ſuccur-
rit: à dæmone ſum ductus ad iudicem; ma-
gna vis, cum ſolus eſſem, circumſtetit ac-
cuſatorum varia crimina obiectantium,
iam iamq́ exactor ſupplicii me pertrahe-
bat ad gehennam; cum abeſſet prope nihil,
quin eſſem miſerrimus, aſtitit miſericor-
diæ parens, & ad illos conuerſa; quò vos i-*

ſtum,

Digitized by Google

ſtum, aut quid vobis cum illo, qui tot annos mihi in mea congregatione ſeruiuit? conſecutus deinde Andreas, idem indignãs titulum obtendebat mei patrocinii quam voueram ad eius tumulum peregrinationem: Sanctus poſtremo Apollinaris cum cæteris Martyribus, quorum ſacroſancta reliquiæ ſunt in æde noſtra, vim inhibuit aduerſariorum, memorans crucem, quam proxime mandaui faciendam. Ita, quæ Deo eſt gratia, periculo ſimul ſomnoq; ſolutus ſum. Hæc cum dixiſſet exultans quarta fere poſt hora animam reddidit.

Alteri in morte apparet, præferens in tabella nomen eius ſcriptum litteris aureis, &c.

Anno 1590. dyſſenteria moleſta quædam lues Dilingæ in Germania, collegioq; Dilingano Societatis IESV incubuit, & vulgabatur contactu. Ea adoleſcentes quinquaginta laborarunt non nemo extinctus. Correptus eſt ex hoc numero quidam illuſtri familia, ſed magis virtute; cum intelligeret appropinquare mortem, ad vltimum ſe certamen comparabat ſub patrocinio Virginis, quæ & clientulo adfuit in tabula præferens eius nomen, & aliorum quorundam aureis litteris; addidit migrantem ad cælites poſt exactum breue

Benecius in hiſt. eiuſdem Coll. anno 1590. Bonif. lib. 4. cap. 18.

Digitized by Google

aliquod ſpatium in igne purgante. Narrauit hoc lætitia ac ſpei plenius ſacerdoti vicino: & ſacerdos illico: per ego Dei genitricis amorem rogo, vbi ad beatorum ſedem deueneris, his collegij incommodis (collegium erat conuictorum) tam grauibus ac diuturnis, finem à Deo impetrata, & quã noſtras propter noxas diuinam meremur iram auerte; recepit, & abijt. Mirum dictu ab eius diſceſſu, illo morbi genere nedum mortuus fuit aliquis, ne ægrotauit quidem.

Adoleſcenti Congregationis præfecto in morte apparet.

In annuis litteris. Bonif. lib. 4. ca. 18.

In collegio Heiligenſtadienſi in Germania anno 1590. Adoleſcens propter vitæ morumq; integritatem Præfectus ſodalitio parthenio grauiter decumbens, aſſeuerabat, viſam ſibi ſanctiſſimam Dei matrem, Petro Andreaq; Apoſtolis latera cingentibus, confirmaſſe ſine ſacro viatico non deceſſurum; viſum comprobauit euentus.

Bonif. in hiſt. eiuſdem coll. Bonif. li. 4. ca. 18.

Adoleſcentem è congregatione collegij Colonienſis, ornandis, venerandisq; ſanctorum imaginibus cubicularibus ſedulò deditum, acutus morbus lecto affixerat; ipſe interea totus in Deipara cogitatione fixus, eam tantum habebat in ore, quã

vnam

vnam habebat in mente: pridie quàm migraret, matrem appellat, ait viſam ſibi Virginem cum filio, quibus additus erat Angelus miniſter, ab ijs ſe acerſi. proinde eam hoc ſupremum orat, vt floſculos quos haberet domi acu pictos opere plumario ad Congregationem Dei Matris mittat: ipſe poſtridie vultu in eam partẽ conuerſo vbi cœleſte apparuerat viſum, ridenti ſimilis deceſſit.

Alteri mortis diem prædicit.

Hiſpaniam non omittamus. Bartholomæus Vergara Complutenſis conſpicui ciuis & Chirurgi Regis filius, in virg. ſodalitium in collegio Societatis Ieſu Sigoniæ aſcriptus, in morbum incidit, ex quo nunquam conualuit, pectus ita contrahi & fauces anguſtari ſunt cœpta, vt difficilis reſpiratio eſſet. In longum tempus producitur morbus. Cum in vigilia D. Michaelis Archang. Septemb. menſis cœnaret cũ Parentibus quatuorque ſororibus, ſibi multum negotij nocte illa imminere & inſtare prædixit. Nocte proxima media, Pater Bartholomæi diuini prouidentia numinis è ſomno experrectus, vbi ſolito more ingemiſcẽtem filium audiuit, ſurgit è lecto, & in filij cubiculũ, quod ſuo proximũ erat atq; contiguũ, feſtinanter ingreſſus,

Ex ann. Soci. Ieſu & ex lit. P. Gaſparis Pedroſæ Societ. eiuſdem, qui cuncta perſpexit, & ex P. Bonifacio de hiſtor. Virg. lib. 4. ca. 17.

Bartholomæum offendit in ſtrato ſedentē, & in brachia inclinatum, quod anhelandi difficultas cubare non ſineret, ac pene ſuffocaret. Percontanti vt haberet, morior, inquit, nec id affirmo fallaciter, Dei namque genetrix ita mihi prædixit, ſed nequaquam ſacris non procuratis. Quocirca Confeſſioni & Euchariſtiæ quamprimum opera danda eſt, & ſi enim in feriis naſcentis Virginis ſacerdoti me ipſe patefeci, & ſacroſancto Ieſu Chriſti corpore animum refeci, tamen idem mihi eſt hac ipſa nocte faciendum. Tum pater, cras fiet iſtud fili, in præſentia conquieſce. Minime vero, inquit, cras enim nullum mihi iam eſt; proinde P. Gaſpar Pedroſa è Societate Ieſu mihi aduocetur, apud quem pono peccata. Nox erat intempeſta, aduocatur Pater: Is interioribus quibuſdam, (vt ipſe narrabat poſtea) ſentiens ſeſe agitatum ſtimulis, quam ociſſime properat: Dum accedit, Bartholomæum defectio trina examinârat, ſed vbi pedem in languentis cubiculum Gaſpar intulit, reuixit ægrotus & Sacerdotem ſuum gratulabũdus excipit; illi illud idem de prædictione B. Virg iterat. Confeſſio ſecuta eſt, generalis illa quidem, & quæ octodecim annorum complecteretur hiſtoriam, ſed breuiter abſoluta ob conſcientiæ puritatem. Dũ con-

confitetur euocatur Parochi vicarius; momento temporis ille adeſt cum pixide ſacroſancta Euchariſtia, ducentis comitantibus, & in illa noctis inopportunitate cereis viginti lucentibus. Quin & illud obſeruatum eſt, quendam ignotum, & in illis medicis Vergara ædibus nunquam antea viſum, conſtituendis rebus diligentem operam nauaſſe, altare compoſuiſſe, candelas ac cereos domi accendiſſe, obſtupeſcẽtibusque domeſticis & dolore turbante nihil agentibus, omnia valde prudenter ordinaſſe. Percepta ſacra ſynaxi, eiuſdem ſacerdotis opera, qui parochi vicarius erat, ſacra vnctionis allatum tempeſtiuè ſacramentum; & ſi enim pater dubitabat medicina legibus ductus, nihilque vrgere ſentiebat, quamobrem vngendus eſſet, tamen quia Pedroſa confeſſarius minime ambigeret, quin illa vera eſſent, quæ adoleſcens ex Virgi[illegible]ore confirmarat, ad certamen mort[illegible]cramentorum vltimo roboratur. Quo ſumpto quandam Beata Virginis effigiem oſculari inſtitit, verbaque illo & tempore & loco digna proferre non intermiſit. Tandem ingraueſcente morbo loqui deſiit, & poſt ſeſqui horam expirauit. Is autem fuit habitus oris, & forma, vt nemo mortuum putaret, niſi qui immobilem aſpexiſſet.

BELGIVM, FINITIMAM prouinciam, Galliamque repetamus.

Ex Congregatione Gandenſi in Belgio, aiunt litteræ annuæ hoc anno Romæ acceptæ, diem clauſit extremum Vir domi nobilis, ordine ſenatorio clarus, Deiparæ Virg. admodum addictus. In vitæ huius termino, eo vitæ cœleſtis recordatio hominis mentem abſtulerat, vt nihil in hoc mundo habuiſſe videretur; accepto demũ ſalutari viatico, in hæc verba prorupit: Quid moror in terris? cur in Dei optimi amplexus illicò non feror? poſtulatam dein crucis imaginem complexus, & exoſculatus, humeris impoſuit, ſuauiſſimumq́ Ieſu nomen ingeminans, ſuauiter in Domino quieuit.

In annuis litteris 1595.

Diuionenſis ciuitas paucorum dierum itinere diſtat ab hac vrbe: Sodalis Parthenius Diuionenſis (ai[illegible] litteræ annuæ) lapſus in morbum, quo [illegible] ſacramentis & extrema vnctione munitus eſt, diuino viſu ſe recreatum eſſe teſtatus eſt, vidiſſe ſe non ſemel de die noctuque, Sanctos Iacobum, à quo nomen habet, & Philippum, quem coniunctim præcipua ſemper pietate coluerat, magno vtriuſque ſexus agmine comitante, quibus è Societate Ieſu præiret vnus, qui ſibi capite annueret.

Diuione

Diuione non longe diſtat Biſuntium, ſo fœlicem ſupracitata littera hoc anno Roma accepta referunt Sodalis Biſuntini exitum. Is præter loci conſuetudinem ſtatim ac morbo tentari ſe ſenſit Sacramenta ſuſcepit auide, & vultu ſemper hilari, ſuauiſſime de Deo dum verba facit, frequenter viſitur à multis, quibus imitandi ſtudium excitabat. Adeſt interea dies vltimus, cum aduigilantibus ægro ſodalibus quibuſdam, de repente in pugnam cum dæmone deſcendit, cum ea contentione, vt audirentur hæ voces: Non te offendam, Domine, non te offendam. Credo, credo: opitulare Virgo Maria: Ieſu bone miſerere mei; adiuua me; *& ſimiles: manu interim ita crucem vibrabat, vt ſi manus cum aliquo conſereret. Tandem velut è magna contentione reſpirans, ter,* victoria, *ingeminat. Rogatur, quid tandem rei? quieto reſpondet animo, à ſe quoſdam praeuntes videri, quos exoptaret & ſubſequi, ſi non conſequi: Angelos, interrogatus, fuiſſe dixit, ad quæ verba placidiſſime obdormiuit in Domino.*

Non diſſimilis fuit Dolæ (quæ vrbi Biſuntio proxima eſt, nec longe Muſſiponto diſtat) alterius ſcholaſtici Parthenici exitus. Is hora ante quam vitam In annuis in hiſtor. collegii Dolani ann. 1594.

expirauit, crucifixi dari ſibi ſignum poſtulauit: tempus extremi certaminis adeſſe: ait: Sodales qui ſibi aderent, anixe, orans, ne ſe eo tempore deſererent. Tum ad ſe ſuumq́ redienſ certamen, vocem illam iterum & ſæpius ingeminans, Credo, *quãto ad vitæ terminos accedebat propius, tãto à rerum, quæ fiebant, ſenſu, longius abducebatur. Itaque totus in ſuum certamẽ intentus, quod de S Hieronymo alijſque legitur, ſubinde illa poſtmodum & ipſe iterabat:* Non ita eſt, mentiris, *& quaſi in aduerſum inimicum, crucem, quam manu tenebat, tanquam telum intentabat. Ad extremum quaſi ſedata iam pugna, & parta victoria, tranquillo animo:* Quam bonum eſt, *inquit,* B. Matri in eius ſodalitio famulari: *abſtractuſq́ à præſentium rerum ſenſu, diuinæ bonitati gratias agens, animam emiſit. Quid tali morte optabilius?* quam bonum, *Sodales,* B. Matri in eius ſodalitio famulari, *quæ talem vitæ exitum ſuis præſtat: expectent hoc à Principibus qui illis ſeruitutem ſeruiunt arctiſſimam; fruſtra expectabunt. Sic ſic qui ſub auſpiciis B. Virgin. ſub ſignis parthenicis in hac vita militat, extremũ illum huius militiæ (vitæ ſcilicet præſentis) actum in ſodalitio concludit. Longum nimis foret, beneficia omnia quæ ſuis in*

mor-

morte præſtitit benigniſſima Parens, recẽ- In annuis lit. in hi. collegii Viennen. anno 1594.
ſere; ſolùm adyciam quod Vienna in Auſtria, aliquot ante annos contigit. Sodalis ibi parthenicus decumbebat, ad eum confirmandum extremo ille tempore quidam è Societate Ieſu cum veniſſet cœpit cum aſtantium voluptate incredibili B. Virg. præſentem compellare; illius ſibi aduentũ gratulari; oculisq́; in ſublime defixis, magna voce, ac maiore quàm pro viribus, in diuina matris laudem ſe effundere, & cũ magnam partem carminis (Salue Regina,) *percurriſſet, ſubiungit illa S. Eliſabethæ: vnde ſibi tantum bonum vt ad ſe veniret Mater Domini: multaq́; in eam ſententiam continuauit, Matris ſanctiſſimæ aſpectu exſiliens.*

2. Varia alia beneficia à B. Virgine in Parthenicos collata.

Operoſum nimis eſſet illa omnia perſequi, aliqua perſtringam. Benc. in ann Bonif. lib. 2. cap. 7.

Ex Sodalitio Auenionenſi quidam cũ iter faceret, incumbente nocte recepit ſe in diuerſorium, quod poſtea intellexit à latronibus obſideri, it cubitum, Deum orat ex conſuetudine, matremq́; adhibet aduocatam, vt ſe volens propitiusq́; tueatur. Nec vana precatio, nocte enim adulta, quanquam irrumpere conati ſunt homi-

nes malefici in cubiculum, quod patulum erat, neq; vna ex parte peruiũ, nunquam tamen aditum inuenire potuerunt.

Bene. in anno Bonif. lib. 3. cap. 5.

Sanat à vulneribus.

Peruſij in Italia Sodalis quidam, iuriſconſultus inſignis vita, famaq́;, dederat amico mutuam pecuniam. Cum differretur ſolutio, clementer repetebat, nec quicquam recipiebat, cunctante illo propter implicationem forte rei familiaris. Egregius interea debitor, cum deſperaret reddere debitum, quod pergrauabat, vt omni ſe moleſtia liberaret, conſtituit tollere creditorem. Captato tempore incurioſum occupat, domum eius cum ſica ingreditur, hac illum ſepties perfoſſum velut mortuum relinquit; ſed is quem beata Virgo protegebat, vim ferri non ſenſit. Penetrato ferrum veſtimento in cute haſerat, vna tantum plaga ſtrinxerat de corpore. Vocandus erat vulnerarius, noluit accerſi, ne ea res ſi fieret palam vulneratori obeſſet. Seruum iubet parare quæ curando vulneri erant opus. Sed cum res ipſa ſua ſe mole prodidiſſet, nihil æque ægrum habuit eius animum, quam vt ne crimen deferretur ad iudicem, ac ne quid grauius homini accideret, à quo fuerat vulneratus.

Bene. in ann.

Alium Sodalem Neapolitanum anno

1590.

Digitized by Google

1590. cum aliquando egreſſum domo circumueniſſent hoſtes inſidiis & diſpoſiti ſcloporum, omnis illorum impetus intra cutem ſtetit, parte ſolũ veſtitus ambuſta.

Alium ſeruat indemnem.

De alio Sodali collegii Neapolitani, in litteris annuis hoc anno Romæ acceptis aliud ſimile ſcribitur. Is infeſtiſſima armatorum iuuenum corona circumdatus, dũ in ſumma effugij deſperatione B. Virg ſe commendat, ſtatim ab ignoto quodam homine manu prahenſus, tractuſque in ædes ſuas, quæ proxime aderant, introducitur: hic hominem adhuc trepidantem vir ille ignotus admonet, vt timorem deponat, quo dicto ſtatim euanuit.

Vehebatur Sodalis Neapolitanus rheda, is neſcio quo caſu an ſuccuſſantibus rotis, cum è latere decidiſſet, (factum non caperet fidem niſi authorem haberet Ieſum & Mariam, quos ille in periculo nominauit) poſt earum tranſitum incolumis ſurrexit. Benc. in an. Bonif. lib. 3. c. 1.

Sodali ægroto ſanitatem reſtituit.

Ex Sodalium numero graui quidam laborabat morbo eoque magis timendo, quo vlcus erat interius; cæca tabe graſſante humanis remediis fruſtra adhibitis ad diuinam opem accurrit, Deiparam orat, vt quæ eſt poteſtate & miſericordia Bencius in annal. hiſt. coll. Dilingani. Bonif. li. 4. c. 12.

mo-

medicinam faciat, addit ad preces verberationem corporis. Hoc cum egiſſet, in paſchatis priuilegio corripitur ſomno, tum experge factus quaſi inciſa eſſet ſuppuratio, ſe perſanatum continuo intelligit, virulenta ſanie, qua latebat, eiecta.

Potionem præbet.

Bene. in annal. in hiſt. domus profeſſę Neapo. Bonif. lib. 3. ca. 3.

Anno 1588. Neapoli ex Sodalium numero vnus ægrotus in patriam remittitur, addidit ſe collega comitem illi & adminiſtrum quamuis ignoto. Ita noctu etiã, cubitum abeuntibus reliquis, ægrum ſeruabat, nec caruit ſolatio; viſa, vt dicitur, Deipara præbens potionem decumbenti; qui tamen cum & morbi pertinacia, & itineris incommodo fieret deterior, ſimul pro valetudine orauit virginem, in ſpem vitæ redire cœpit febri depulſa. Is nunc Neapolim reuertit confirmato corpore. Illa corpus, iſta magis animum ſpectant.

Peccatum in memoriam reuocat.

Bencius in ann. in hiſt. collegii Monach. anno 1588 Bonif. lib. 4. cap. 3.

Monachij ſodalis quidam cum in ſe inquirendi quid cogitaſſet, dixiſſet, egiſſet, omiſiſſet adhibito ſtudio recognoſceret, obſecraretq́ Reginam Angelorum vt omnia ſibi fas eſſet peccata confiteri, ne vno quidem prætermiſſo, ecce tibi ſublimi ante faciem orantis pagella decidit candore eximio, quæ minutis quidem literulis, ſed elabora-

boratis, quoddam illius peccatum expreſſerant. Hoc addito ſi illud apperiret, pieq; Roſarium recitaret in honorem Deiparæ, bene ſecum actum iri: auxit miraculum quod cùm ſodalis alter eius æqualis, parẽs, parochus; aliiq; conarentur, nunquam chirographum illud intelligere potuerunt.

Deniq; (quod à ſcholaſticis magni fieri meritò debet) B. V. ſuos ingenio fæliciori donat, eos in ſtudijs litterarum iuuat & promouet. De Sodalibus Herbipolitanis in Germania ſcribunt litteræ annuæ Societatis Ieſu, anni 1595. fuiſſe inter eos qui pietate multum, ingenio parum fœliciter inſtructi, B. Virg. ope implorata, naturæ tarditatem ſuperarunt. Ex iis vnus cum in humilioribus ſtudijs verſaretur, nec poſſet ob ingenii imbecillitatem facile emergere, peregrinationem milliariorum aliquot ad B. V. ædem & certum precationum penſum vouit; ita ſe adiutum ſenſit, vt in ſtudijs humanitatis & philoſophiæ, multis eorum quibus natura benigne admodum fauit, anteceſſerit, & tandem inter primos in Theologico ſtadio decurrentes numeratus eſt. Alter adoleſcens notæ ſatis & perſpectæ tarditatis eodem vſus B. V. confugio, acuratius ſolito ſacro Miſſæ colendo ſacrificio, ſacrisq; myſteriis frequentandis ſanctisq; obeundis precibus ſe dedidit; ita In iiſdem litteris annuis.

bis

his ſtudijs mentem excitauit, vt ad primos ſui ordinis veniret; qua cognita res, multum condiſcipulorum pietatem excitauit. Sane quod in omnibus gymnaſiis Societ. Ieſu Parthenij primam in litteris laudem referant, non illorum ſolum ingenio & diligentia (quanquam & ipſa pietas diligentiores eos reddat) ſed etiam auxilio B. Virg eſt aſcribendum.

3. Pœnę datæ ob negligentiam & defectionem à Sodalitio.

Quanta cura ſit Patrona noſtra ſuorum Clientum cœtus, non beneficia modò, ſed vindictæ teſtantur. Ab iis quibus Sodalitatis ineundæ inſpirat deſiderium, ſi differant vocanti reſpondere, & dare nomen ſodalitio indiligentiæ pœnas exigit; & in deſciſcentes à Sodalitio grauius animaduertit.

Benc. in ann. de hiſt. collegii Louan. Bonif. lib. 2. cap. 14.

Quidam Louanij cum ad Sodalitatem vocaretur, nec vellet aſcribi, antequam vt Parentes ſalutaret excurreret in patriam, captus eſt à prædonibus in itinere. Putauit hanc eſſe pœnam cũctationis ſuæ. Igitur concubia nocte cum religione voti ſe Deo obligaſſet, cuſtodibus altum dormientibus, diſſolutiſque vinculis capeſſit fugam. Mox incolumis opitulatrici Virg. votum exoluit.

Qui-

Quidam in vrbe Gandienſi in Hiſpania nomen ſuum dare ſodalitio recuſauerat. Is nocte proxima vigilans, ita intimis ſenſibus angi premiq́ cœpit, vt ſibi animã agere videretur: & quanquam initio ſodalitatis recordatio animum ſtimulabat; in propoſito tamen permanebat. At cum rurſus eodem angore premeretur vehemẽtius, vt frigido ſudore manaret totus, viſo etiam ſplendore quodam, omnino ſtatuit apud ſe ſodalitatem inire, ſicq́ angor omnis abſceſſit; poſtridieq́ mane, vbi rem omnem, uti geſta fuerat, expoſuit, in ea receptus eſt. In annuis litteris hoc anno Roma acceptis, in hiſt. collegii Gãdienſis.

Quæ ſic ſuccenſet & animaduertit in Parthenii candidatos indiligentes quidem, non tamen deponentes animum ſodalitatis ineundæ; quam grauius ſuccenſebit, quàm infeſto erit animo, quam graues exiget pœnas ab ijs, qui, non canditati ſed cooptati ab ea in familiam ſuam, à ſodalitate omnino deſciſcunt! ſpretoque, quem oratione publice coram Virgine, tota eius aſtante familia pronunciata, profeſſi erant, famulatu, confringunt iugum, dicunt non ſeruiàm? Crebra, contumacia huius vltrices, inflicta pœna, caſus miſeri plurimorum, ſatis iratũ Virginis oſtendunt animũ. Fruſtra huius vindicta hic aſcriberẽ exẽpla; nõ opus eſt ea ex anna-

annalibus vltima repetita memoria e-ruere; quotidiana ſunt, obuia ſunt: Ex ipſo perilluſtri Sodalitio in hac celeberrima Vniuerſitate Muſſipontana iamdiu ſub auſpicijs Virg Annunciatæ inſtituto, exempla huius rei peterem, ni recens adhuc eorum extaret memoria; reuocarem in mentem quod 3. ab hinc annis contigit; quendam dicti Sodalitij expunctum albo, decimoquinto circiter poſt die fluminis aquis obrutum perijſſe; alium 10. circiter ab hinc annis, eodem excluſum parthenio, ſimilem pœnam mortis ſcil. contumaciæ ſimilis luiſſe. Perſtringam quod annuæ litteræ hoc anno Roma acceptæ referunt. Quidam Ingolſtadienſi parthenio nunciū miſerat, præſto adfuit Deiparæ vltio, ipſo die purificatæ Virg ſacro (quo vindicta clarior foret) ignis vindex neglectæ fidei deſertoris induſio adhæreſcit, miſerum ſemiurit, fruſtra ignem excutere nitentem ſocioſque in opem aduocantem; agnoſcit ſed ſerò, reus ſe deſerti ſodalitij pœnas luere; poſt aliquot dies ex tam acri vſtione moritur. Duobus ab hinc annis quidam deſciuerat Dolæ à Sodalitio; vltionem verebatur ſæpe cœleſtem; non redibat tamen, ad ſaniorem mentem: quarto circiter mē-ſe à defectione, duobus enſis ictibus lethifere impetitus, agnita cæleſti vindicta

extin-

extinctus eſt. Multa alia poſſent adferri; qui pedem imprudens Sodalitio extulit, ſi ſapit citò referat. Vt iuſta, ita miſericors Virgo eſt, parcet pœnitenti. Vnicum adÿciamus exemplum, quod & vindictam iuſtam Virg. in ſontes, & clementiam euincit in reſipiſcentes Exceſſerat è ſodalitate Ingolſtadienſi cauſſa non iuſta vnus; praſto diuina affuit animaduerſio. Dum iter facit, equo excuſſus tam graui caſu alliditur ad terram, vt Medici non minus quàm triennÿ curatione luxati artus in ſuas ſedes reſtitui poſſe affirmarent. Miſer ſuo malo doctus, contumaciam ſuam reprehendit, ſpondetq́ꝫ quamprimum ſodalitio ſeſe redditurum. Voto concepto, dolor remittit, ager breui conualeſcit.

In annuis lit. in his collegii Ingolſta.

Animaduerſiones hæ, Virg. prouidentiæ erga Sodalitatem clare arguunt; eandem non minus videtur euincere quod iam aſcribo ſupplicium cuiuſdam ſcholaſtici, ſodalitatis re minima abutentis. Quanta enim cura erit Parthenium Virg quando tantam etiam minimorum quæ ad Parthenium ſpectant, rationem habet? Diſcant etiam inde Sodales, quanta cura obire debent parthenica munia.

De

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

De ſupplicio cuiuſdam ſcholaſtici congregationis parthenicæ rebus abutentis.

Bene. in ann. in hiſt. collegii Hiſpalenſis. Bonif. li. 5. cap. 1.

In Sodalitiis, quod neminem fugit, deligitur vnus, qui ſit particeps & conſcius rerum omnium quæ decernuntur, easque litteris mandat, ab arcanis dicitur. In Congregatione porrò Hiſpalenſi, adoleſcẽs, qui hoc munere fungebatur, duos ad hanc rem deſtinauerat calamos ſcriptorios inſigni ornatu, etenim caules detractis plumulis aureo filo ſericoq; diſtinguebantur inuicem permixtis. Horum alterum ſubripuit vnus de ſodalibus iuuenili furto. Cuius & ſi ſæpe pulſabatur cogitatione animus, vt poſthabitis rebus omnibus ſe Deo conſecraret in aliquo cœnobio, præualente amore in mulierculam quandam, aliud agebat. Ad eam aliquando cum inſtituiſſet ſcribere, ac furtiuum calamum ſumpſiſſet manu, ſenſit ſibi verberari os excuſſiſſima plama; ſimulq; vox ad aures etiamne ſceleſte, rem mihi dicatam temerare audes impuro auſu? Attonitus hac pronunciatione, ac verbere; vt ſe collegit iuuenis, reuertit ad calculos quos pene abiecerat, vt amplecteretnr inſtitutũ Franciſcanæ religionis; manſit ad aliquod dies memor notæ plagæ acceptæ, vt appareret ab alia vi quadam maiore, quam ab humana, impactam.

4. Be-

4. Beneficia varia ob conceptum deſiderium Sodalitatis ineundæ, vel ob propenſionem in Sodalitatem, confert.

Hanc eandem V. beneuolentiam arguunt, intuitu concepti ſolum deſiderij Sodalitatis ineundæ, beneficia, è multis pauca perſtringam. In collegio Dolano anno 1590. ægrotus adoleſcens cum à præceptore monitus vouet pro valetudine ingreſſum in congregationem, reualuit. Ibidem anno ſequenti iactabatur alius febri per aliquot menſes quæ ei videbatur mortem allatura; venit in mentem votum dicandi ſe miſericordiæ matri in eius ſodalitio, ſtatimq; mortis periculo & continuatione febris liberatus eſt In litteris annuis hoc anno Roma acceptis, quendam ſcribitur emiſſo voto in Sodalitatem collegij Anicienſis in Gallia, ingrediendi, è morbo huo detinebatur conualuiſſe. Eadem litteræ referunt, aliũ quendã adoleſcentẽ morti proximũ multis lachrymis Sodalitatem Biſuntinã in Gallia propoſciſſe; aſcribitur, extẽplò morb. à cõcepto deſiderio remiſſus. Alius Pariſiis an. 1584 ſimili voto à demẽtia liberatus eſt. Hic valetudinis vitio furere adeò cæperat vt exerceri putaretur à dæmone, præſertim ꝙ cũ latine neſciret, mẽs tamẽ furibunda latina verba fundebat; In ann. litt. in hiſt. coll Dola.

Digitized by Google

conſtringitur à ſuis; accerſitur Sacerdos Societatis Ieſu qui ſodalitio praerat Matris Dei. Cum eo confeſſionem inſtitutam peccatorum perſequi vſque ad extremum per amentiam non licuit; cum paululum remiſiſſet furor ſpopondit, ſi conualeſceret nomen ſe Sodalitati daturum; cum iterũ morbus vrgeret ad B. Ildeberti vinctus effertur, ibi tum B.V. tum huius ſancti patrocinim imploratur; priſtinæ valetudini reſtitutus eſt æger, Sodalitati, vt ſpoponderat ſe dicauit. Friburgi in Germania an.1598. quidam è ſcalis ſemimortuus deciderat, germanus eius frater, ꝑ fratris ſoſpitate B.V. precatur, ſe nomen ſodalitio daturũ vouet: votum ratum habetur, æger incolumis ſibi reſtituitur: retractabat poſtea votum exſoluere, pecunias pro voto offerebat, donec ancilla furore neſcio quo acta, dominum inuadens differentem cõpulit ſe Sodalibus adiungere. Plura ſimilia poſſem ex annuis litteris ſæpe citatis eruere, ſimilibus enim miraculis creberrime Virgo benigna oſtèndit quàm charum habeat Parthenium cuius ineundi deſiderium tam gratum habet. Addam & aliud beneuolentiæ ſignum, benefica eſt in alienos erga Parthenia beneficos, quanto magis in familiæ ſuæ candidatos? quanto magis in alumnos? Vnum referam miſſis

In ann. litteris.

alijs

aliis, in huius rei fidem, exemplum ex annuis litteris hoc anno acceptis petitum. Herbipolenſi Congregationi in Germania (aiunt illa littera) alioqui votiua munera obtulerunt; aliqui morituri particulam ſua hæreditatis in ſodalitatem tranſcripſerunt, non ſane fruſtra; idem enim hic qui legatum D.V. reliquerat, reddita pro hæreditario dono mercede, cæleſtes conſolatores in vita exitu habuit. Aſtabant morienti duo è Societate IESV, quibus ſubitò ille, Aperiantur ſubitò feneſtra, non auditis ſuauem ſanctorum Angelorum cantum? qua in voce animam latus expirauit. Sed quid Sodales Sodaliumq́ officia grata eſſe B Matri allatis miraculis contendimus? vocem ipſius V. Dola anno 1591. emiſſam cordis interpretem audiamus. Viro cuidam pio (inquit Bencius) erat filius diſſimilis Patri, pater humanis remediis ad correctionem filij fruſtra tentatis, ſancte expiatus, perceptaq́ Euchariſtia, rem multis precibus Deo commendat. Auditus eſt eo ipſo die puer Chriſtum Dominum videre viſus increpantem, ac ni patri ſtatim pareat, mutata viuendi ratione, atrocia minitantem. Illicoq́ correptus eſt grauiſſima febri, qua annum durauit. Ea vtcunq́ relenatus,

In annuis lit. Bonif. lib. 3. de hiſt collegii Dolani.

tus, cum Dolam, & litterarum ſtudia repetÿſſet, oblitus Dei minarum, neſcio quomodo à congregationis præfecto oratus eſt, vt exſcriberet Sodalium nomina, non ſine diuino nutu cum ipſe è delecto numero non eſſet. Hoc dum perficit attente & diligenter (audite miraculum, quod patres Societatis Ieſu audiſſe ſe de eodem puero affirmante perſcribunt) offert ſe ei ſpectandam beatiſſima virgo, Hoc age, *inquit,* rem mihi gratam facis, nec ego vſquam tibi abero. *Hoc viſo territus, lætatuſque auide adſcribi in Sodalitium petit, nec niſi poſt longam probationem admiſſus. Non vnam fuiſſe obiectam ſpeciem, vocemq́; rebus oſtendit. Quæ tam charum habuit Parthenicum hoc officium ab alieno præſtitum, quanto chariora habet ſimilia & alia maiora ab alumnis & filÿs ſuis præſtita? quanto ipſos alumnos chariores? quam ſuauiſſimo eos diliget amore? eo ſane quo mater & benigniſſima mater, filios ſui amantiſſimos; glorientur qui voluerint, nobili parentum mortalium ſtemmate, potentia, amore: nos, Sodales, Deiparam, potentiſſimam cœli terraq́; reginam. gloriemur habere noſtri amantiſſimam, noſtram ſpeciali prærogatiua. Parentem; nos noſtraq́; illi eſſe acceptiſſima.*

Quiq;

Quisq; hæc vt ſibi à B. Virg. dicta crebro proponat : Hoc age, *veri ſodalis officium exequere, exhibe te vere Parthenicum, id eſt, pietatis virtutumque omnium cultorem egregium*, rem mihi gratam facis, nec ego vſquam tibi abero.

CAPVT I.

Digitized by Google

CAPVT I.

INSTITVTIO, LEGES, ET INDVLGENTIAE CONGREGATIONVM B. VIRGINIS, QVÆ in collegiis Societatis IESV ſunt inſtitutæ, atq; à Sede Apoſtolica approbatæ.

PARS PRIMA.

ERECTIO PRIMARIAE CONGREGATIONIS IN Eccleſia annunciatæ Beatiſſimæ Virginis MARIÆ *Collegij Romani Societatis* IESV, *cum indulgentijs, & cum facultate aggregandi quaſuis alias Congregationes ſimiles pro Generali Præpoſito.*

GREGORIVS EPISCOPVS, ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

OMNIPOTENTIS DEI Saluatoris noſtri, qui ex pietatis ſuę ſuperabundãtia fidelium mentibus cœleſtis

leſtis inſpirationis gratiam, & deuotionis ardorem, ad diuinæ Maieſtatis obſequia, & piorum operum exercitia ſalubriter peragenda, continuò infundit, exemplo adducti, in eam paſtoralis officii curam cogitationemque ſedulò incumbimus, per quam ipſorum fidelium fructuoſis huiuſmodi operibus, & exercitiis vacantium, religio, & deuotio continuum ſuſcipiat incrementū: iiſque votiua ſalus proueniat animarū.

1. Alias ſiqnidem per nos accepto. quod complerique probi & pii adoleſcente bonarum litterarum ſtudiis in Collegio noſtro Societatis IESV de vrbe inſiſtentes, ſingulari erga beatiſſimam MARIAM Virginem Dei genitricem affectu ducti, ac etiam Lectorum & magiſtrorum ſuorum ſpiritualibus cohortationibus ad id accenſi, Eccleſiam Annunciationis eiuſdem Beatæ MARIÆ, in corpore ædificiorum dicti Collegii conſiſtentē, certis ſtatutis diebus, & horis frequentare, & cum eximia deuotionis ſinceritate, cordiſque contritione conſcientiā ſuam per Confeſſionis & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ miniſterium expurgare, ac diuinis officiis, colloquiis, & exhortationib. ſpiritualibus, aliiſq; piis, & ſalutaribus operibus vacare ſoliti erant.

1. Primordia Congregationis ſtudioſorū.

 2. facto-

2. Aliorũ concurſus. 2. factoque inde ad illorum exemplum maiore aliorum concurſu mutuis ſtudiis ſe inuicem conſociauerant. Nos, vt pium hoc inſtitutum peramplius coaleſceret, iiſdem & aliis Chriſti fidelibus huiuſmodi ſpiritualibus operibus, & exercitiis pro tempore addictis, nonnullas Indulgentias, & peccatorum ſuorum remiſſiones conceſſimus; prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Præpoſiti Generalis dictæ Societatis petitio continebat, in diuerſis mundi partibus, & præſertim inſignioribus Europæ ciuitatibus, eiuſdem Societatis collegia ad Iuuentutem bonis moribus & virtutibus ornandam, ac vera pietate, ſacraque doctrina imbuendam propagare, illorumque externi ſcholares ibidem ſtudiorum cauſa confluentes, optima deuotionis & piorum operum huiuſmodi exercitia feruenti ſtudio imitari; & exinde multiplices fructus ad Dei gloriam ipſiuſque diuini nominis cultum, ac Beatæ MARIÆ Virginis honorem, nec non publicam ſalutem & ſpiritualem conſolationem prouenire cœperint, & operæ precium ſit, vt quẽadmodum piarum, & fructuoſarum exci-

excitationũ huiuſmodi inſtitutũ à Scholaribus dicti Collegii de vrbe, quod noſtris auſpiciis,& impẽſis magnifico ædificiorum,& ſtructurarũ opere,à fundamentis innouatur & exſtruitur, primordiũ ſuũ in dicta Eccleſia Annunciationis Beatæ MARIÆ habuit; ita quoq; inibi eorundẽ ſcholariũ primaria Cõgregatio, ſeu primariũ Sodalitiũ, ſub titulo eiuſdẽ Annũciationis B. MARIÆ ad laudabile eorũ in piis operibus,& officiis huiuſmodi ſtudiũ,noſtris beneficiis & Indulgentiarum præmiis,conſeruandũ ac augendũ, ſtabiliatur,& inſtituatur;pro parte ipſius Præpoſiti nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt præmiſſis annuere, & deſuper oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur religioſum ipſorũ ſcholariũ, & in his ſpiritualibus exercitiis ſtudiũ piæ voluntatis affectu proſequi volẽtes, ipſumq; Præpoſitũ à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſẽtẽtiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit,ad effectũ præſentiũ dũtaxat conſequendũ, harum ſerie abſoluentes,& abſolutum fore cẽſentes; Nec

non litterarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati in eadem Eccleſia vnam ſeu vnum externorum Scholarium dicti Collegii noſtri, ac etiam aliorum Chriſti fidelium Societati prædictæ deuotorum primariam. 3. Congregationem ſeu primariū Sodalitium ſub titulo Annunciationis B. MARIÆ huiuſmodi, quæ ſeu quod per prædictum & pro tempore exiſtentē Præpoſitum Generalem prædictæ Societatis, ſeu illo defuncto donec alius ad officium Præpoſiti Generalis huiuſmodi Canonicè aſſumatur, per Vicarium etiam Generalem eiuſdem Societatis dirigi debeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò, ſine tamen ipſius Societatis præiudicio erigimus & inſtituimus. Vt autem primaria Congregatio ſeu primarium Sodalitium huiuſmodi per gratiarum & munerū cœleſtium largitionem, deuotionis, ac pietatis iugiter proficiat incrementis, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, 4. qui deinceps in Sodales eiuſdem primariæ Congregationis, ſeu

pri-

primarii Sodalitii recipientur; tam die receptionis eorum, ſi ſanctiſſimum Eucharistiæ, Sacramentum in prædicta Eccleſia, aut vbicunque potuerint, eo die ſumpſerint, quàm in mortis articulo, nec non ipſis, ac omnibus & ſingulis aliis vtriuſque ſexus Christi fidelibus etiam vere pœnitentibus & confeſſis, ſacraque Communione refectis, 5 qui Eccleſiam prædictam die feſtiuitatis eiuſdem Annunciationis Beatæ MARIÆ à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis ipſius feſtiuitatis deuote viſitauerint, & inibi pro Reipublicę Christianæ conſeruatione & augmento, Hæreſum extirpatione, Principumque Christianorũ mutua & vniuerſali pace, ac nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis proſperitate, vel alias preces, prout vnicuique ſuggeret deuotio, ad Deum deuotè effuderint. 8. Inſuper iiſdem ſodalibus ſimiliter verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in Natiuitatis & Aſcenſionis, Domini nostri Ieſu Christi, ac Annunciationis, Aſſumptionis, & Cōceptionis: Nec non Natiuitatis B. MARIÆ Virginis Feſtis diebus prædictum ſanctiſsimum Sacramentum, ibidem vel alibi acceperint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam &

Digitized by Google

miſſionem Apoſtolica auctoritate, & tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur; ipſiſque Sodalibus, 7. qui de eorum numero exiſtentium, vel aliorum Chriſti fidelium defunctorum corpora ad ſepulturam Eccleſiaſticam aſſociauerint, aut infirmi vel impediti, audito ſigno campanæ, genu flexi, ſi per 8. infirmitatē licebit, orationem Dominicā, & ſalutationem Angelicā, pro ſalute animæ defuncti vel corporis infirmi, recitauerint; nec non qui 9. congregationibus tam publicis, quā præſentiatis, ac Diuinis officiis, ſpiritualibuſque 10. colloquiis, exhortationibus, 11. & aliis piis officiis etiā in Sodalis, ſeu aliorū Chriſti fideliū defunctorum ſuffragium, per primariam congregationē, ſeu primarium Sodalitium ordinandis, & ab ipſo Præpoſito ſeu Vicario Generali approbandis: quique diebus feriatis 12. MISSAE SACRIFICIO interfuerint, aut Veſpertino tēpore antequā cubent. 13. Conſcientiam ſuam diligēter examinauerint, ſeu pauperes, 14. infirmos tā Sodales, quā alios in Hoſpitalibus, vel priuatis domibus, nec non carceratos viſitauerint, 15. aut pacem inter inimicos conciliauerint, quoties horum quoduis fecerint, vnum

annum

Digitized by Google

annũ de iis iniunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis Apoſtolica auctoritate & tenore ſimilibus etiã miſericorditer in Domino relaxamus; 16. Quaſcunq; alias præſentib. non expreſſas Indulgentias, & peccatorũ remiſſiones, etiã plenarias, & relaxationes Scholarib. & prędictis ratione dicti eorũ Inſtituti, vel alias in cõmuni per Nos, & Sedẽ Apoſtolicã quomodolibet cõceſſas, reuocando & abrogãdo. Inſuper ne prefati Sodales, ſi aliquãdo eos ab ipſa Vrbe abeſſe, vel alibi cõmorari cõtingat, huiuſmodi Indulgentiarũ & aliarum gratiarũ ſpiritualium effectu, & fructu fruſtrati remaneant, iiſdẽ 17 Sodalibus extra Vrbem vbiuis locorum pro tempore cõmorantibus, vt in locis vbi eos pro tẽpore reſidere ſeu morari cõtigerit, opera prædicta, quæ ipſi Sodales in Vrbe præſentes, pro ſingularum Indulgẽtiarum, remiſſionum & relaxationum huiuſmodi conſecutione obſeruare deberẽt apud Eccleſias eorundem locorum, aut alibi prout poterunt obſeruando, & exequendo, omnes eaſdẽ Indulgentias, Remiſſiones & relaxationes habeant, & illæ iis pariter ſuffragentur; nec non tam in Vrbe præſentes, quàm alibi vbiuis locorum commorantes, Soda-

les primariæ Congregationis, ſeu primarii Sodalitii huiuſmodi, qui ſingulis Quadrageſimalibus & 18. aliis anni tẽporibus, ac diebus Stationum Eccleſiarum dictæ Vrbis, & extra illius muros quæ à Chriſti fidelibus pro conſequendis indulgentiis, & remiſsionibus viſitari ſolent, dictæ Societatis, ſi ibi fuerit, alioquin aliam Eccleſiam ſeu Capellã in locis vbi eos pro tempore reſidere ſeu morari contigerit, vt præfertur, deuote viſitauerint, & ibi ſepties Orationẽ Dominicam, & ſepties ſalutationem Angelicam recitauerint, tot, & eaſdem indulgentias conſequantur quas conſequerentur, ſi iiſdem temporibus & diebus, ſingulas Eccleſias dictæ Vrbis, & extra illius muros huiuſmodi, pro iiſdẽ ſtationibus & indulgentiis conſequendis deputatas perſonaliter viſitarent, ac omnia, & ſingula, quæ pro huiuſmodi gratiarum cõſecutione, quomodolibet requiruntur plene adimplerent. Præterea iiſdem 19. Præpoſito, ſeu Vicario Generali, pro tempore exiſtenti, vt in quibuſuis aliis dictæ Societatis Collegiis extra vrbem prædictam per vniuerſum orbem nũc & pro tempore erectis, ſeu eorũ Eccleſiis, pro eorundẽ piorum operũ incremento, quaſcunq; alias, ſeu quæ-

quæcunq; alia Scholarium ibidẽ litterarum ſtudiis inſiſtentium, & aliorum Chriſti fidelium ipſi Societati deuotorũ congregationes, ſeu Sodalitia, ſub eo titulo Annunciationis B. MARIÆ quæ ab ipſa primaria congregatione, ſeu primario Sodalitio, tanquam membra à capite dependeant, Autoritate noſtra, ſine tamen Societatis aut Collegiorum, & Eccleſiarum huiuſmodi præiudicio erigere, & inſtituere, illaſq; ſeu illa eidem primariæ Congregationi, ſeu primario Sodalitio, eo. aggregare, ac eis ſic erectis, inſtitutis, & aggregatis, eorumq; Sodalibus prædictas ac omnes, & quaſcunque alias Indulgentias, peccatorum remiſsiones, relaxationes, gratias, & facultates tam ſpirituales quam tẽporales à nobis, dictaq; ſede primariæ congregationi, ſeu primario Sodalitio de cætero concedendas, ita vt Sodales aliarum Congregationum, ſeu aliorum Sodalitiorum, huiuſmodi obſeruantes, & exequentes ea, quæ ipſius primariæ Congregationis, primarii Sodalitii Sodales pro Indulgentiis, remiſsionibus, & relaxationibus, huiuſmodi, conſequendis obſeruare, & exequi debent, eaſdem Indulgentias, peccatorum remiſsiones, & relaxationes pariter conſequantur, fa-

Digitized by Google

cultate aggregandi & gratias, huiuſmodi aliis cõcedendi duntaxat excepta cõmunicare. Nec non tã primariã ſeu primarium, quam omnes & ſingulas ei aggregandas congregationes, ſeu omnia & ſingula ei aggregãda ſodalitia huiuſmodi per ſe vel alium, ſeu alios eiuſdem Societatis Presbyteros idoneos ad id ab eo deputandos 21. viſitare, & pro earum felici ſtatu, regimine, & directione, quęcunque 22. ſtatuta, conſtitutiones, & decreta, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus & Concilii Tridentini decretis non contraria, nec non ab ipſo Præpoſito, ſeu Vicario, ſi per alium vel alios deputandos huiuſmodi fiant, 23. examinanda & approbanda edere; ac poſtquam edita fuerint, quoties pro eorum & temporum qualitate, aut alias expediens ei videbitur immutare, corrigere, moderari, & reformare, aut alia ex integro condere liberè, & licitè valeat, eiſdem auctoritate Apoſtolica & tenore perpetuo concedimus, & indulgemus; decernentes ſtatuta, conſtitutiones & decreta huiuſmodi poſtquam edita, immutata, correcta, moderata, reformata, & condita fuerint ab omnibus Sodalibus prædictis inuiolabiliter obſeruari debere, ac 24. præſentes litteras ſub quibuſcunque ſimilium, vel diſsimilium

Digitized by Google

indulgentiarum, & aliarum gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus etiam in fauorē Baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, ſeu Cruciatæ Sanctæ aut alias per Nos, vel alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, aut dictam Sedem etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu ad quorumuis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum & aliorum Principum inſtantiam pro tēpore quomodolibet factis minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de nouo cōceſſas eſſe & cenſeri; Nec non omnibus quos illæ cōcernunt ſuffragari debere. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquā quauis auctoritate ſcienter, vel ignorāter contigerit attentari, 25. Non obſtantibus præmiſſis, & noſtra de Indulgentiis, ad inſtar non concedendis, ac aliis conſtitutionibus & ordinationib. Apoſtolicis, cęteriſq; cōtrariis quibuſcūq; pſentibus perpetuis futuris tēporibus duraturis 26. Volumus aūt vt earundē preſentium tranſumptis etiā impreſsis acce-

cretarii ipſius Societatis vel Notarii publici manu, & perſonę alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel pro tēpore exiſtentis Præpoſiti, aut. Vicarii Generalis eiuſdem Societatis ſigillo munitis, eadem prorſus fides, vbique locorum in Iudicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi eſſent adhibitæ vel oſtenſæ; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, conceſsionis, elargitionis, relaxationis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ab beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurū. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ, 1584. Nonis Decembris. Pontificatus noſtri Anno tertio decimo.

Pro Reuerendiſſimo D. Summatore A. Iuſtus.

Regiſtrata apud Io. Baptiſtam Secretarium.

Io. Baptiſta Canobius.
Alex. de Alexijs.
Iacobus Ximenez Secr.

PARS

PARS SECVNDA.

LEGES CONGREGATIONVM B. VIRGINIS, quæ in Collegiis Societatis IESV inſtituta, atque à Sede Apoſtolica approbata, varijs Indulgentijs, & gratiis exornata ſunt ex Romano exemplari paucis comprehenſa.

I.

CVM Beatiſsima Virgo Dei mater huius Congregationis patrona, illam defendere ac fouere exiſtimanda ſit, quippe miſericordiæ mater, quæ ſe diligentes diligat, & ad eam piè ac religioſè confugientes tueatur ac protegat; propterea par eſt, in primis, vt eiuſdem Sodales non modò illam præcipua veneratione atque honore proſequantur; Verùm etiam vitæ, morumque integritate, virtutum illius præſtantiſſimarum exempla imitari conentur; atq; vt ſæpius inter ſe agentes, mutuò ſe ad eius amorem & cultum ſtudeant impellere, & ardentem quandã in ſuis animis excitare cupiditatem ſanctiſsimi illius nominis extollendi.

II. So-

Digitized by Google

II. Sodalitatem adminiſtrabit vnus ex Patribus Societatis IESV, & Præfectus ipſius Congregationis duorum aſſiſtentium ope atque conſilio. Accedet his præterea Secretarius vnus, aliique duodecim, vbi ſit numeroſa ſodalitas; vel ſex; vbi fuerint pauciores; quorum erit officium ac munus Præfecto in cōſultationibus, & in adminiſtranda Sodalitate præſtò eſſe. Quare debitum illis omnes honorem deferent pro cuiuſque dignitate, & in rebus ad ſodalitatem pertinentibus obtemperabunt.

III. Quoniam huius Congregationis finis eſt virtus, pietaſque Chriſtiana, & in litterarum ſtudiis progreſsiō; ad quem finem aſſequendum, ſacramētorum ſanctiſsimorum frequentia perutilis eſt: ideo quicunque dare nomina ſodalitati voluerint; antequam recipiantur, Generali confeſsione, totius vitæ delicta expiabunt, ſi id nunquam egiſſent antea; vel certè, quæ à poſtrema generali cōfeſsione peccata comiſerint, cōfitebuntur: Niſi tamen confeſsio huiuſmodi iuſtis de cauſis omittenda, vel differenda Confeſſarii iudicio videretur. Deinde Sodales omnes confitebuntur peccata, & ſacram Euchariſtiam ſument primo quoque Dominico cuiuſque

ſuiſque menſis; Præterea verò idẽ agent certis quibuſdam Domini noſtri, eiuſque ſanctiſſimæ matris Feſtis diebus atque ſolẽnitatibus; Natali videlicet Chriſti die, Circuncisionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Corporis Domini: Die immaculatæ Conceptionis B. Virginis ſacro, itemque eiuſdem Natali, & Annunciationis feſto, die Purificationis & Aſſumptionis, die autem natali vel ſancti Ioannis Baptiſtæ, vel SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; dieque Sanctorum omnium ſolenni. Poteſt tamen aliquis ex diebus his Feſtis enumeratis, loco primæ cuiuſque menſis diei Dominicæ, ſumi; ſi quando in eandem Dominicam Feſtus ille dies incideret, aut ab illa certe non procul abeſſet. Officiales tamen præcipui, qui ſuprà recenſiti; Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta plus aliquanto quam alii frequentabunt, ut illorum Patri ſpirituali videbitur.

IV. Dominicis diebus vnà omnes conuenient, ac horam circiter in agẽdo de rebus ſpiritualibus ponent, ea ratione quam Pater Societatis, qui Sodalitatem adminiſtrat, & Præfectus Sodalitatis præſcribent.

V. Antequam agendi quicquam in con-

conuentibus initium fiat; pronuntiabitur hymnus SANCTI SPIRITVS, cum eiuſdem Antiphona, verſiculo, & oratione: item aliqua recitabunt ex Anphonis cum verſiculis, & oratione B. Virginis earum quas in extremo eiuſdẽ officio Eccleſia ſacroſancta pro varietate temporum adhibere conſueuit. Congregationem vero concludent vel eiuſdem Virginis Litaniæ, vel hymnus AVE MARIS STELLA, cum oratione, DEFENDE QVÆSVMVS, &c.

VI. Quotidiè quoad licebit, MISSÆ SACRIFICIO interſint: ſumpta vero dictis ſupra diebus ſacra Euchariſtia, quartam horæ partem in precatione mentali ſeu vocali, pro ſua quiſque commoditate ac deuotione collocabit.

VII. Quotidie manè, vbi è lectulo ſurrexerint, poſteaquam Deo pro acceptis ab eius diuina maieſtate beneficiis, tum generalibus, tum præcipuis ac propriis gratias egerint; ter orationem dominicam, & angelicam ſalutationem in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis pronunciabunt, ſemelque ſymbolum Apoſtolorum, & SALVE REGINA, præter alias pias preces, quibus vti quiſque de confeſſarii conſilio poterit. Veſperi autem antequam ſe ad quietem, ſomnumque

que conferant, primum quidem conſcientiam examinabunt, deinde verò ter Pater, & Aue, ac ſemel pſalmum, De profundis, pro defunctorum animabus pronunciabunt.

VIII. Suadetur autem omnibus, quoniam ipſi maiorem quandam perfectionem quàm cæteri profitentur; vt maius quoque ſtudium in actionibus piis, & Chriſtianis adhibeant; cuiuſmodi eſſent: ſæpius peccata confiteri, crebriuſque ad ſacram Chriſti Corporis menſam accedere, Officium B. Virginis, aut Roſarium recitare, mentali orationi nonnihil temporis tribuere, die Sabbati Litanias B. Virginis recitare: carcerem itidem, noſocomia ſiue Hoſpitales domos viſere, Chriſtianæ doctrinę elemēta rudibus explicare, aliaque id genus pia obire munera; in quibus vel pro ſua quiſque conditione ac pietate ſaparatim, vel cuncta ſimul ſodalitas poterit exerceri: quemadmodum Pater, qui Sodalitati pręeſt, inſtituerit atque ſuaſerit, ſuperiore Collegii approbante.

IX. Cum è Sodalibus aliquis ægrotauerit; cum tum Præfectus inuiſendū, & ſanctis Eccleſiæ Sacramentis muniēdum curabit; tum omnes Domino ſuis precibus commendabunt. Quod ſi eum con-

contigerit è vita diſcedere, Sodales illius funus ad ſepulturam proſequentur. Deinde quo primum die commodum fuerit, mortuorum officium pro eodem, vel ſimul omnes in oratorio ſi fieri poſſit, recitabunt; vel certè per ſe vnuſquiſque ſeparatim, per octo autem dies Pſalmum de profundis cum oratióne pro defunctis, pro illo dicent ſemel quotidie ſinguli. tota denique ſodalitas Miſſæ defunctorum ſacrificium pro eius anima ſemel ſaltem offerendum curabit.

X. Si quem à loco, in quo Sodalitas eſt, recedere contigerit, Patrē admoneat aut Præfectum: quod ſi cōmodè poſſit, à tota quoque Congregatione aut Præfecto litteras patentes poſcat, vt ab aliis quoque ſódalitiis, quo ſe fortè ſit collaturus, tanquam vnus è ſodalibus recipiatur. Et quoniam velut vnus adhuc è ſodalium numero, etiam abſens, meritorum ſodalitatis eſt particeps; æquum erit, vt interdum de ſe ſuiſque rebus faciat reliquos certiores, ac ſeſe ſodalium precibus commendet.

XI. Se inter ſe omnes vera, & ſincera caritate diligant, curentque vt pacem, fraternamque concordiā tueantur; atq; vt in dies in veris Chriſtianiſque virtutibus progreſſum faciant. Vt hoc autem faci-

facilius aſſequantur plurimum proderit Sodalitatis conuentus frequentare, eiuſdem exercitationes non prætermittere, cum iis crebrò verſari à quibus iuuari poſſint, improborum conſuetudines, & quaſcunque occaſiones vitare, vnde illis detrimentum aliquod poſſet adferri: (quales ludi ſunt, rixæ, contentiones, murmurationes, aliaque incommoda quæ bonum Sodalitii nomen & exiſtimationem labefactant;) Sed enitantur potius vt in conſuetudiue, morũ honeſtate, in actionibus denique omnibus ita ſe gerant, vt eos dignos eſſe quilibet arbitretur, qui ſint in beatiſſimæ Virginis tutela, in cuius congregatione verſantur.

XII. Quo facilius hæc ſtatuta legeſque ſeruentur; non modò quiſque eas apud ſe domi habeat & ſubinde legat; ſed quoties Præfectus nouus ac reliqui Officiales deligentur, publicè in Oratorio recitentur. Conetur porrò quiſque illis parere quam diligentiſſime.

BRE-

Digitized by Google

BREVE COMPENDIVM INDVLGENTIARVM CONGREgationis *B. Virginis, à Sede Apoſtolica conceſſarum, ex Bulla eius erectionis excerptum.*

INDVLGENTIA.

PLENARIA.

I.

QVO die in Sodalitatem quiſpiā recipitur, ſi verè pœnitens & cōfeſſus fuerit, eodemque die Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerit, in Eccleſia vbi prædicta Sodalitas fuerit, vel vbi potuerit, Plenariā omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſsionem conſequitur.

II. Item in articulo mortis.

III. Quicunque Sodales; aut qui ſunt extra Sodalitatem Chriſti fideles vtriuſque ſexus verè pœnitentes & confeſsi, ac ſacra Communione refecti, Eccleſiā ſeu Capellam orationum, ſeu locum vbi erunt, in die Annunciationis B. MARIÆ, vel alterius ſolennitatis, inuocationis ſeu tituli, ſub quo vnaquæque Sodalitas erecta ſit; à primis eiuſdem diei

dici veſperis vſq; ad ſolis occaſum eiuſdẽ feſtiuitatis piè viſitauerint;& ibidem pro Reip. Chriſtianæ conſeruatione & augmento, pro hæreſum extirpatione, Principum Chriſtianorum mutua & vniuerſali pace, ac Romani Pontificis proſperitate orauerint, vel alias preces pro ſua quiſque deuotione effuderint, Indulgentiam plenariam conſequũtur.

IV. Item Sodales qui feſtis diebus Natalis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& Annunciationis, Aſſumptionis, Conceptionis & Natiuitatis B. MARIÆ Virginis verè pœnitentes & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ibidem vel alibi ſumpſerint.

INDVLGENTIAM VNIVS ANNI CONSEQVVNtur *Sodales toties quoties.*

I.

CORpora Sodalium, vel aliorũ Chriſti fidelium ad Eccleſiaſticam ſepulturam proſecuti fuerint.

II. Item infirmi vel impediti, qui audito ſigno campanæ,genuflexi,ſi per

C infir-

infirmitatem licebit, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro ſalute animæ defuncti vel corporis infirmi recitauerint.

III. Qui cœtibus tũ publicis tum priuatis IV. Qui diuinis officiis V. Qui ſpiritualibus colloquiis & exhortationibus.	interfuerint.

VI. Qui piis officiis Sodalium, vel aliorum Chriſti fidelium defunctorum per ipſam congregationem ordinandis, & à R. P. Generali Societatis Ieſu, vel eius Vicario approbandis interfuerint.

VII. Qui Miſſæ ſacrificio diebus feriatis interfuerint.

VIII. Qui conſcientiam ſuam diligenter examinauerint veſperi antequã cubitum eant.

IX. Qui pauperes infirmos tam Sodales, quam alios in Hoſpitalibus, vel priuatis domibus viſitauerint.

X. Qui carcere detentos viſitauerint.

XI. Qui pacem inter inimicos conciliauerint.

XII. Omnes Indulgentias conſequuntur Sodales ſtationum Eccleſiarũ vrbis ſiue intra, ſiue extra muros illius; Si diebus Quadrageſimæ, & aliis anni tem-

Digitized by Google

temporibus, ac diebus ſtationum huiuſmodi. Eccleſiam Societatis Ieſu, ſi ibi fuerit, alioquin aliam Eccleſiam, ſeu Capellam in locis, vbi eos pro tempore eſſe contigerit, deuotè viſitauerint, & ibi ſepties orationem Dominicam, & ſepties Angelicam ſalutationem recitauerint.

Has omnes Indulgentias conſequi poterunt Sodales vbiuis locorum commorantes, ſi apud Eccleſiam eorundem locorum aut alibi, vt ante dictum eſt, recitent 7. Pater noſter & 7. Aue MARIA, ad huiuſmodi indulgentias conſequendas. Vi huius conceſſionis concedũtur Sodalibus nunc ſequentes indulgẽtiæ, in ſingulos menſes hoc ordine diſtributæ, hæc enim ſunt indulgentiæ ſtationũ vrbis Romæ.

MENSE IANVARIO.

1.	Circumciſio Chriſti Domini,	plen.
	& inſuper	154000. anni.
6.	Epiphania Domini,	plen.
	& præterea	158000. anni.
14.	In feſto ſancti Felicis,	1000, anni.
16.	S. Marcelli,	plen.
	& præterea	1000 anni
17.	S. Antonii Abbatis,	plen.

18. S.Priſcæ Virg.& mart. plen.
20. S.Fabiani & Sebaſtiani. plen.
21. S.Agnetis, 1000.anni.
22. SS.Vincentii & Athanaſii, 40.anni.
25. Conuerſio ſancti Pauli, plenaria.
28. S.Agnetis ſecundò, 200.anni.

MENSE FEBRVARIO.

2. Purificatio B.MARIÆ Virg. plen.
5. In feſto ſanctæ Agathæ, 28.anni.
22. Cathedra S.Petri, plen.
24. S.Mathiæ, plen.
28. S Benedicti, 100.anni.

MENSE MARTIO.

7. S.Thomæ Aquinatis, plen.
12. S.Gregorii Papæ, plen.
16. S.Ioſephi, plen.
24. Vigilia Annunciationis, plen.
25. Annunciatio B.MARIÆ V. plen.

MENSE MAIO.

Singulis diebus Dominicis menſis huius plenaria.

1. SS.Iacobi & Philippi, plen.
3. Inuentio S.Crucis, plen.
6. S.Ioannis ante portā latinam, plen.
8. Apparitio S.Michaelis, plen.
Aſcenſio Chriſti, plen.

IVNIO

Digitized by Google

IVNIO MENSE.

Singulis Diebus Dominicis huius menſis plen.

2. S.Marcellini, 1000.anni.
12. S.Barnabæ Apoſtoli, 600.anni.
15. S S. Viti, Modeſti, & Creſcentii, 100. anni.
24. Natiuitas S.Ioannis Baptiſtę, plen.
26. S S.Ioannis & Pauli martyrũ, 1000. anni.
28. S.Leonis Papæ, 1000.anni
29. S S.Petri & Pauli, plen.
30. Commemoratio S.Pauli, plen.

IVLIO MENSE.

1. Vigilia Viſitationis, plen.
2. Viſitatio B.MARIÆ Virg. plen.
9. Octaua eiuſdem feſti, plen.
14. S.Bonauenturæ, plen.
17. S.Alexii, plen.
20. S.Margaritæ, 300. anni.
21. S.Praxedis, 2000.anni
22. S.Mariæ Magdalenæ, plen.
23. S Apollinaris, 100 anni.
24. S.Chriſtinæ, 40.anni.
25. S.Iacobi Apoſtoli, plen.
26. S Annæ, plen.
27. S Pantaleonis, 48.anni.
28. SS.Nazarii & Celſi, 3.anni.
30. S S.Abdon.& Senen. 8000. anni.

AVGVSTO MENSE.

1. S.Petri ad vincula, plen.
3. Inuentio S Stephani, plen.
4. S Dominici Confeſſoris, plen.
5. S.Mariæ ad Niues, plen.
8. SS.Cyriaci, Largi, & Smaragdi, mart. plen.
10. Laurentii martyris, plen.
11. S.Claræ Virginis, plen.
14 Vigilia Aſſumptionis B.Virg. ad veſperas, plen. Deinde ob feſtum D. Euſebii, 1000. anni.
15. Aſſumptio B. MARIAE Virg. plen.
Singulis diebus ab Aſſumptione ad Septembrem, 43. anni.
Ad Natiuitatem verò 12. anni.
Dominica intra Octauam Aſſumptionis, plen.
22. Octaua Aſſumpt, plen.
24. S.Bartholomæi, plen.
& inſuper, 3000. anni.
28 S. Auguſtini, plen.
29. Decollatio S. Ioannis, plen.
& inſuper, anni 100.

MENSE SEPTEMBRI.

7. Vigilia Natiuitatis, plen.
8. Natiuitatis B. MARIÆ Virg. plen.
14. Exaltatio ſanctæ Crucis, plen.

Ob

Ob feſtum S. Euſemiæ, 1000. anni.
20. SS. Euſtachii. &c. 1400. anni.
21. S. Matthæi Apoſtoli, plen.
& inſuper 14000. anni.
27. Coſmæ & Damiani, 7000. anni.
29. S. Michaelis Archangeli, plen.

MENSE OCTOBRI.

4. S. Franciſci, plen.
18 S. Lucæ Euangeliſtæ, plen.
28. SS. Simonis & Iudæ, plen.

MENSE NOVEMBRI.

1. Feſtum omnium Sanctorum, plen.
2. Die Fidelium defunctorum, plen.
8. Octaua Sanctorum omnium, plen.
9. Dedicatio S. Saluatoris, plen.
12. S. Martini, 3. anni.
18. Dedicatio Baſilicæ S. Petri, plen.
21. Præſentatio B. MARIÆ Virg. plen.
22. S. Ceciliæ, plen.
23. S. Clementis Papæ, plen.
25. S. Catharinæ, 1000 anni.
30. S. Andreæ Apoſtoli, plen.

MENSE DECEMBRI.

4. S. Barbaræ, 1000. anni.
5. S. Sabbæ Abbatis, 100. anni.
6. Sancti Nicolai, plen.
7. S. Ambroſii, plenaria: & præterea

1000. anni. Tum verò propter vigiliã Conceptionis B. Virg. ad veſperas, plen.

8 Conceptio B. MARIÆ Virg. plen.

21 S. Thomæ Apoſtoli 300. anni.

24 Vigilia Natalis Domini, plen. & præterea 158000 anni.

25 Die Natiuitatis Domini in prima & ſecunda Miſſa plenaria: & præterea in prima, ſecunda & tertia Miſſa 159000. anni.

26 S. Stephani, plenaria: & ſupra 158000 anni.

27 S. Ioannis Euangeliſtæ, plen. præterea 158000 anni. Tum verò liberatio animæ ab igne purgatorio.

28 SS. Innocentum, plenaria: & ſuprà 155000 anni.

31 S. Syluestri, 158000 anni.

Indulgentia Stationum non plenaria, feſtorum mobilium ab Aduentu ad Quadrageſimam.

SIngulis diebus Dominicis Aduentus, 159000 anni.

Singulis diebus quatuor temporum aduentus, 159000 anni.

Dominica Septuageſimæ, 158000 anni.

Dominica Sexageſimæ, 155000 anni.

Ab

Ab initio Quadrageſima ad feſtum Paſchatis.

SIngulis diebus 158000 anni, præterquam his, quibus ſoli 155000 anni, nempè die Cinerum, ſequenti die Veneris, die Martis poſt Dominicam ſecundam, die Lunæ poſt quartam Domin. ſequenti die Mercurii poſt 5. Domini. die Lunæ poſt Dominicam in ramis palmarum.

Hiſce diebus promerentur Sodales ſolùm Indulgentia annos 154000.

DIe Lunę poſt Cineres, prima Dominica quadrageſimæ, die Lunæ poſt ſecundam & poſt tertiam Dominicã, item die Martis ſequenti, die Lunæ ſequenti, die Lunæ poſt 5. Dominic. die Martis ſequenti, die Lunæ ſec. die Veneris Dominica tertia in Quadrageſima 150000. anni, quarta verò 1160.

A Paſchate ſunt 158000. anni indulgentiarum his diebus.

Die ipſo Paſchatis ac ſequenti nec non vſque ad Dominicam in albis incluſiue, præterquã die Martis, quo 1550. anni.

Digitized by Google

BREVE COMPENDIVM INDVLGENTIARVM CONGREgationis B. Virginis, à Sede Apoſtolica conceſſarum, ex Bullæ eius erectionis excerptum.

INDVLGENTIA. PLENARIA.

I.

QVO die in Sodalitatem quiſpiã recipitur, ſi verè pœnitens & cõfeſſus fuerit, eodemque die Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerit, in Eccleſia vbi prædicta Sodalitas fuerit, vel vbi potuerit, Plenariã omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſsionem conſequitur.

II. Item in articulo mortis.

III. Quicunque Sodales, aut qui ſunt extra Sodalitatem Chriſti fideles vtriuſque ſexus verè pœnitentes & confeſsi, ac ſacra Communione refecti, Eccleſiã ſeu Capellam orationum, ſeu locum vbi erunt, in die Annunciationis B. MARIÆ, vel alterius ſolennitatis, inuocationis ſeu tituli, ſub quo vnaquæque Sodalitas erecta ſit; à primis eiuſdem diei

dici veſperis vſq; ad ſolis occaſum eiuſdē feſtiuitatis piè viſitauerint; & ibidem pro Reip. Chriſtianæ conſeruatione & augmento, pro hæreſum extirpatione, Principum Chriſtianorum mutua & vniuerſali pace, ac Romani Pontificis proſperitate orauerint, vel alias preces pro ſua quiſque deuotione effuderint, Indulgentiam plenariam conſequūtur.

IV. Item Sodales qui feſtis diebus Natalis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Annunciationis, Aſſumptionis, Conceptionis & Natiuitatis B. MARIÆ Virginis verè pœnitentes & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ibidem vel alibi ſumpſerint.

INDVLGENTIAM VNIVS ANNI CONSEQVVNtur *Sodales toties quoties.*

I.

CORpora Sodalium, vel aliorū Chriſti fidelium ad Eccleſiaſticam ſepulturam proſecuti fuerint.

II. Item infirmi vel impediti, qui audito ſigno campanæ, genuflexi, ſi per

C infir-

Digitized by Google

infirmitatem licebit, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro ſalute animæ defuncti vel corporis infirmi recitauerint.

III. Qui cœtibus tū publicis tum priuatis IV. Qui diuinis officiis V. Qui ſpiritualibus colloquiis & exhortationibus.	interſuerint.

VI. Qui piis officiis Sodalium, vel aliorum Chriſti fidelium defunctorum per ipſam congregationem ordinandis, & à R. P. Generali Societatis Ieſu, vel eius Vicario approbandis interſuerint.

VII. Qui Miſſæ ſacrificio diebus feriatis interſuerint.

VIII. Qui conſcientiam ſuam diligenter examinauerint veſperi antequā cubitum eant.

IX. Qui pauperes infirmos tam Sodales, quam alios in Hoſpitalibus, vel priuatis domibus viſitauerint.

X. Qui carcere detentos viſitauerint.

XI. Qui pacem inter inimicos conciliauerint.

XII. Omnes Indulgentias conſequuntur Sodales ſtationum Eccleſiarū vrbis ſiue intra, ſiue extra muros illius; Si diebus Quadrageſimæ, & aliis anni tem-

temporibus, ac diebus ſtationum huiuſmodi. Eccleſiam Societatis Ieſu, ſi ibi fuerit, alioquin aliam Eccleſiam, ſeu Capellam in locis, vbi eos pro tempore eſſe contigerit, deuotè viſitauerint, & ibi ſepties orationem Dominicam, & ſepties Angelicam ſalutationem recitauerint.

Has omnes Indulgentias conſequi poterunt Sodales vbiuis locorum commorantes, ſi apud Eccleſiam eorundem locorum aut alibi, vt ante dictum eſt, recitent 7. Pater noſter & 7. Aue MARIA, ad huiuſmodi indulgentias conſequendas. Vi huius conceſſionis concedũtur Sodalibus nunc ſequentes indulgẽtiæ, in ſingulos menſes hoc ordine diſtributæ, hæ enim ſunt indulgentiæ ſtationũ vrbis Romæ.

MENSE IANVARIO.

1.	Circumciſio Chriſti Domini,	plen.
	& inſuper	154000. anni.
6.	Epiphania Domini,	plen.
	& præterea	158000. anni.
14.	In feſto ſancti Felicis,	1000. anni.
16.	S. Marcelli,	plen.
	& præterea	1000. anni
17.	S. Antonii Abbatis,	plen.

Digitized by Google

18. S.Priſcæ Virg.& mart. plen.
20. S.Fabiani & Sebaſtiani. plen.
21. S.Agnetis, 1000.anni.
22. SS.Vincentii & Athanaſii, 40.anni.
25. Conuerſio ſancti Pauli, plenaria.
28. S. Agnetis ſecundò, 200.anni.

MENSE FEBRVARIO.

2. Purificatio B.MARIÆ Virg. plen.
5. In feſto ſanctæ Agathæ, 28.anni.
22. Cathedra S.Petri, plen.
24. S.Mathiæ, plen.
28. S Benedicti, 100.anni.

MENSE MARTIO.

7. S.Thomæ Aquinatis, plen.
12. S.Gregorii Papæ, plen.
16. S.Ioſephi, plen.
24. Vigilia Annunciationis, plen.
25. Annunciatio B.MARIÆ V. plen.

MENSE MAIO.

Singulis diebus Dominicis menſis huius plenaria.
1. SS.Iacobi & Philippi, plen.
3. Inuentio S.Crucis, plen.
6. S.Ioannis ante portã latinam, plen.
8. Apparitio S.Michaelis, plen.
Aſcenſio Chriſti, plen.

IVNIO

IVNIO MENSE.

Singulis Diebus Dominicis huius menſis plen.
2. S.Marcellini, 1000.anni.
12. S.Barnabæ Apoſtoli, 600.anni.
15. S S. Viti, Modeſti, & Creſcentii, 100. anni.
24. Natiuitas S.Ioannis Baptiſtę, plen.
26. S S.Ioannis & Pauli martyrũ, 1000. anni.
28. S.Leonis Papæ, 1000.anni
29. S S.Petri & Pauli, plen.
30. Commemoratio S.Pauli, plen.

IVLIO MENSE.

1. Vigilia Viſitationis, plen.
2. Viſitatio B.MARIÆ Virg. plen.
9. Octaua eiuſdem feſti, plen.
14. S.Bonauenturæ, plen.
17. S.Alexii, plen.
20. S.Margaritæ, 300.anni.
21. S.Praxedis, 2000.anni
22. S.Mariæ Magdalenæ, plen.
23. S Apollinaris, 100 anni.
24. S.Chriſtinæ, 40.anni.
25. S.Iacobi Apoſtoli, plen.
26. S Annæ, plen.
27. S Pantaleonis, 48.anni.
28. SS.Nazarii & Celſi, 3.anni.
30. S S.Abdon.& Senen. 8000. anni.

AVGVSTO MENSE.

1. S.Petri ad vincula, plen.
3. Inuentio S Stephani, plen.
4. S Dominici Confeſſoris, plen.
5. S.Mariæ ad Niues, plen.
8. SS.Cyriaci, Largi, & Smaragdi, mart. plen.
10. Laurentii martyris, plen.
11. S.Claræ Virginis, plen.
14 Vigilia Aſſumptionis B.Virg. ad veſperas, plen. Deinde ob feſtum D. Euſebii, 1000. anni.
15. Aſſumptio B.MARIAE Virg. plen.
Singulis diebus ab Aſſumptione ad Septembrem, 43 anni.
Ad Natiuitatem verò 12. anni.
Dominica intra Octauam Aſſumptionis, plen.
22. Octaua Aſſumpt, plen.
24. S.Bartholomæi, plen.
& inſuper, 3000. anni.
28 S. Auguſtini, plen.
29 Decollatio S.Ioannis, plen.
& inſuper, anni 100.

MENSE SEPTEMBRI.

7. Vigilia Natiuitatis, plen.
8. Natiuitatis B.MARIÆ Virg. plen.
14. Exaltatio ſanctæ Crucis, plen.

Ob feſtum S.Euſemiæ, 1000. anni.
20. S S.Euſtachii.&c.1400. anni.
21. S.Matthæi Apoſtoli, plen.
& inſuper 14000.anni.
27. Coſmæ & Damiani, 7000.anni.
29. S. Michaelis Archangeli, plen.

MENSE OCTOBRI.

4. S.Franciſci, plen.
18 S.Lucæ Euangeliſtæ, plen.
28. S S.Simonis & Iudæ, plen.

MENSE NOVEMBRI.

1. Feſtum omnium Sanctorum, plen.
2. Die Fidelium defunctorum, plen.
8. Octaua Sanctorum omnium, plen.
9. Dedicatio S. Saluatoris, plen.
12. S. Martini, 3. anni.
18. Dedicatio Baſilicæ S.Petri, plen.
21. Præſentatio B. MARIÆ Virg. plen.
22. S.Ceciliæ, plen.
23. S.Clementis Papæ, plen.
25. S.Catharinæ, 1000 anni.
30. S.Andreæ Apoſtoli, plen.

MENSE DECEMBRI.

4. S. Barbaræ, 1000.anni.
5. S.Sabbæ Abbatis, 100.anni.
6. Sancti Nicolai, plen.
7. S.Ambroſii, plenaria : & præterea

1000. anni. Tum verò propter vigiliã Conceptionis B. Virg. ad veſperas, plen.

8 Conceptio B. MARIÆ Virg. plen.

21 S. Thomæ Apoſtoli 300. anni.

24 Vigilia Natalis Domini, plen. & præterea 158000 anni.

25 Die Natiuitatis Domini in prima & ſecunda Miſſa plenaria: & præterea in prima, ſecunda & tertia Miſſa 159000. anni.

26 S. Stephani, plenaria: & ſupra 158000 anni.

27 S. Ioannis Euangeliſtæ, plen. præterea 158000 anni. Tum verò liberatio animæ ab igne purgatorio.

28 SS. Innocentum, plenaria: & ſuprà 155000 anni.

31 S. Sylueſtri, 158000 anni.

Indulgentiæ Stationum non plenariæ, feſtorum mobilium ab Aduentu ad Quadrageſimam.

Singulis diebus Dominicis Aduentus, 159000 anni.

Singulis diebus quatuor temporum aduentus, 159000 anni.

Dominica Septuageſimæ, 158000 anni.

Dominica Sexageſimæ, 155000 anni.

Digitized by Google

Ab initio Quadrageſimæ ad feſtum Paſchatis.

SIngulis diebus 158000 anni, præterquam his, quibus ſoli 155000 anni, nempè die Cinerum, ſequenti die Veneris, die Martis poſt Dominicam ſecundam, die Lunæ poſt quartam Domin. ſequenti die Mercurii poſt 5. Domini. die Lunæ poſt Dominicam in ramis palmarum.

Hiſce diebus promerentur Sodales ſolùm Indulgentia annos 154000.

DIe Lunę poſt Cineres, prima Dominica quadrageſimæ, die Lunæ poſt ſecundam & poſt tertiam Dominicã, item die Martis ſequenti, die Lunæ ſequenti, die Lunæ poſt 5. Dominic. die Martis ſequenti, die Lunæ ſec. die Veneris Dominica tertia in Quadrageſima 150000. anni, quarta verò 1160.

A Paſchate ſunt 158000. anni indulgentiarum his diebus.

Die ipſo Paſchatis ac ſequenti nec non vſque ad Dominicam in albis incluſiue, præterquã die Martis, quo 1550. anni.

Digitized by Google

Die Lunæ maiorum Litaniarum Aſceſionis Domini.

Dominica Pentecoſtes ſinguliſque diebus Octauæ ad Sabbathum incluſiue.

Liberatio animæ à purgatorio beneficio Indulgentiarum Stationum diebus hiſce ſingulis conceditur.

Die feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, 27. Decembris.

Dominica Septuageſimæ.

Die Martis poſt primam dominicam Quadrageſimæ.

Die Sabbatho poſt dominicam paſsionis, quæ quinto loco numeratur.

Die Mercurii à Paſchate.

Die Martis Pentecoſtes.

Idem die Sabbathi ab eodem feſto.

Operæ autem pretium eſt antequam quis eas indulgentias obtinere velit, excitet in ſe contritionem peccatorum ſuorum, ſi quæ habet in conſcientia mortalia, eaque confiteri & pro iis ſatisfacere proponat, ſi enim in gratia Dei non ſit, non poterit eſſe earum indulgentiarum particeps.

LITA-

Digitized by Google

LITANIAE DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV Chriſti.

Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Fili redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus.
Ieſu triginta argēteis appretiate.
Ieſu ad diſcipulorum pedes inclinate.
Ieſu in oratione proſtrate.
Ieſu in agonia ſanguineo ſudore perfuſe,
Ieſu oſculo à Iuda tradite,
Ieſu à miniſtris ligate,
Ieſu à diſcipulis derelicte,
Ieſu Annæ, & Caiphæ præſētate.
Ieſu alapa à miniſtro percuſſe,
Ieſu falſis teſtibus accuſate,
Ieſu reus mortis iudicate.
Ieſu in faciem conſpute, oculis velate, colaphis cæſe,
Ieſu à Petro ter negate,
Ieſu vinctus Pilato tradite.
Ieſu ab Herode, & eius exercitu

} Miſerere nobis.

ſprete, & illuſe,
Ieſu veſte alba indute,
Ieſu Barabbæ poſtpoſite,
Ieſu flagellis cæſe,
Ieſu propter ſcelera noſtra attrite,
Ieſu veſte purpurea indute,
Ieſu ſpinis coronate,
Ieſu arundine percuſſe,
Ieſu à Iudæis ad Crucē poſtulate
Ieſu morte turpiſſ. condemnate,
Ieſu voluntati Iudæorū tradite,
Ieſu Crucis pondere grauate,
Ieſu veſtibus exute,
Ieſu clauis in cruce confixe,
Ieſu cum iniquis reputate,
Ieſu à prætereuntibus blaſphemate,
Ieſu à Iudæis deriſe,
Ieſu à militibus illuſe,
Ieſu à latrone iniuriis laceſſite,
Ieſu opprobriis ſaturate,
Ieſu felle & aceto in ſiti potate,
Ieſu vſq; ad mortem Crucis obediens facte,
Ieſu lancea transfixe,
Ieſu de cuius latere exiuit ſanguis aqua,
Ieſu de cruce depoſite,
Ieſu in monumento nouo tumulate,

Miſerere nobis

Ieſu,

Ieſu, cuius liuore ſanati ſumus,
Ieſu pro nobis crucifixe, mortu-
te, & ſepulte,
Agnus Dei &c. Parce nobis Ieſu.
Agnus Dei &c. Exaudi nos Ieſu,
Agnus Dei &c. Miſerere nobis.
Ieſu Chriſte audi nos.
Ieſu Chriſte exaudi nos.

Miſerere nobis.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon,
Kyrie eleiſon, Pater noſter.
Verſ. Et ne nos inducas, &c.
Reſp Sed libera nos &c.
Verſ. Domine exaudi, &c.
Reſp Et clamor meus, &c.

Oratio.

Domine Ieſu Chriſte, fili Dei viui, qui hora ſexta, pro redemptione mundi, crucis patibulum aſcendiſti, & ſanguinem tuum pretioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti; te humiliter deprecamur, vt poſt obitum noſtrum, paradiſi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum.
Amen.

Digitized by Google

Litania de Venerabili Sacramento, ex Scripturis ſacris, & SS. Patribus.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon, Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos,
Pater de cœlis Deus.
Fili redemptor mundi Deus.
Spiritus ſancte Deus.
Sancta Trinitas vnus Deus.
Panis viuus, qui de cœlo deſcendiſti.
Deus abſconditus, & ſaluator.
Frumentum electorum.
Vinum germinans virgines.
Panis pinguis, & deliciç Regum.
Iuge ſacrificium.
Oblatio munda.
Agnus abſque macula.
Menſa puriſſima.
Angelorum eſca.
Manna abſconditum.
Memoria mirabilium Dei.
Panis ſuperſubſtantialis.
Verbum caro factum.
Verbum habitans in nobis.
Hoſtia ſancta.
Calix benedictionis
Myſterium fidei.
Præcelſum, & venerabile ſacramentum.

Miſerere nobis.

Sacri-

Sacrificium omniũ ſanctiſſimũ.
Verè propitiatorium pro viuis, & defunctis.
Cœleſte antidotum, quo à peccatis præſeruamur.
Stupendũ ſupra omnia miraculũ
Sacratiſſima Dominicę Paſſionis commemoratio.
Donum tranſcendens omnem plenitudinem,
Memoriale præcipuum diuini amoris
Diuinæ affluentia largitatis.
Sacroſanctũ, & Auguſtiſſimum myſterium.
Pharmacum immortalitatis.
Tremendum ac viuificum ſacramentum.
Panis, omnipotẽtia Dei, caro factus.
Incruentum ſacrificum.
Cibus, & conuiua.
Dulciſsimum conuiuium, cui aſſiſtunt Angeli miniſtrantes.
Sacramentum pietatis.
Vinculum charitatis.
Offerens & oblatio.
Spiritualis dulcedo in proprio fonte deguſtata.
Refectio animarum ſanctarum.
Viaticũ in Domino morientiũ.
Pignus futuræ gloriæ.

} Miſerere nobis

Verſ.

Verſ. Panem cœli dedit eis(homo
Reſp Panem Angelorum manducauit
Verſ Domine exaudi orationem meam
Reſp Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue, quæſumus, ita nos Corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus: Qui viuis, & regnas in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

O quam ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus, qui, vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cœlo præſtito, eſurientes reples bonis, faſtidioſos diuites dimittis inanes: tua nos quæſumus gratia ſemper præueniat, & ſequatur; ac ſtudiis noſtris, boniſque operibus iugiter præſtet eſſe intentos. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Litaniæ.

Deiparae Virginis,

Ex sacra scriptura de-

prompta, quæ in alma domo Laurentana, omnibus diebus Sabbati, Vigiliarum, & Feſtorum eiuſdem B. Virginis decantari ſolent.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.

Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis

Sancta Dei genetrix, ora

Sancta Virgo virginum, ora

Gen. 3. Mater viuentium, ora

Eccl 4. Mater pulchræ dilectionis, ora pro nobis.

Ibid. Mater ſanctæ ſpei, ora

Gen. 2. Paradiſus voluptatis, ora

Ibid. Lignum vitæ, ora

Pro. 9 Domus Sapientiæ, ora

Gen. 28. Porta cœli, ora

Gen. 49.

Gen. 49 Deſiderium collium æternorũ. ora

Nu. 35. Ciuitas refugii, ora

Iud. 15 Gloria Hieruſalem, ora

Exo. 15. Sanctuarium Dei, ora

Exo 25. Tabernaculum fœderis, ora

Exo. 30. Altare Thymiamatis, ora

Gen. 27. Scala Iacob, ora

Sap 7. Speculum ſine macula, ora

Can 2 Lilium inter ſpinas, ora

Exod. 3. Rubus ardens incombuſtus, ora pro nobis.

Iud. 6. Vellus Gedeonis, ora

2, Reg 2. Thronus Salomonis, ora

Can. 7. Turris eburnea, ora

Can. 4. Fauus diſtillans, ora

Ibid. Hortus concluſus ora

Ibid. Fons ſignatus ora

Ibid. Puteus aquarum viuentium, ora

Pro. 31. Nauis inſtitoris de longè portãs panem. ora

Eccl. 5. Stella matutina ora

Eccl. 6. Aurora conſurgens, ora.

Can. 6 Pulchra vt luna, ora

Ibid Electa vt ſol, ora

Ibid. Caſtrorum acies ordinata, ora pro nobis.

Ier. 14. Solium gloriæ Dei, ora.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp* Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti *Oratio.*

Oratio.

PIetate tua quæſumus Domine, noſtrorum ſolue vincula peccatorum, & intercedente B. MARIA, cum omnibus ſanctis tuis, nos famulos tuos benefactores atque loca noſtra, in omni ſanctitate cuſtodi, omneſque conſanguinitate, affinitate, atque familiaritate nobis coniunctos, à vitiis purga, virtutibus illuſtra, pacem & ſalutem nobis tribue, hoſtes viſibiles, & inuiſibiles remoue, carnalia deſideria repelle, aerem ſalubrem, & fertilitatem indulge, amicis & inimicis noſtris charitatem largire, atq; vrbem N. cum omnibus in ea habitantibus, ab omni peſte, infideliumque feritate, & potentia illæſam conſerua & omnibus fidelibus viuis & defunctis, in terra viuentium vitam, & requiem æternam concede; & Põtificem noſtrum N. Antiſtitem N. omnes Prælatos, & cunctum populum Chriſtianum, ab omni aduerſitate cuſtodi, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

AMEN.

ALIA

ALIAE LITANIAE
B. MARIÆ VIRGINIS.

KYrie eleiſon Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miſerere nobis
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora pro nobis
Sancta virgo virginum, ora
Mater Chriſti, ora
Mater diuinæ gratiæ, ora
Mater puriſſima, ora
Mater caſtiſſima, ora
Mater inuiolata, ora
Mater intemerata ora
Mater amabilis, ora
Mater admirabilis. ora
Mater Creatoris, ora
Mater Saluatoris, ora
Virgo prudentiſſima, ora
Virgo veneranda, ora
Virgo prædicanda, ora
Virgo potens, ora

Vir-

Digitized by Google

Virgo clemens, ora
Virgo fidelis, ora
Speculum iuſtitiæ, ora
Sedes ſapientiæ, ora
Cauſſa noſtræ lætitiæ, ora
Vas ſpirituale, ora
Vas honorabile, ora
Vas inſigne deuotionis, ora
Roſa myſtica, ora
Turris Dauidica, ora
Turris eburnea, ora
Domus aurea, ora
Fœderis arca, ora
Ianua cœli, ora
Stella matutina, ora
Salus infirmorum, ora
Refugium peccatorum, ora
Conſolatrix afflictorum, ora
Auxilium Chriſtianorum, ora
Regina Angelorum, ora
Regina Patriarcharum, ora
Regina Prophetarum, ora
Regina Apoſtolorum, ora
Regina Martyrum, ora
Regina Confeſſorum, ora
Regina Virginum, ora
Regina Sanctorum omnium, ora

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus

Digitized by Google

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Verſiculus.

Ora pro nobis ſancta Dei Genetrix.

Reſp. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

Pietate tua, quæſumus Domine, &c. vt ſupra.

ORATIO SODALITATIS.

SAncta MARIA mater Dei & virgo, ego N. te hodie in Dominam, Patronam, & Aduocatam eligo, firmiterque ſtatuo ac propono, me nunquam te derelicturum, neque cõtra te aliquid vnquam dicturum aut facturum, neque permiſſurum, vt à meis ſubditis aliquid contra tuum honorem vnquam agatur. Obſecro te igitur, ſuſcipe me in ſeruum perpetuum, adſis mihi in actionibus omnibus meis, nec me deſeras in hora mortis. Amen.

CAP. II.

Digitized by Google

CAPVT II.

EXERCITIVM PRIMAE REGVLAE SODALITATIS, DE CVLTV DEIparæ Virginis.

PARS PRIMA.

Non eſſe nouum inſtitutum erigendi Sodalitates in honorem virginis MARIÆ.

VT de Regilioſis ordinibus quos propè omnes beatiſſimam Dei parentem pro Domina, patrona, parenteque etiã ſua adſciuiſſe conſtat nihil adferamus; variæ inter Chriſtianos maiorum noſtrorum ſæculis erectæ fuerunt ſub auſpiciis Diuæ virginis Sodalitates Hũgarica inprimis gens vniuerſa à B. Stephano primò eius gentis Rege Chriſtiano, D. Virginis, cui admirandæ operæ Baſilicam in regia Albanenſi vrbe erexerat, tutelæ ac poteſtati addicta & conſecrata eſt; ex eoque tempore Hungaria tota Dei parentis familia appellata eſt. Et ſane beatiſſimæ virgi-

Hungaria tota appellat. olim familia B Virg. Laurent. Surius in vita S. Stephani, & S Gerardi Epiſcopi.

virginis apud eam gentem tam eximia fuit veneratio, vt non auſi præ reuerentia, MARIÆ nomen pronunciare, eius loco Dominæ vocabulum paſſim vſurparent: Quod ſi contigiſſet MARIAE nomen pronunciare, actu tum flexis genibus, demiſsiſq; capitibus illud venerabundi exciperent.

Sodalitates Dominæ Lauretanæ per Europã.

Huic ampliſsimæ Hungarorũ olim pietati, ac familiæ virgineæ ſuccedere poſſunt innumeræ per Europam excitatæ Sodalitates eorum, qui religionis, cultuſque Deiparæ gratia, ad ſacram illi Lauretanam ædem peregrinati ſunt.

Aliæ in variis prouinciis, & Belgio Sodalitates.

Sunt & alia in Hiſpaniis, Galliis, & Germania, Belgioque, in variis ciuitatibus, & vrbibus inſtituta ſub auguſtiſsimo MARIÆ nomine Sodalitia, in quibus vtriuſque ſexus fideles Deo Domino, parentique eius deſeruiunt.

Sodalitas celebris in Italia, ante annos propè ducentos.

De Italia id dico tantum; beatiſsimæ virgini tam ſacram prope & deuotam fuiſſe, quàm tota olim fuerit Hungaria. Priuata autem ante annos propè ducentos, & quidem celeberrima, in vrbe Senenſi fuit Sodalitas, quæ vulgò Confraternitas benè diſciplinatorũ, ſiue benè moratorũ B. Virginis dicebatur, in domo hoſpitali, quæ à ſcala nomen habet:

bet:

bet: ad quam Sodalitatem non admittebantur, niſi quorum fama eſſet integra, bonaque exiſtimatio. Ex hac vnica Sodalitate abeuntibus per omnes propè Italiæ vrbes Confratribus, vbique eiuſmodi benè moratorum ſub auſpiciis B. Virg. Congregationes excitatæ ſunt. Et ex eo quidem ſodalitio prodiere complures viri ſanctitate & eruditione clariſſimi Ioannes in primis Columbinus Ieſuatorum inſtitutor, Franciſcus Vincentius Montis oliueti cum Bernardo Tolemero fundator: D. Bernardinus ordinis Minorum, decus egregium, aliique permulti, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici ſpectata probitate viri.

Vide vitā S. Bernardini apud Surium tom. 7.

SED omnes haſce Sodalitates, ſui dignitate, fructuque ſuperauit nobiliſſima ſanctiſſimi Roſarii Sodalitas à B. Dominico Ordinis prædicatorum fundatore, circa partes Toloſanas, primum inſtituta, ac deinceps per Europam vniuerſam egregiè propagata. Cuius id fuiſſe refertur initium. Cum Italiæ, & Galliarum finitimæ partes, hæreſum nebulis, & Albigenſium maximè in ditionibus Toloſanis, & circumcirca poſitis Prouinciis miſerè corrumperentur, ad eas excidendas B.

Sodalitas Sanctiſſimi Roſarii à B. Dominico contra Albigenſes hæreticos inſtituta.

Digitized by Google

Dominicus Spiritu S. afflatus, ad eam, quæ cunctas hæreſes (vt canit Eccleſia) ſola interemit, mentibus, animiſque confugiendum credidit. Itaq; pium per calculos aut orbiculos orandi modum (quod Roſarium dicimus) omnibus etiam ignaris, ac rudibus peruiũ inſtituit; quo noua hac precandi forma, pulſatis hæreſum tenebris, noua lux Catholicæ fidei aperiretur, ipſique fideles in alios quaſi viros euaderent. Nec eũ fefellit opinio: Ita enim obuiis omnium vlnis exceptus eſt hic precandi ritus, ita eo contriti Albigenſes, ea excitata quã primum vtriuſque ſexus pia ſodalitia; vt maximo Chriſtianæ Religionis bono, quod Sanctus vir intenderat, & quidem multò opinione ſua amplius conſecutus ſit. Quo factum, vt & Roſarii ritum, & myſteria Roſario expreſſa, & inſtitutas ſub Roſarii nomine Sodalitates Summi Pontifices magno ſanè numero, approbauerint, & Indulgẽtiis maximis beauerint.

Sodalitas Annunc. Virg in Collegiis Societatis Ieſu.

Hãc celeberrimam Roſarii Sodalitatem excepit Annunciatæ Virginis Congregatio, ad illius imitationem in ſingulis propè Societatis Collegiis, nõ per Europam modò, ſed & per Americam, nouum Orbem, & Indias, tum

quæ

quæ ad Orientem, tum quæ ad Occidentem ſpectant, inſtituta ſtudioſos inter, & literatos vt plurimum viros, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue ſeculares: cuius Erectionis diploma primo capite deſcripſimus Quantos autem fructus ea Sodalitas vbiuis locorum protulerit; res ipſa plus ſatis indicat? vt meritò vſurpare illud Pſalmyſtæ liceat: *A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Sed ad huiuſmodi ſodalitatum bona, vtilitateſq; eximias veniamus.

PARS SECVNDA.

Bona, & vtilitates Sodalitatum Beatiſſimæ Virginis MARIÆ.

PRIMVM Sodalitatis bonum eſſe poteſt conformatio quædam, & ſimilitudo vitæ perfectioris & religioſæ, quam SS. Patres tantis laudibus extulerunt, & vitæ Chriſti, ac Diſcipulorum eius conformem iudicauerunt, in qua etiam figuram, & imaginem vitæ illius cæleſtis, ac beatæ adũbratam eſſe tradiderunt. Cùm verò non omnibus liceat eſſe Religioſis, in hac Sodalitate vmbram aliquam & ſi- 1. Cõformatio quædã, & ſimilitudo vitæ perfectioris & religioſæ.

Digitized by Google

militudinem perfectioris eius vitæ habent & Eccleſiaſtici & ſeculares, vt ex ſequentibus eluceſcet.

2. Patrocinium B. Virginis.

NAM in primis Sodales in clientelam ſe potentiſſimæ, ſanctiſſimæ Virginis, matris Dei tradunt, ſub eius alis deliteſcunt, illi ſacri & dicati ſunt, denique ita ſe committunt vt omnia nō modò facta, ſed etiam cogitata per eā Deo ſincerè conſecrent. Quid autem non ſperare, non impetrare poſſunt tantæ Principis, tam potentis Dominæ, tam benignæ parentis fulti præſidio?

3. Suauis & pia Sodalium Societas

Præterea non exiguum bonum eſt ſodalitatis ſuauis, ac pia ſodalium Societas. Nihil certè ad vitam cum virtute tranſigendam homini magis conferre poteſt, quàm in bonorum ſocietatem coire: quod pluribus poſteà demonſtrabitur.

4. Communicatio mutua precum cū vniuerſis per orbē Sodalitiis

Quartum Sodalitatis bonum ſumma eſt inter Sodales omnes coniunctio bonorum operum ac orationum, quæ tum ab vniuerſa Congregatione; tum à ſingulis Sodalibus fiunt: quarum ſiue præſentes, ſiue iuſta ex cauſa abſentes; ſiue domi, ſiue foris negotiorum cauſa agentes, ſiue integri, ſiue ægri, participes ſunt, ſi modò Sodalita-

non

tis non mortua,ſed viua membra ſint. Quin etiam cùm Congregationes ſingulæ ad Romanam, reliquarum omnium primariam, & caput aggregatæ ſint,eademque ſit capitis, & membrorum ratio,vita,ſenſus;quis nón videat eadem Sodales Belgii omnes bonorũ operum, precum, orationum, meritorum,ſacrificiorumque communione gaudere cum Romana, ac per conſequens,cum cæteris omnibus, quæ ab illa tanquam à fonte, & origine profluunt,illique tanquam capiti,vt membra coniunguntur.

Quintum ſibi locum vendicant ſcriptæ regulæ. Quoniam enim nihil tam ſanctum,nihil tam ſtudioſè, & diuinitùs inſtitutum eſt, quod non ſtatim diffluat, & dilabatur, niſi quibuſdam legibus, ceu propugnaculis, & vallis muniatur, ac confirmetur, propterea habet hæc Congregatio ſuas leges, ac regulas, ab Romana Sodalitate, omnium primaria & principe ad cæteras per Chriſtianum orbem miſſas; quæ & ſi neminem ſub peccato obligent,quia tamen adiumenta quædã ſunt, quibus Deo, parentique eius Dominæ noſtræ magis placeamus,ſatis apparet, parum de B. Virginis honore & gloria, deque 5. Scriptæ regulæ.

 ſalu-

Digitized by Google

ſalute propria ſollicitum eum eſſe qui eas facilè neglexerit.

6. Frequēs Cōfeſſionis, & Communionis vſus. Sextum Congregationis bonum, frequens eſt Confeſſionis, & ſacroſanctæ Communionis vſus, quo potius nihil eſt ad benè, beateque viuendum, vt ſuo loco pluribus oſtendetur.

7. Indulgentię. Adiici ad hæc bona debet quod ex Indugentiis huic Sodalitati conceſſis colligitur; adeò vt nullum ferè virtutis opus ab Sodalibus præſtetur, quod remiſſione, relaxationeque pœnarum aliqua non fructuoſius fiat. Et quidem vt in hanc Sodalitatem ingredientem Indulg. plen. excipit, ita hinc ad aliam morte commigrantem proſequitur.

8 Frequētes exhortationes. Non omittendæ ſunt crebræ, ac frequentes exhortationes, quæ in Congregationibus habentur; quæ ad currendum alacriùs ſtimulos admoueant, quæ torpentem in nobis caritatis ignem exſuſcitent, quæ denique nos doceant, illuſtrent, moueant ad ea, quę & ſalutis, & Sodalitatis ſunt, nauiter omninò, ac feruidè conſtanterq; obeunda.

9. Cura infirmorum. Excipit bona hæc maximè neceſſarium in morbis, ac infirmitatibus, extremiſque vitæ auguſtiis adiumentum.

tum. Infirmum enim Sodalem cæteri publicis, priuatiſque precibus impensè DEO, beatæque Virgini commendant, inuiſunt, ſolanturque aliqui, ac donec vis ſe morbis remiſerit, aut feliciter hinc demigrauerit, non ceſſant eum ſibi habere commendatum.

Nec modò ad viuos extendit ſe Sodalitatis huius beneficium, ſed vita quoque defunctos proſequitur. Si enim facultas aliqua offeratur, defuncti Sodalis corpus cæteri ad ſacram ſepulturam deferunt; animam verò precibus communibus, Officio defunctorum, MISSÆ SACRIFICIO, priuatiſque aliis precibus, meritis, ſuffragiiſque comitati, ad Deum attollere contendunt. Quam igitur & fœlix, & expetenda ſit Sodalitas? quantis ad veriſſimæ pietatis proſequendum curſum facultatibus abundans, ex his decem illius bonis, & vtilitatibus ſat demonſtratum credimus. 10. Cura defunctorum Sodalium.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

Quibus officiis continentur cultus Beatiſſimæ Virginis.

CVM Beatiſſima virgo, Dei mater, huius congregationis præſes, patronaque ſit præcipua, quam proinde præcipua veneratione, cultuque proſequi debent ſodales eius & filii, dicendum paucis videtur, quibus officiis cultus hic & veneratio definiatur, vt qua ratione, quibuſque modis colenda ſit, omnes intelligant.

Decē officiis B. virgo colitur.

1. Honor.

Decem officiis cultus hic Deiparæ generatim continetur. Primùm autem eſt honor internus & externus. Internus in actu eo reuerentiæ voluntatis noſtræ conſiſtit, quo cum debita ſubmiſſione, ſubiectioniſque recognitione, de ipſius dignitate, & excellentia conuenienter ſētimus: eſſe nimirum illam maiori, perfectiorique dignitate & excellentia præditam, quàm quæuis alia creatura ſit, vt propterea ſingulari animi demiſſione, ac ſummæ ſubiectionis recognitione eam creaturæ omnes admirari, & ſuſpicere, & cōplecti debeant. Externus verò D. Virginis honor ex hoc interiori proficiſcitur, vt nimirùm ex-

exterius verbo, vel quocunque officio teſtificemur,& proteſtemur illius, quā interius,& mente cognoſcimus, maieſtatem, dignitatem, excellentiam. Atque hic honor D. Virgini debitus Hyperdulia vocatur. Ex hoc primo fonte Chriſtiani officii in B. Virginem, factum eſt, vt Sancti Patres eam honorificis tā excellentibus titulis, ac nominibus eam appellauerint, vt patet in litaniis, quæ illi concinuntur, ad eam debitis præconiis & laudibus honeſtandam.

Colimus deinde beatiſſimam virg. ſalutatione ea, quæ verbis Angeli,& Elizabethæ, pro veteri Catholicæ Eccleſiæ inſtituto & conſuetudine, continetur. Quam quidem ſalutationem aliquoties ſubinde iteram', vt ſæpius memoriam Redemptoris noſtri, perdito mundo, tam latè annunciati refricemus officiumque quod tantæ matri à nobis iure debetur, declaremus. Hinc Roſarium, eius recitandi ritus, de quo infrà dicemus, emanauit. 2. Salutatio.

Salutationi Angelicæ prouida mater Eccleſia Concluſionem eā adiecit, quæ apertam continet precationem; vt doceat B. Virginem à nobis inuocādam, opem illius,& ſuffragia nobis neceſſariò ſuppliciter imploranda: cùm 3. Eſt Inuocatio.

Digitized by Google

potiſſimùm nihil tanta mater petat à filio, quòd non impetret, cùm nihil aliud petere poſſit, quod & illi gratiſſimū, & iis quibus poſtulat, ſalutáre eſſe non ſciat.

4. Feriis ſibi ſacris B. Virgo colitur. Colimus deinde B. Virg. ſtatis diebus & feriis illi ſacris, ſcilicet Concept. Nat. Præſent Annunc Viſit. Purif. & Aſsūp. de quibus paulò infrà dicemus.

5. Tēplis, Oratoriis & Altaribus. Sed & templis, Oratoriis, Altaribus, Deo primùm erectis in honorē & memoriam parentis ſibi chariſſimæ ipſam colimus, & honoramus.

6. Sacrificiis. Sacrificiis quoque; etſi enim ſacrificium nullum B Virgini immolemus, cùm ſoli Deo debeatur; pro eius tamen B Parentis gloria, & in eius honorem noua, ac verè munda Corporis Chriſti, & Sanguinis oblatio ab tota Eccleſia in vniuerſo mundo offertur. Vnde pii homines Sacra & Miſſas de B. Virgine à Sacerdotibus celebrari curant, nō quòd ſacrificium offerri velint Virgini, ſed quòd offerri velint Deo in gratiarum actionem pro gloria collata D. Virgini, & vt ſimul eam interpellent tanquam patronam, & Aduocatam, & Mediatricem ſuam apud Deum.

7 Votis & promiſſionibus. Adhæc votis illi nuncupatis honorem tribuimus, non tantùm quatenus

Deo

Deo vouemus ex parentis eius MARIÆ amore ac reuerẽtia, illam quaſi teſtem obligationis, qua nos Deo obſtringimus, appellantes, ac illius glorioſa & potenti interceſſione ſtatuentes & ſperantes factam promiſſionem exequi, votumque dependere; ſed etiam ipſum votum, & promiſſionem in ipſam terminantes; promittentes nimirum illi aliquid, actu non latriæ, ſed hyperduliæ, ad eius opem tanquam patronæ, aduocatæque noſtræ apud Deum implorãdam; vel in ſignum gratitudinis, quòd per eam inſigne aliquod beneficium ab ipſius filio Deo acceperimus.

Inſuper & imaginibus cuiuſcunque generis, ſeu ſculptis ſeu pictis, ſeu in compitis & triuiis, ſiue alibi poſitis pio inſtituto & more B. Virginem colimus & veneramur. 8. Imaginibus, & ſtatutis.

Succedant his peregrinationes ad loca illi ſacra, & miraculis celebria, quibus mirificè & admirabili ſæpè fructu à Catholicis B. Virgo colitur. Obſeruatione autem, & admiratione dignum eſt, nullam propè in Chriſtiano orbe eſſe prouinciam, in qua vel templa, vel loca non ſint mirãdis effectibus, & miraculis illuſtria, ad quę proficiſcentes Chriſti fideles opportuno tempore 9. Peregrinationibus.

 miſe-

Digitized by Google

miſericordem Dominum per benedictæ matris merita, ad caſus,& pericula tum corporis,tum animæ propulſanda non exorent. Obeundæ autem ſunt eiuſcemodi peregrinationes fide integra ſpe magna,charitate feruida, intentione puriſſima , ſpectato animæ fructu potiùs quàm corporis.

10. Erectis in ipſi⁹ honorē ſodalitiis.

Denique ſodalitiis colitur B. Virgo, quę ſub auguſtiſſimo ipſius nomine inſtituta,diuini cultus,laudisvirgineę,ſalutiſq; propriæ amorę ac deſiderio , ab iis , qui illius veri eſſe cultores deſiderant,piè ſanctequc frequentantur.

Cultus Virginis MARIÆ prę:ipuus in virtutū eius imitatione conſiſtit.

Cæterùm præcipuus,& potiſſimus B. Virg. cultus in vitutum eius imitatione cōſiſtit. Talis fuit MARIA, ait B. Ambroſ. vt ei us vnius vita omnium diſciplina ſit. Quicunque ergo ſibi MARIÆ optat prēmium (dico ego)& beneficiū, MARIÆ imitetur exemplum. Quocirca vt eius virtutes,ac integerrimæ vitę exemplum exprimere in nobis,vel adumbrare ſaltem aliquo modo poſſimus, Meditationum in totam eius vitā puncta aliqua proponemus, ex quibus ampliſſima & meditationis & imitationis materies eruetur. Quid autem ſit meditari , & quis vſus eius, & fructus ſit, infrà dicetur opportuniùs.

PARS

PARS QVARTA.

Puncta Meditationum in Septem B. MARIÆ Virg. Feſta præcipua.

PRÆMONITIO GENERALIS.

SEquentia puncta, & conſiderationes expendi poſſunt ipſis feriis B. Virginis, & alias etiam, diebus potiſſimum feſtis, Dominicis, Sabbathinis, & quotieſcunque lubet reuocare in memoriam myſteria hæc, & excitare in ſe affectum, amoremque beatiſſimæ Dei parentis. 1.

Deinde obſeruandū eſt, non eſſe neceſſarium hæc puncta omnia percurrere: nam ſi in primo, aut ſecundo mens afficitur, & inflammatur, illi immorari expedit, cæteris punctis in aliud tempus reiectis. 2.

Poſtremò Oratio præparatoria, & Colloquium omitti nūnquam debent. Præparatoria autem oratio eadem eſſe ſemper ſolet, vt nimirum à Deo petamus illuminari intellectum, affectumque inflammari magis magiſq; in Deū, & B. eius parentem, & in ea, quæ ſalutis

noſtræ ſunt. Colloquium autem mutari, & accõmodari ad ea, circa quæ mẽte, & affectu verſati ſumus, debet. Quãuis hoc generatim, & ſemper ſeruari debeat vt aliquam virtutem, aut aliud quiduis conſequi, quod ad animæ noſtræ bonũ pertineat, poſtulemus.

DE CONCEPTIONE B. *Virginis.*

CONSIDERATIONES.

1. COnſiderabis quomodo B. Virgo ab æterno electa à Deo & prædeſtinata ſit; vt filii ſui mater eſſet, innumeris dotibus & priuilegiis ſupra creaturas omnes admirabilis, ne qua illi perfectio, dignitas & gloria deeſſet.

2. Conſiderabis à ſanctiſſimis parẽtibus Ioachimo & Anna conceptam, mira ipſorum voluptate, & Angelorũm omnium in cœlo, patrum in limbo, hominum in terra ſingulari lætitia; quòd eo ipſo momento intelligerent datum principium reſtaurationi cœleſtis Hieruſalem, & nobiliſſimo omnium operi redemptionis humanæ.

3. Conſiderabis Conceptionẽ B Virg. fuiſſe puriſſimam, nullius labis affinẽ, è qua immaculatus agnus ederetur, omnes à peccati macula mundaturus.

Collo-

Colloquium ; quo petes per merita & interceſſionem B. matris ſuæ à Deo cognoſci, virtutibus illuſtrari, quibus eſſe poſſis voluptati Angelis, & hominibus: puritatem item animæ & corporis integerrimam. Poſtremò ages gratias ſanctiſſimæ Trinitati de tam ſalutari B. Virg. Conceptione, cuius particeps eſſe optabis, concipiendo quotidiè noua deſideria, Deo, & parenti eius in dies exactiùs famulandi. *Pater noſter. Aue Maria.*

DE NATIVITATE EIVSDEM.

1. CONſiderabis naſcentem Virginē habere progenitores Reges, Duces, Principes, quibus tamen ſanctitateq́ morum, quæ vera eſt nobilitas, magis eluxit. Vnde quò nobilior, ſecundùm carnem, eo demiſſiore fuit ſpiritu, quæ vera altitudo eſt, quam altiſſimus Deus ſolam reſpexit & amauit in ea.

2. Conſiderabis dulciſſimum ipſius nomen eſſe MARIA, quod ſtellam maris, Dominam, & illuminatricem ſignificat. In tempeſtatibus ſtella, contra aduerſarias poteſtates Domina, in diuinis rebus magiſtra eſt. Vt ſtella, viam cœli nobis aperit; vt domina nos regit & defen-

fendit; vt illuminatrix vel magiſtra, nos docet, & inſtruit. Quid eo ergo nomine dulcius, quid fortius, quid ſapientius? Tam myſticum ergo nomen ama, & animo inſcribe tuo.

3. Conſiderabis, quanta ſit naſcentis Virgin perfectio, quanta excellentia, quam cum filiabus Hieruſalem admirare: clamant enim præ admiratione can. 4. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Aurora eſt, quia inter noctē, & diem media, hoc eſt, inter homines, & Deum mediatrix. Cādore ſuo, vt Luna, & ſui ſimilitudine ad Solem, omnes anteuertit. Inter omnes, in Solis iuſtitiæ matrem electa: dæmonibus omnibus, quorum conterit capita omninò eſt terribilis.

In colloquio pete veram animi nobilitatem; ſanctitatem inquam, & humilitatem, affectum amoremque, & præſidium nominis eius ſanctiſſimi & potentiſſimi: candidam animam & lucentem, qua dignus ſis inter electos Dei numerari. Age poſtremò ſanctiſſimæ Trinitati gratias de hac virginis natiuitate, vtque naſci ſpiritualiter, creſcereque quotidiè in virtute poſſis, per

MA-

Digitized by Google

MARIÆ patrocinium roga. *Pater noſter. Aue Maria.*

DE PRÆSENTATIONE *eiuſdem.*

COnſidera quanta ſollicitudine puellula triennis à parentibus Hieroſolymam deducatur; qua reuerentia ab eis in templo Deo præſentetur; quanta promptitudine & pietate, ipſa tenerrima Virgo ſeſe Deo dedicet, & offerat; quanta voluptate ſacerdotes nobile iſtud monilē templum accipiant, & ad illi comparatum conclaue deducant. Ardent omnium animi, parētum, MARIÆ, Sacerdotum. 1.

Conſidera ſanctiſſimæ Trinitatis in tam illuſtris doni receptione eximiam benignitatem. Pater recepit eam in filiam, Filius in Sponſam, Spiritus ſanctus in myſticam ſedem ſuam. Angeli eam accipiunt in amicam ſingularem, cum qua familiariter agant & colloquātur. 2.

Conſidera puellulam parentes ſuos in ætate tenerrima relinquere, ad ignotos adire, templum pro domo eligere, flores ætatis primos Deo conſecrare, vitam Angelicam degere; partim lectione, partim oratione, partim externa actione ſanctiſſimè dies tranſigere: exē- 3.

pla

pla virtutis ſuæ eximia omnibus dare, humilitatis cum primis, Simplicitatis, Obedientiæ, Tēperantiæ, Abſtinentiæ, ſilentii, alacritatis ad omnia celerrimę, ita vt cæteris coætaneis ſuis admirationi ſit, grata omnibus, nulli grauis.

Pete in colloquio gratiam, qua te Deo, ex animo, ſine procraſtinatione vlla dones, & te recipi à Deo & ſanctiſſimæ Trinitate in ſeruum ſaltem, ſi filii nomine indignus ſis. Pete per MARIÆ merita, & ſuffragia virtutes tibi neceſſarias, vt Deo placeas, humilitatem maximè, obedientiam, caſtitatem, feruidā charitatem, &c.

Pater noſter. Aue Maria.

DE ANNVNCIATIONE.

1. CONſidera SS. Patrum, Patriarcharum; Prophetarum, Regum, Iuſtorumque omnium vota, deſideria, ſuſpiria, Meſſiam aduenire cupientium: Angelorum item in cœlo humanam calamitatem miſerantium voces: MARIÆ cum primis humiles, ardenteſque preces idem expoſcentes: quibus omnibus votis, ſuſpiriis, vocibus, deſideriis tuas preces votaque coniunge, vt in te Meſſias adueniat, & concipiatur.

Con-

Conſidera ſanctiſſimam Trinitatem 2.
immenſa ſua primùm caritate, cœleſtium deinde ſpirituum, Patrumq; ac iuſtorum, & MARIÆ cum primis ardentibus ſuſpiriis, votis, deſideriis, precibus commotam cęleſte cogere concilium: ibi iuſtitiæ, miſericordiæque audientiam dare, illius rationes, huius preces admittere; filiũ tandem rem totam definire, offerre ſeſe pro redemptione hominum. Satisfacturum ſe docet iuſtitię patiendo; miſericordiæ, liberando. Filii caritatem tantam commendat & amplectitur Pater; Spiritus ſanctus ad eius conceptionem operam ſuam ſpondet. Oſculãtur ſe Iuſtitia, & miſericordia; pax & veritas; Exiliunt Angeli gaudio; Sapientiam, caritatemq; verbi Dei admirabilem prædicant, ſuſpiciunt, oſculantur.

Conſidera illicò poſt Diuinitatis illud decretũ, publicari in cælo MARIÆ 3.
nomen, per eam myſterium hoc complendum pateſieri; aduocari Archangelũ Gabrielem, ad ſummam Legationem in Nazareth mitti, acceptiſque à S. Trinitate myſticis legationis ſuæ literis, in Nazareth, ad virginem aduolare. Conſidera, & vide virginem in ſe recollectam, inexplicabili dulcedine

per-

potiſſimùm nihil tanta mater petat à filio, quòd non impetret, cùm nihil aliud petere poſſit, quod & illi gratiſſimũ, & iis quibus poſtulat, ſalutare eſſe non ſciat.

4. Feriis ſibi ſacris B. Virgo colitur.

Colimus deinde B. Virg. ſtatis diebus & feriis illi ſacris, ſcilicet Concept. Nat. Præſent Annunc. Viſit. Purif. & Aſſũp. de quibus paulò infrà dicemus.

5. Tẽplis, Oratoriis & Altaribus.

Sed & templis, Oratoriis, Altaribus, Deo primùm erectis in honorẽ & memoriam parentis ſibi chariſſimæ ipſam colimus, & honoramus.

6. Sacrificiis.

Sacrificiis quoque; etſi enim ſacrificium nullum B. Virgini immolemus, cùm ſoli Deo debeatur; pro eius tamen B. Parentis gloria, & in eius honorem noua, ac verè munda Corporis Chriſti, & Sanguinis oblatio ab tota Eccleſia in vniuerſo mundo offertur. Vnde pii homines Sacra & Miſſas de B. Virgine à Sacerdotibus celebrari curant, nõ quòd ſacrificium offerri velint Virgini, ſed quòd offerri velint Deo in gratiarum actionem pro gloria collata D. Virgini, & vt ſimul eam interpellent tanquam patronam, & Aduocatam, & Mediatricem ſuam apud Deum.

7. Votis & promiſſionibus.

Adhæc votis illi nuncupatis honorem tribuimus, non tantùm quatenus

Deo

Deo vouemus ex parentis eius MARIÆ more ac reuerētia, illam quaſi teſtem obligationis, qua nos Deo obſtringimus, appellantes, ac illius glorioſa & potenti interceſſione ſtatuentes & ſperantes factam promiſſionem exequi, votumque dependere; ſed etiam ipſum votum, & promiſſionem in ipſam terminantes; promittentes nimirum illi aliquid, actu non latriæ, ſed hyperduliæ, ad eius opem tanquam patronæ, aduocatæque noſtræ apud Deum implorādam; vel in ſignum gratitudinis, quòd per eam inſigne aliquod beneficium ab ipſius filio Deo acceperimus.

Inſuper & imaginibus cuiuſcunque generis, ſeu ſculptis ſeu pictis, ſeu in compitis & triuiis, ſiue alibi poſitis pio inſtituto & more B. Virginem colimus & veneramur. 8. Imaginibus, & ſtatutis.

Succedant his peregrinationes ad loca illi ſacra, & miraculis celebria, quibus mirificè & admirabili ſæpè fructu à Catholicis B. Virgo colitur. Obſeruatione autem, & admiratione dignum eſt, nullam propè in Chriſtiano orbe eſſe prouinciam, in qua vel templa, vel loca non ſint mirādis effectibus, & miraculis illuſtria, ad quę proficiſcentes Chriſti fideles opportuno tempore 9. Peregrinationibus.

miſericordem Dominum per benedictæ matris merita, ad caſus,& pericula tum corporis,tum animæ propulſanda non exorent. Obeundæ autem ſunt eiuſcemodi peregrinationes fide integra ſpe magna,charitate feruida, intentione puriſſima , ſpectato animæ fructu potiùs quàm corporis.

10. Erectis in ipſi⁹ honorẽ ſodalitiis.

Deniquè ſodalitiis colitur B. Virgo, quę ſub auguſtiſſimo ipſius nomine inſtituta,diuini cultus,laudisvirgineę,ſalutiſq; propriæ amorę ac deſiderio, ab iis , qui illius veri eſſe cultores deſiderant,piè ſanctèque frequentantur.

Cultus Virginis MARIÆ prę̨cipuus in virtutũ eius imitatione conſiſtit.

Cæterùm præcipuus,& potiſſimus B. Virg. cultus in vitutum eius imitatione cõſiſtit. Talis fuit MARIA, ait B. Ambroſ. vt ei us vnius vita omnium diſciplina ſit. Quicunque ergo ſibi MARIÆ optat prę̨mium (dico ego)& beneficiũ, MARIÆ imitetur exemplum. Quocirca vt eius virtutes,ac integerrimæ vitę exemplum exprimere in nobis,vel adumbrare ſaltem aliquo modo poſſimus, Meditationum in totam eius vitã puncta aliqua proponemus, ex quibus ampliſſima & meditationis & imitationis materies eruetur.Quid autem ſit meditari , & quis vſus eius, & fructus ſit, infrà dicetur opportuniùs.

Digitized by Google

PARS QVARTA.

Puncta Meditationum in Septem B. MARIÆ Virg. Feſta præcipua.

PRÆMONITIO GENE-ralis.

SEquentia puncta, & conſiderationes expendi poſſunt ipſis feriis B. Virginis, & alias etiam, diebus potiſſimum feſtis, Dominicis, Sabbathinis, & quotieſcunque lubet reuocare in memoriam myſteria hæc, & excitare in ſe affectum, amoremque beatiſſimæ Dei parentis. 1.

Deinde obſeruandũ eſt, non eſſe neceſſarium hæc puncta omnia percurrere: nam ſi in primo, aut ſecundo mens afficitur, & inflammatur, illi immorari expedit, cæteris punctis in aliud tempus reiectis. 2.

Poſtremò Oratio præparatoria, & Colloquium omitti nunquam debent. Præparatoria autem oratio eadem eſſe ſemper ſolet, vt nimirum à Deo petamus illuminari intellectum, affectumque inflammari magis magiſq; in Deũ, & B. eius parentem, & in ea, quæ ſalutis

noſtræ ſunt. Colloquium autem mutari, & accõmodari ad ea, circa quæ mẽte, & affectu verſati ſumus, debet. Quãuis hoc generatim, & ſemper ſeruari debeat vt aliquam virtutem, aut aliud quiduis conſequi, quod ad animæ noſtræ bonũ pertineat, poſtulemus.

DE CONCEPTIONE B. Virginis.

CONSIDERATIONES.

1. Conſiderabis quomodo B. Virgo ab æterno electa à Deo & prædeſtinata ſit; vt filii ſui mater eſſet, innumeris dotibus & priuilegiis ſupra creaturas omnes admirabilis, ne qua illi perfectio, dignitas & gloria deeſſet.

2. Conſiderabis à ſanctiſſimis parẽtibus Ioachimo & Anna conceptam, mira ipſorum voluptate, & Angelorũ omnium in cœlo, patrum in limbo, hominum in terra ſingulari lætitia; quòd eo ipſo momento intelligerent datum principium reſtaurationi cœleſtis Hieruſalem, & nobiliſſimo omnium operi redemptionis humanæ.

3. Conſiderabis Conceptionẽ B Virg. fuiſſe puriſſimam, nullius labis affinẽ, è qua immaculatus agnus ederetur, omnes à peccati macula mundaturus.

Collo-

Colloquium; quo petes per merita & interceſſionem B. matris ſuæ à Deo cognoſci, virtutibus illuſtrari, quibus eſſe poſſis voluptati Angelis, & hominibus: puritatem item animæ & corporis integerrimam. Poſtremò ages gratias ſanctiſſimæ Trinitati de tam ſalutari B. Virg. Conceptione, cuius particeps eſſe optabis, concipiendo quotidiè noua deſideria, Deo, & parenti eius in dies exactiùs famulandi. *Pater noſter. Aue Maria.*

DE NATIVITATE EIVSDEM.

CONſiderabis naſcentem Virginē habere progenitores Reges, Duces, Principes, quibus tamen ſanctitateſq́; morum, quæ vera eſt nobilitas, magis eluxit. Vnde quò nobilior, ſecundùm carnem, eo demiſſiore fuit ſpiritu, quæ vera altitudo eſt, quam altiſſimus Deus ſolam reſpexit & amauit in ea. 1.

Conſiderabis dulciſſimum ipſius nomen eſſe MARIA, quod ſtellam maris, Dominam, & illuminatricem ſignificat. In tempeſtatibus ſtella, contra aduerſarias poteſtates Domina, in diuinis rebus magiſtra eſt. Vt ſtella, viam cœli nobis aperit; vt domina nos regit & defen- 2.

ſendit; vt illuminatrix vel magiſtra, nos docet, & inſtruit. Quid eo ergo nomine dulcius, quid fortius, quid ſapientius? Tam myſticum ergo nomen ama, & animo inſcribe tuo.

3. Conſiderabis, quanta ſit naſcentis Virgin. perfectio, quanta excellentia, quam cum filiabus Hieruſalem admirare: clamant enim præ admiratione can. 4. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Aurora eſt, quia inter noctē, & diem media, hoc eſt, inter homines, & Deum mediatrix. Cādore ſuo, vt Luna, & ſui ſimilitudine ad Solem, omnes anteuertit. Inter omnes, in Solis iuſtitiæ matrem electa: dæmonibus omnibus, quorum conterit capita omninò eſt terribilis.

In colloquio pete veram animi nobilitatem; ſanctitatem inquam, & humilitatem, affectum amoremque, & præſidium nominis eius ſanctiſſimi & potentiſſimi: candidam animam & lucentem, qua dignus ſis inter electos Dei numerari. Age poſtremò ſanctiſſimæ Trinitati gratias de hac virginis natiuitate, vtque naſci ſpiritualiter, creſcereque quotidiè in virtute poſſis, per

MA-

MARIÆ patrocinium roga. *Pater noſter. Aue Maria.*

DE PRÆSENTATIONE eiuſdem.

COnſidera quanta ſollicitudine puellula triennis à parentibus Hieroſolymam deducatur; qua reuerentia ab eis in templo Deo præſentetur; quanta promptitudine & pietate, ipſa tenerrima Virgo ſeſe Deo dedicet, & offerat; quanta voluptate ſacerdotes nobile iſtud monilē templum accipiant, & ad illi comparatum conclaue deducant. Ardent omnium animi, parētum, MARIÆ, Sacerdotum. 1.

Conſidera ſanctiſſimæ Trinitatis in eam illuſtris doni receptione eximiam benignitatem. Pater recepit eam in filiam, Filius in Sponſam, Spiritus ſanctus in myſticam ſedem ſuam. Angeli eam accipiunt in amicam ſingularem, cum qua familiariter agant & colloquātur. 2.

Conſidera puellulam parentes ſuos in ætate tenerrima relinquere, ad ignotos adire, templum pro domo eligere, flores ætatis primos Deo conſecrare, vitam Angelicam degere; partim lectione, partim oratione, partim externa actione ſanctiſſimè dies tranſigere: exēpla 3.

pla virtutis ſuæ eximia omnibus dare, humilitatis cum primis, Simplicitatis, Obedientiæ, Tēperantiæ, Abſtinentiæ, ſilentii, alacritatis ad omnia celerrime, ita vt cæteris coætaneis ſuis admirationi ſit, grata omnibus, nulli grauis.

Pete in colloquio gratiam, qua te Deo, ex animo, ſine procraſtinatione vlla dones, & te recipi à Deo & ſanctiſſimæ Trinitate in ſeruum ſaltem, ſi filii nomine indignus ſis. Pete per MARIÆ merita, & ſuffragia virtutes tibi neceſſarias, vt Deo placeas, humilitatem maximè, obedientiam, caſtitatem, feruidā charitatem, &c.

Pater noſter. Aue Maria.

DE ANNVNCIATIONE.

1. CONſidera SS. Patrum, Patriarcharum; Prophetarum, Regum, Iuſtorumque omnium vota, deſideria, ſuſpiria, Meſſiam aduenire cupientium: Angelorum item in cœlo humanam calamitatem miſerantium voces: MARIÆ cum primis humiles, ardenteſque preces idem expoſcentes: quibus omnibus votis, ſuſpiriis, vocibus, deſideriis tuas preces votaque coniunge, vt in te Meſſias adueniat, & concipiatur.

Con-

Digitized by Google

Conſidera ſanctiſſimam Trinitatem 2.
immenſa ſua primùm caritate, cœleſtium deinde ſpirituum, Patrumq; ac iuſtorum, & MARIÆ cum primis ardentibus ſuſpiriis, votis, deſideriis, precibus commotam cęleſte cogere concilium: ibi iuſtitiæ, miſericordiæque audientiam dare, illius rationes, huius preces admittere; filiū tandem rem totam definire, offerre ſeſe pro redemptione hominum. Satisfacturum ſe docet iuſtitię patiendo; miſericordiæ, liberando. Filii caritatem tantam commendat & amplectitur Pater; Spiritus ſanctus ad eius conceptionem operam ſuam ſpondet. Oſculātur ſe Iuſtitia, & miſericordia; pax & veritas; Exiliunt Angeli gaudio; Sapientiam, caritatemq; verbi Dei admirabilem prædicant, ſuſpiciunt, oſculantur.

Conſidera illicò poſt Diuinitatis illud decretū, publicari in cælo MARIÆ 3.
nomen, per eam myſterium hoc complendum patefieri; aduocari Archangelū Gabrielem, ad ſummam Legationem in Nazareth mitti, acceptiſque à S. Trinitate myſticis legationis ſuæ literis, in Nazareth, ad virginem aduolare. Conſidera, & vide virginem in ſe recollectam, inexplicabili dulcedine per-

perfruentem, Angelum admittere: colloquia vtriuſque expende. Admirare Virginis pudorem, Sapientiam, in loquendo prudentiam, fidem eximiam, prōptiſſimam obedientiam ſeſe totam Dei nutui & beneplacito relinquentē; ad cuius obedientię factam declarationem, operatione Spiritus S. concipitur in virgineo vtero Dei filius.

In colloquio (quod ex his poterit ſequi) age inter cætera Sanctiſſimæ Trinitati immenſas gratias pro incarnatione filii ſui, peteque per matris eius merita, ipſum in te concipi, Spiritu S. obumbrari, ad id conſequendum virtutes neceſſarias, puritatem potiſſimū, & Obedientiam, ac veram demiſſionem.

DE VISITATIONE.

1. CONſidera Virginem quietis, & contemplationis amantiſſimam, nec ætatis teneritudine, nec itineris longitudine, nec aſperitate montium, nec vlla re alia retardari, quò minus ad caritatis, & humilitatis officia Elizabethæ præſtanda, domo ſua abeat. Iam gratia plena erat, iam Dei mater effecta, iam ſuper mulieres omnes benedicta; quò itaque ſe altiorem videt, eò ſe demittere magis ardet.

Co-

Digitized by Google

Cogita quo caritatis affectu, poſtpoſito ſuo commodo & ſolatio, ad montes conſcendat, qua feſtinatione properet nuſquam hærens, nuſquam vagibũda. Ingreditur tandem in domum Zachariæ, prior ſalutat, obſequium defert, illi de concepto Ioanne in ſenectute & ſterilitate gratulatur. Sed & quam admirabilis, & fructuoſa ea & viſitatio, & ſalutatio fuerit, expende. Eliſabeth repletur Spiritu S. exclamat præ admiratione, agnoſcit in virgineo vtero conceptum Deum, ipſamque Dei matrem effectam. Ioannes accelerato in ſe diuinitùs rationis iudicio, in materno vtero exilit, Chriſtum, matremque eius ſalutat, ſanctificatur, Deo repletur. 2.

Conſidera MARIAM & tam admirandis rebus in ſua præſẽtia effectis, & tãtis laudibus, & encomiis ab cognata ſua illi pronunciatis, nihil inſoleſcere, nihil ſibi tribuere, ſeipsã magis abiicere, in Deum referre omnia, apertoque cœleſti cordis ſui theſauro, ardentibus in pectore amoris flammis, ſublatis oculis, & manibus in cœlum, profũdiſſima humilitate, & deuotione feruẽtiſſima erũpere in actionis gratiarũ voces, & admirabile illud canticũ depromere. *Magnificat anima mea Dominum, &c.* 3.

In

perfruentem, Angelum admittere: colloquia vtriuſque expende. Admirare Virginis pudorem, Sapientiam, in loquendo prudentiam, fidem eximiam, prõptiſſimam obedientiam ſeſe totam Dei nutui & beneplacito relinquentẽ; ad cuius obedientię factam declarationem, operatione Spiritus S. concipitur in virgineo vtero Dei filius.

In colloquio (quod ex his poterit ſequi) age inter cætera Sanctiſſimæ Trinitati immenſas gratias pro incarnatione filii ſui, peteque per matris eius merita, ipſum in te concipi, Spiritu S. obumbrari, ad id conſequendum virtutes neceſſarias, puritatem potiſſimũ, & Obedientiam, ac veram demiſſionem

DE VISITATIONE.

1. CONſidera Virginem quietis, & contemplationis amantiſſimam, nec ætatis teneritudine, nec itineris longitudine, nec aſperitate montium, nec vlla re alia retardari, quò minus ad caritatis, & humilitatis officia Elizabethæ præſtanda, domo ſua abeat. Iam gratia plena erat, iam Dei mater effecta, iam ſuper mulieres omnes benedicta; quò itaque ſe altiorem videt, eò ſe demittere magis ardet.

Co-

Cogita quo caritatis affectu, poſtpoſito ſuo commodo & ſolatio, ad montes conſcendat, qua feſtinatione properet nuſquam hærens, nuſquam vagibūda. Ingreditur tandem in domum Zachariæ, prior ſalutat, obſequium defert, illi de concepto Ioanne in ſenectute & ſterilitate gratulatur. Sed & quam admirabilis, & fructuoſa ea & viſitatio, & ſalutatio fuerit, expende. Eliſabeth repletur Spiritu S. exclamat præ admiratione, agnoſcit in virgineo vtero conceptum Deum, ipſamque Dei matrem effectam. Ioannes accelerato in ſe diuinitùs rationis iudicio, in materno vtero exilit, Chriſtum, matremque eius ſalutat, ſanctificatur, Deo repletur. 2.

Conſidera MARIAM & tam admirandis rebus in ſua præsētia effectis, & tātis laudibus, & encomiis ab cognata ſua illi pronunciatis, nihil inſoleſcere, nihil ſibi tribuere, ſeipsā magis abiicere, in Deum referre omnia, apertoque cœleſti cordis ſui theſauro, ardentibus in pectore amoris flammis, ſublatis oculis, & manibus in cœlum, profūdiſſima humilitate, & deuotione feruētiſſima erūpere in actionis gratiarū voces, & admirabile illud canticū depromere. *Magnificat anima mea Dominum, &c.* 3.

In colloquio pete viſitari à B. Virgine, & eius viſitationis fructibus, gratiiſque gaudere. Pete à Deo per matris ſuæ merita, & ſuffragia, profundam humilitatem, qua libenter aliis ſeruias; feruidam caritatem, qua ſalutem aliorũ promoueas; exultationemque ſpiritus tui, qua alacriter omnia officia tua obeas, Deumque rebus in omnibus magnifices & exaltes. *Pater noſter. Aue Maria.*

DE PVRIFICATIONE.

1\. COnſidera, quo ſtudio legi diuinę parendi, conferat ſe virgo Mater Hieroſolymã; qua reuerentia pretioſum illum cordis ſui theſaurũ, IESVM filium ad templum deportet, virgineo pectori adſtringat; qua humilitate, immundarum mulierum inſtar, ſui purificationẽ inſtituat, ſacerdotibus ſe exhibeat, iis honorem deferat, pauperũq; oblationẽ, par turturum, aut duos pullos columbarum offerat.

2\. Conſidera quo pietatis affectu cum Ioſepho ſponſo filium ſuũ IESVM, velut agnum immaculatum Deo offerat. Ex parte illum ſua, noſtraq; omnium, vt matutinum ſacrificium, pacificamq; hoſtiam offert in redẽptionem generis huma-

humani, vna cum filio ſeipſam quoque offerens, & iterum Deo præſentans.

Conſidera quanta ſpirituali lætitia, deuotione, reuerentia Simeon puerum IESVM in vlnas accipiat; quanta voluptate, gaudioque Anna vidua ſanctiſſima & matrem & filiũ commendet, omnibuſque annunciet, Anna prophetiæ ſpiritu donatur, Simeõ eodem repletur, iam paratum ſe mori viſo domino proteſtatur. MARIA admiratur, & exultat ſpiritu, Ioſeph Deo gratias agit, omnes rerum nouitas attonitos habet. 5.

In decurſu ipſius meditationis expende, quàm ſuaue & dulce ſit portare IESVM in corde, multoque magis eum in Euchariſtia ſuſcipere, & complecti; quamque longè ſuauius erit, in templo illo cæleſti accipere, videre, eo ſemper perfrui.

Pete ergo purgari in dies magis, vt Deo dignè offerri poſſis. Immò & te per MARIÆ manus illi offer. Roga diuinam gratiam, vt IESVM perpetuò in te comportes, bonis cogitationibus & deſideriis; In vlnis etiam tuis, hoc eſt, in omnibus operibus; & actionibus tuis, circunferas. Conuerte te poſtremò ad IESVM, vt portari ſe à te ſinat, & oſtẽdat tibi aliquãdo faciem ſuam, cùm in eius

pace

Digitized by Google

pace mortalem hanc depoſueris corporis tui ſarcinam.

Pater noſter. Aue Maria.

DE ASSVMPTIONE B. MARIÆ.

1. CONſidera quam pretioſa fuerit, in conſpectu Domini MARIÆ mors; quoties illam ipſa exoptauerit, quaſi ianuam ad ſublimiorem vitam; quomodo illi mors ſomnus fuerit iucundiſſimus; quomodo non tam ægritudine vlla corporis, quam affectus, deſideriiq; perfruendi filio vehementia, præſentibus Apoſtolis non ſine filii amati præſentia, anima pretioſa, caſtiſſimo corpore ſoluta, in ipſius filii manus emerſerit.

2. Conſidera quanta Angelorum omnium exultatione, quantis canticis præſtantiſſima virginis anima in cælum ad Sanct Trinitatis thronum vſque abierit; quam certatim Sancti omnes gratulati ſint, illique egerint gratias, quod Filium Dei, Saluatorem ſuum in vtero concepiſſet, mundo porrexiſſet, omniaque ei obſequia detuliſſet. Eam & tu cum Angelis in Cælum proſequere, & pares cum ſanctis omnibus gratias age.

Sed

Sed & conſiderationem tuam refer ad Apoſtolos, examina eorum triſtitiam de tantæ parentis & magiſtræ abſentia, permixtam tamen non mediocri lætitia, quod eam ſcirent patronam ſe apud Deum habituros . Cogita quantis lachrymis, & canticis, corpus illud ſacratiſſimum loculo impoſuerint, in humeros ſuos extulerint, ad ſepulchrum detulerint: Illis te adiunge, paratumque te offer pro tanta Virgine, parente tua, obſequia præſtare omnia, & pro illius tumulo, cor tuum porrige, in eo vt cum filio ſuo requieſcere velit.

Conſidera corpus nobiliſſimum non fuiſſe conuerſum in cinerē & putredinem, ſed paucis ab obitu diebus animam ſanctiſſimam, diuino imperio, ad illud rediiſſe, illi ſeſe coniunxiſſe, & in cælum tranſtuliſſe. Conſidera ergo quo cæleſtis curiæ triumpho, quibus canticis aſſumpta ſit MARIA in cælum deducente filio, cui innixa erat, cum innumeris Angelorum agminibus, Deo ſuo conclamantibus: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ*; Aliis aſcendentis Virginis pulchritudinem admirantibus: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*

delitijs affluens ? Tandem excipitur à Sanctiſſima Trinitate beneuolentia incredibili,& in parato ſibi ſolio, coronata,& totius cæleſtis curiæ Domina, Reginaque declarata ad filii dexteram collocatur,coram ea Sanctis omnibus coronas ſuas deponentibus, & in Dominam,principemque ſuam accipientibus.

5. In colloquio eam admirare, in Dominam tuā accipe,& pete quæ ſuggeret ſpiritus tanta rerum magnitudine inflammatus.

Pater noſter. Aue Maria.

PARS QVINTA.

Conſideratio ac Meditatio perelegans de B. Virgine Deipara, diebus Dominicis, vel Sabbathinis, vel alias ſæpius, ab eius cultoribus vſurpanda.

FActo ſigno Crucis, Orationeque præparatoria (de qua ſub initium partis antecedentis aliquid diximus) imaginaberis B. Virg. MARIAM adſtaſtare tibi, Solis inſtar, cui inclinando te,exhibebis ex intimo corde reuerentiam, procedeſque ad ſequentia puncta

Digitized by Google

ſta mente, & animo tecum ipſe pertractanda.

1 Conſiderabis poſt Chriſtum Dominum, glorioſa Virgine MARIA, quæ plena eſt gratia Dei, ſicut paradiſus terreſtris, floribus & herbis odoriferis ornata, beatius, aut melius eſſe nihil: talem omninò eſſe, qualem decebat eam, quæ domicilium erat futura altiſſimi, Deique Mater.

2 Conſiderabis B. Virginem multa habere priuilegia inexplicabilia, illud præcipuè: quod & Virgo ſit, & mater DEI: Secundò, quod ab omni peccato immunis, nec veniale quidem toto ſuæ vitæ tēpore commiſerit: tertiò, vbi mortua eſt, quomodo cum corpore & anima in cœlum aſſumpta, ſuper omnes choros Angelorum, & quicquid in cœlo & terra continetur, ſit exaltata.

3. Conſiderabis ordinem vitæ ipſius, fuiſſe ſanctiſſimum; nam præter deuotiſſimas ſuas orationes, quas aſſiduè ad Deum fundebat, præter quotidianam cum Angelis conuerſationem, id quoque ſtudioſiſſimè agebat, vt in omnibus exercitiis ſuis, ſiue domeſticis, ſiue externis, publicis aut priuatis, cor ſuum & mentem in Deo ſemper haberet defixam.

4 Conſiderabis ea quæ frequentiùs à Deo ſolebat petere: primò enim petebat, vt Deum noſſe poſſet, & amore eundem cunctis rebus anteponens, diligeret quoque proximum, iuxta voluntatẽ Dei Deinde petebat humilitatem, & Obedientiam, tam erga Deum, quàm erga homines, tanquam duas præcipuas virtutes, ac fundamenta aliarum omnium.

5 Conſiderabis B. Virginem cuidam animæ piæ reuelaſſe, ſe tot virtutes, ac gratiam tantam non potuiſſe acquirere ſine multis orationibus & lachrymis; & dona cœleſtia non intrare in animam ſine precibus aſſiduis, & carnis mortificatione.

Denique facies colloquium ad eandam Virginem, humiliterque ab ea petes, vt præter alia, impetret tibi a Deo profundiſſimam humilitatem, firmam tum animi, tum corporis caſtitatem, feruidamque ſui caritatem; extirpetq; in te vitia contraria omnia.

Tum ſubiunges *Pater & Aue*; vel hymnum, *Aue maris ſtella*; vel Litanias de beatiſſima Virgine Maria.

PARS

PARS SEXTA.

Breuis & ſuccinctus ampliſſimarum B. Virginis virtutum Catalogus, ex Beato Ambroſio decerptus.

ETſi Sodales ex his, quæ iam dicta ſunt, ſatis cognoſcere poſſint eximias dotes, ac virtutes, quibus B. Virgo admirabiliter ſplenduit; vt tamen particularem magis & diſtinctam earũ habeant notitiam, faciliuſque eas ſibi ob oculos ad imitationem proponant, ſubiiciemus breuem & ſuccinctum earum Catalogum, qui illis erit loco ſpeculi pulcherrimi planè, ac opportuniſſimi, quod contemplentur, & ſpectent aſſiduè; vt ad eius normam ſe, moreſque ſuos effingant, & accommodent. Catalogum autem hunc decerpſimus, ex B. Ambroſii lib. 2. de virginibus, quẽ totidem verbis referemus. Sic igitur magnus ille Doctor ſcribit; virgines cum primis, ac ſimul cultores illius omnes compellans.

Sit vobis tanquam in imagine, deſcripta virginitas, vitaque B. MARIÆ; de qua velut ſpeculo, reſurget ſpecies

caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt. Primus diſcendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? quid caſtius ea, quæ corpus, ſine corporis contagione generauit?

Puritas B. MARIAE.

Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum.

Humilitas & prudentia.

Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendique ſtudioſior; non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens. Intenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolita non hominem, ſed Deum quærere.

Lenitas & manſuetudo.

Non lædere reos, benè velle omnibus, aſſurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem ſequi, amare virtutem.

Modeſtia in Conuerſatione.

Quando iſta vultu læſit, parentes? quando diſſenſit propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? eos ſolos ſolita cœtus virorum

rum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia,

Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundũ: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior; vt ipſa corporis ſpecies, ſimulachrum fuerit mentis, figura probitatis. **Modeſtia in verbis, geſtu, inceſſu, actu.**

Quid exequar ciborum parſimoniã, officiorum redundantiam; alterum vltra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminatos ieiunio Dies? Et ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. **Sobrietas & precationis aſſiduitas.**

Dormiendi non prius cupiditas, quã neceſſitas fuit: & tamen cum quieſceret corpus, vigilabat animus, qui frequenter in ſomnis aut lecta repetit, aut ſõno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda pronunciat. **Somni parcitas.**

Prodire domo neſcia, niſi cùm ad Eccleſiam conueniret, & hoc ipſum cùm parẽtibus, aut propinquis. Domeſtico operoſa ſecreto, forenſi ſtipata comitatu, nullo meliore tamen ſui cuſtode quàm ſeipſa, quæ inceſſu, affectu- **Modeſtia foras prodeundo.**

que venerabilis, non tam veſtigiū pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret: & tamen alios habeat virgo membrorum cuſtodes ſuorum, morum autem ſuorum ſe habeat ipſa cuſtodem.

Studium profectus

Sic MARIA intendebat omnibus, quaſi à pluribrus moneretur, ſic implebat omnia vitutis officia, vt non tam diſceret, quam doceret. Talem hanc Euangeliſta monſtrauit; talem Angelus reperit, talem Spiritus ſanctus elegit. Quid enim in ſingulis morer? vt eam Parentes dilexerint, extranei prædicauerint, quæ digna fuit, ex qua Dei filius naſceretur?

Quies, & ſolitudo non otioſa.

Hæc ad ipſos ingreſſus Angeli inuēta domi in penetralibus, ſine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obſtreperet; Neq; enim comites fœminas deſiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat. Quin etiam tum ſibi minus ſola videbatur, cùm ſola eſſet: nam quemadmodum ſola, cui tot libri adeſſent, tot Archangeli, tot prophetæ? Denique & Gabriel eam vbi reuiſere ſolebat inuenit, & Angelum MARIA, quaſi viri ſpecie mota, trepida, quaſi non incognitum audito nomine recognouit.

Quàm verò religioſa in propinquas fue-

fuerit, ſcriptura diuina ſignificat. Nam & humilior facta eſt, vbi ſe à Deo cognouit electam, & ſtatim ad cognatam ſuam in montana proceſſit; non vtique vt exemplo crederet, quæ iam crediderat oraculo. Et tribus cum ea mēſibus māſit: tanti enim interuallo temporis non fides quæritur, ſed pietas exhibetur. — *Pietas eius & caritas in alios.*

Quamuis eſſet mater Domini, diſcere tamen præcepta Domini deſiderabat; & quæ Deum genuerat, Deum tamen ſcire cupiebat. — *Studium eius in Dei præceptis cognoſcēdis*

Quid quod annis quoque omnibus ibat in Hieruſalem ſolemni die Paſchæ & ibat cum Ioſeph? Vbique in Virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor. Hic indiuiduus debet eſſe virginitati, ſine quo non poteſt eſſe virginitas. Nec ad templum igitur MARIA ſine pudoris ſui cuſtode proceſſit. — *Pudor & verecundia eius in omnibus.*

Talis denique fuit MARIA, vt eius vnius vita omnium diſciplina ſit. Si igitur auctor non diſplicet, opus probemus, vt quicunque eius optat præmiū, imitetur exemplum. Hactenus Beatus Ambroſius. — *Cōcluſio MARIAE vita omnium eſſe debet diſciplina.*

PARS SEPTIMA.

Ratio breuis, & efficax commendandi ſe B. virgini, crebrò à bonis Sodalibus inſtituenda.

FActo ſigno Crucis, ac mente, corporeq; ad orationem compoſito, imaginabor B. MARIAM coram me poſitam, ac omninò paratiſſimam ad indigentiam, & paupertatem meam ſubleuandam; ſi modò illi me gratum præſtitero, ac eam feruidè quicquid oportuerit, rogauero.

GRatias itaque illi agam de cunctis beneficiis, quæ illa mihi à Chriſto impetrauit; præcipuè verò de iis, quæ peculiariter intelligo me ipſius interceſſione obtinuiſſe; qualia ſunt; maior feruor & deuotio, maior affectus erga res ſacras, ſtudium virtutum; humilitatis cum primis, caſtitatis, manſuetudinis, Charitatis, Sobrietatis; ardentius deſiderium promouendæ meæ ſalutis, & aliorum: præclarius ingenium, memoria felicior, intellectus acutior, diligentia maior in ſtudiis, & eiuſmodi, quæ ab dato nomine eius Congregationi,

Digitized by Google

tioni, aucta eſſe in me video & ſentio.

Totum illi me tradam, atque offerā, orans vt mei tutelam, patrociniumque ſuſpicere, meque ſuo præſidio munitū, ab omni tum animæ tum corporis periculo tueri dignetur.

Aliqua beneficia pro me, cæteriſque proximis meis petam, vel certè conſeruari, & augeri rogabo; pręſertim vt mihi à ſuo filio profundam humilitatem, puriſſimam caſtitatem, & in recto virtutis itinere profectum, ac perſeuerantiam impetret: pręterea vt nonnihil doloris illius mihi impertiat, quem ex filii cruciatibus cepit: præparationis etiā atque ardoris ſcintillam, quo ſacram Euchariſtiam poſt Aſcenſionem Domini noſtri ſumebat. Denique augmentum deuotionis, & affectus erga eandem ſanctiſſimam Virginem. Hæc autem beneficia per ſeptem eius gaudia doloreſque totidem petam, quibus eſt affecta dum viueret.

Digitized by Google

ORATIO QVAE A SINgulis Sodalibus recitari poteſt, pro perſeuerantia in cultu DEI, & B. Virg. MARIAE impetranda.

DEus, qui nos ſub alis ſanctiſſimæ Matris filij tui conſtitutos ad brauium ſupernæ vocationis accendis, pectoribus noſtris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te, & ſeruitio eiuſdem ſacratiſſimæ virginis MARIAE *perſeueremus, infunde: vt protectionis veſtræ muniti præſidijs, quod te, Domine, donāte promiſimus, impleamus; & noſtri propoſiti executores effecti, ad ea, quæ perſeuerantibus in te, promittere dignatus es, pertingamus.*

ALIA ORATIO.

BEatæ, & glorioſæ, ſemperq́; Virginis MARIAE, *quæſumus Domine, interceßio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.*

PARS

PARS OCTAVA.

Myſteria Roſarÿ.

QVæ fuerit Roſarii inſtitutio, quæ approbatio, quæ eius inſtitutionẽ conſecuta vtilitas, ſuprà diximus. Hoc tantum breuiter in præſentia. Roſariũ apud Catholicos aliud nihil eſt, quàm ſertum quoddam ſpirituale, myſticis vocibus ex Euangelio depromptis, tanquam roſis contextum, quod Virgini virginum, Dei matri offerimus. Serta enim Virginum capitibus ornandis propriè adhibentur. Roſarium autem conſtat oratione Dominica quinquies, & ſalutatione Angelicà 50 repetita; vnde Roſarium tertiò dictum efficit numerum 150. in Salutatione, qui eſt numerus Pſalmorum Dauidicorum, à quo numero vocarunt trinum illud Roſarium, pſalterium Beatæ Virginis. Quinquies in Roſario orátionem dominicam repetimus, vt quinque vulnerum Chriſti memoriam refricemus. Salutationem verò Angelicam cuique Orationi decies ſubiicimus, vt in mentem nobis veniat 10. Dei mãdatorum. Eandem 50. toto Roſario iteramus; vt

plenam peccatorum remiſſionem, quæ quinquagenario numero Iubilæi in ſcripturis ſanctis ſignificatur, interceſſione B. Virg. per merita Dominicæ paſſionis conſequamur.

Porrò vt mens Orationis, cui difficile videtur, & tædioſum ad eadem verba toties repetita attendere, fructu ſuo nõ careat, piè ordinatum eſt vt quodlibet Roſarium quinque myſteriis perficeretur, quibus meditandis, dum os verba proferret mens occuparetur.

Primo Roſario aſſignata ſunt quinq; gaudia Sanctiſſimæ matris, quinq; decadibus accommodata: quibus illa ex his, quæ circa Chriſti naturam humanã contigerunt, affecta fuit: Nimirum iſta.

1. Annuntiatio Dominica Incarnationis. 2. Viſitatio Elizabethæ. 3. Natiuitas Chriſti. 4. Oblatio Chriſti in templo. 5. Inuẽtio pueri IESV *inter Doctores.*

In ſecundo Roſario memoria fuit quinque myſteriorum paſſionis Chriſti, quæ ſunt:

1. Oratio, & captiuitas Domini in horto. 2. Flagellatio. 3. Coronatio. 4. Baiulatio Crucis. 5 Crucifixio.

In tertio Roſario proponuntur quinque myſteria glorioſa poſt Chriſti Domini mortem, nimirum:

Digitized by Google

1. Reſurrectio Domini. 2. Aſcenſio eius in cælos. 3. Aduentus Spiritus S. in MARIAM *& diſcipulos. 4. Aſſumptio B. Virg. 5. Coronatio eiuſdem.*

Ex quibus patet multiplex Roſarii vſus & fructus: quo ſcilicet renouatur memoria omnium myſteriorum vitæ Chriſti, & B. Virginis, capitumque præcipuorum fidei. Quod ſanè compendium eo eſt apud omnes vtilius, quo latius patet eius vſus quàm librorum; legi enim poteſt etiam à literarum imperitis, à cæcis, in equis, & in curribus, & in tenebris denſiſſimis. Nunquam verò omittenda ſunt myſteria, circa quæ intelligentia & memoria occupētur, etſi initiò aliquid videatur habere difficultatis, eorū ita ſemper meminiſſe. Paucorum dierum vſus rem totam facillimam reddet. Simplex certè, & ieiuna decadum decurſio eſt, & obnoxia multis diſtractionibus, parum conſolationis, multum verò tædii habet, niſi vnà in decadibus ſingulis myſteriū aliquod euoluas. Si enim myſteria ea omiſeris, priuas te ſaluberrima, ſuauiſſima, Deoque & parenti eius gratiſſima recordatione diuiniſſimorum vitæ Chriſti & MARIÆ, ſalutiſque omnium noſtræ myſteriorum.

PARS

Digitized by Google

PARS NONA.

Modus recitandi facilè Roſarij.

VT tantò faciliùs, & diligentiùs Sodales in recitando Roſario, myſteria propoſita percurrant, modum ſat opportunum, & facilem ſubiiciemus. Is eſt, vt antequam decadem aliquam inchoes, myſterium, quod in ea meditandũ eſt, breuiter in memoriam reuoces, retinendum poſtea, dum decadem abſoluas. Deinde ſub initium Orationis Dominicæ, Deum velut præſentem animo ſubiicias, vt patrem. Sub initium Salutationis Angelicæ, B. Virginem, vt matrem; vt nimirum imaginatio circa id occupata, euagari huc illuc, non poſſit. Vel certè imagineris te ferri per ea loca, in quibus ea myſteria facta ſunt, illiſque te præſentem eſſe cogites, ac ſi ea oculis tuis haberes propoſita. Quod citra difficultatem magna animi voluptate, ſenſuque fieri poteſt; ſicut otioſi aliquãdo imaginamur nos totã Hiſpaniam percurrere, videri intuerique mira, &c. Et die quidem Dominico, & feria 5. tertii generis myſteria, quæ glorioſa dicuntur. Feria 2. 3. & Sab-

&Sabbatho, primi generis, quæ gaudioſa appellantur. Feria 4. & 6. ea quæ luctuoſa nuncupantur expendi & conſiderari poſſunt.

Ad faciliorem quoque myſteriorum conſiderationem, quidam vir doctus, & pius inſignem modum ſuggerit; vt ad ſingulas ſcilicet decades, myſterium ipſum, cui volumus intendere, in ipſis ſalutationibus Angelicis, tribus verbis interſeratur, hoc pacto.

In Roſario Gaudioſo.

Ad decades ſingulas, cùm peruentum fuerit ad nomen IESVS, *adÿciatur.*

Ad	1	Quem	Virgo cõcepiſti.	S. MARIA Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, &c.
	2		Viſitando Elizabeth portaſti.	
	3		Virgo genuiſti.	
	4		In templo præſentaſti.	
	5		In templo inueniſti.	

In Roſario Doloroſo.

Ad decades ſingulas cùm peruentum fuerit ad nomen IESVS, *adÿciatur.*

Ad

Ad qui pro nobis:
1 Sãguinem ſudauit
2 Flagellatus eſt.
3 Spinis coronat⁹ eſt.
4 Crucè baiulauit.
5 Crucifixus eſt.
Sancta MARIA Mater Dei, &c

In Roſario Glorioſo.

Ad decades ſingulas, cùm peruentum fuerit ad nomen IESVS, *adijciatur.*

Ad Qui:
1 Reſurrexit à mortuis.
2 In cælum aſcendit.
3 Spiritum ſanctũ miſit.
4 Te Aſſumpſit.
5 Te in cœlis coronauit.
Sancta MARIA &c.

Mart. Nauarrus Miſcelan. 84.

Quidam alius pius, iuxta & doctus, cũ 60 amplius annos habuiſſet conſuetudinem quotidiè recitandi Roſarii, negat ſe melius quicquam reperiſſe ea exercitatione, modoq; quem initio huius partis ſeptimæ propoſuimus. Is quoque abſoluta quauis decade, quaſi animi recitandi cauſa, hiſce verbis ad gratulationem ſe excitabat.

Abſoluta prima. *Decies millies te benedicant virgo Mater, glorioſa* MARIA *omnes Angeli, & Archangeli, vniuerſiq; Curia cœleſtis Spiritus, cum quibus ſperamus te aliquando videre, colereq; in cælo. Amen.*

Poſt

Poſt.2.decadem. *Vicies millies te benedicant, Virgo mater, glorioſa* MARIA, *omnes SS. Patriarchæ, Prophetæ, Innocẽtes, S.Ioannes Baptiſta, & omnes ſancti antiqui teſtamenti; cum quibus ſperamus te aliquando videre, colereq́; in cœlo. Amen.*

Poſt 3. *Tricies millies te benedicãt, Virgo mater, glorioſa* MARIA *omnes SS Apoſtoli, diſcipuli Domini, Euangeliſtæ, omnesq́; glorioſi martyres; cũ quibus, &c.*

Poſt 4. *Quadragies millies, &c. omnes SS. Confeſſores, Epiſcopi, Doctores, monachi, Eremitæ, Virgines, Viduæ, Coniugatis cum quibus, &c.*

Poſt.5. *Quinquagies millies te.* &c. *S. Anna mater tua, &* MARIÆ *cognata tua, amiciſſimaq́; tibi Magdalena & Martha omnes SS. Virgines, Viduæ, Coniugatæ; cum quibus.*

Tribus ſupra explicatis Roſariis adiungi poſſunt. 1. Eſt vitæ Chriſti. In prima decade meditando Chriſtum baptizatum & ieiunantem. In ſecunda decade, Legislatorem præcepta virtutum omnium tradẽtem tum verbo vt in ſermone quem habuit in mõte: Beati pauperes, &c. tum exemplo. In 3. decade varia edentem miracula. In 4. decade Sacerdotem varia inſtituentem

Sacra-

Sacramenta. In 5. decade transfiguratũ. Secundum roſarium complectitur meditationem quatuor nouiſſimorum. In 1. decade meditando mortem. In 2. Iudicium particulare. In 3. Iudicium vniuerſale. In 4. Infernum. In 5. Gloriã cœleſtem.

Tertium Roſarium continet meditationes beneficiorum quæ à Deo accepimus. 1. decade meditando beneficiũ Creationis. In 2. Conſeruationis & gubernationis. In 3. Redemptionis. In 4. Vocationis ad fidem Catholicam, Iuſtificationis a peccatis ſæpiùs repetitæ, beneficiorumque particularium. In 5. glorificationis in cœlo quam tibi ab æterno præparauit. Denique quot meditationes quinas potes coniungere, tot Roſaria diuerſa potes tribus primis ante explicatis adiungere. Meditationes verò 15. myſteriorum Roſarii, quatuor nouiſſimorum, & beneficiorũ Dei, quas dum recitas Roſarium, pia cogitatione debes euoluere. In cap. vltim. huiuſ libri inſeruntur, inde ſunt petendæ.

PARS

PARS DECIMA.

Quid Corona, & quis eius recitanda modus.

IAM valdè in vſu eſt id genus Roſarii, quod D. Virginis Corona dicitur, quæ ſex decadibus continetur; quibus adiicitur oratio Dominica, & ter ſalutatio Angelica, ac poſtremò cōcluditur Symbolo Apoſtolorum. Corona hæc inuenta & vſurpata videtur in honorem 63. annorum, qui à multis diuæ Virg. tribuuntur, vt ſingulis annis reſpondeant ſingulæ Salutationes Angelicæ, quæ ſunt 63. Corona autem hæc cùm recitatur, in quinque primis decadibus, antedicta myſteria pia cogitatione euolui debent. In ſexta autem decade, eadem reperi poſſunt, primum ſcilicet in primo Aue, ſecundum in ſecundo, & ſic deinceps: ita vt in ſingulis decem illius decadis ſalutationibus, bis ſingula myſteria repetātur aut: in duabus primis ſalutationibus vnū; in duabus ſecundis ſecundum, & ſic deinceps: aut certe vnum aliquod myſterium, in quo magis nos commoueri ſenſimus, in tota vltima decade iterum mentis oculis

oculis ſubiiciatur. Ad tria autē vltima, *Aue Maria,* virtutes ſubiectas, vel alias pro cuiuſque deuotione, per interceſſionem glorioſæ Virginis poſſumus à Deo poſtulare, hoc modo:

In 1. Roſario poſt IESVS, *adijciatur.*

Qui nobis augeat	Fidem rectam. Spem firmam.. Charitatem perpetuam.	S. MARIA Mater, &c.

In 2. Roſario poſt IESVS, *adijciatur.*

qui nobis	Intellectum illuminet. Voluntatem perficiat. Memoriam roboret.	Sancta MARIA, &c.

In 3. Roſario poſt IESVS, *adijciatur.*

qui	Dirigat cogitationes. Regat verba. Gubernet opera.	Sancta MARIA, &c.

Poſt ſextam autem Coronæ decadē adiici poteſt: *Centies millies te benedicant, Virgo Mater, glorioſa* MARIA *omnes ſancti, ſanctæq; Dei, cum quibus ſperamus, &c.*

Ple-

Digitized by Google

Plenum ſanè pietatis, & voluptatis ſpiritualis, id eſt, benedictionis, & gratulationis exercitium, quandoquidem gratam memoriam continet Sanctorū omuium, quorum vocibus, & æternis encomiis, honoribuſque, quos ſemper Deo, parentique eius tribuent & decātant, noſtras quaſi voces & laudes adiungimus; facere iam incipientes in terris, quod facere cupimus æternum in cœlis.

PARS VNDECIMA.

POteſt & recitari Roſarium hoc modo, dum recitas PATER NOSTER, mente voluas per modum meditationis, ſenſum illius orationis prout hic explicatur: cùm recitas AVE MARIA, per modum meditationis ſenſum illius ſalutationis piè cogites, prout hic etiam ex SS. Patribus exponitur.

BRE-

BREVIS EXPOSITIO *ſingularum dictionum Orationis Dominicæ, accommodata ad meditationem, & affectus exercitationem in orando vel meditando.*

PATER

EXcelſus in creatione,
Suauis in amore,
Diues in hæreditate.

NOSTER.

Ieſu Chriſti per naturam.
Hominum mortalium per gratiam.
Beatorum per gloriam.

QVI ES.

Duratione æternus.
Subſtantia infinitus.
Bonitate optimus,

IN COELIS.

Speculum æternitatis.
Corona iucunditatis.
Theſaurus fœlicitatis.

SANCTIFICETVR.

Per fidem viuam.
Per ſpem ſolidam.
Per caritatem inflammatam.

No-

Digitized by Google

NOMEN.

Gloria filii tui.
Maieſtas tui S. Spiritus.
Paternitas tua.

TVVM.

Vt ſis mel in ore.
Melos in aure.
Iubilus in corde.

TVVM ETIAM.

Vt tu ſolus glorificeris.
Solus deſidereris.
Solus, ceu vltimus finis ameris.

ADVENIAT.

Suprà à Patre luminum.
Intus ab anima.
Foris à gratia, non natura.

REGNVM.

Iuſtitiæ.
Gaudii. } in Spirituſancto.
Pacis.

TVVM.

Non huius mundi fallacis.
Non huius carnis mortalis.
Non diaboli impoſtoris.

Digitized by Google

SED TVVM.

Iucundum ſine afflictione.
Tranquillum ſine perturbatione.
Securum ſine perditione.

FIAT.

Per tuum mandatum.
Per tuum conſilium.
Per tuum, & cum tuo auxilio.

VOLVNTAS TVA.

Bona in Creatione.
Beneplacens in Redemptione.
Perfecta in Iuſtificatione.

SICVT IN CÆLO.

Ad imitationem beatorum.
Ad ſimilitudinem B. Virginis.
Ad modum Chriſti.

ET IN TERRA.

Vt quicquid tu non vis, nolimus.
Vt quicquid amas, amemus.
Vt, quicquid iubes, faciamus.

PANEM NOSTRVM.

Panem lachrymarum.
Panem verbi Dei.
Panem ſanctorum Sacramentorum.

QVO-

Digitized by Google

QVOTIDIANVM.

Quia ſine illo morimur.
Sine illo nihil ſcimus.
Sine illo delinquimus.

DA.

Quia tibi proprium eſt dare.
Quia beatius eſt dare, quàm accipere.
Quia noſtrum eſt à te accipere.

DA ETIAM.

Non angelus, ſed filius.
Non homo, ſed creator.
Non datum, ſed dator.

DA DOMINE.

In Incarnatione verbum tuum.
In iuſtificatione Spiritum ſanctum.
In glorificatione te ipſum.

NOBIS.

Indignis }
Ingratis } ſeruis tuis.
Inutilibus }

HODIE

In hoc die malitiæ.
In hoc die tenebrarum.
In hoc die miſeriarum.

Digitized by Google

ET DIMITTE NOBIS.

Tu qui es miſericordia.
Tu qui es fons gratiæ.
Tu qui in Cruce debitorum noſtrorum poſuiſti pretium.

DEBITA.

Contra tuam maieſtatem commiſſa.
Contra proximi caritatem.
Contra noſtram ſalutem.

NOSTRA.

Ea enim contraximus corde.
Profudimus ore.
Expleuimus opere.

SICVT ET NOS DIMITTIMVS.

Si nos non dimittimus illis, tu non dimittis nobis.
Si eis dimittimus, filij tui per imitationem ſumus.
Si condonamus, verbis tuis paremus.

DEBITORIBVS NOSTRIS.

Qui leuiter,
Ignoranter,
Iuſtè, } offenderunt nos, qui digni ſumus mille gehennis.

ET NE NOS INDVCAS.

Tollendo tuam gratiam.
Remouendo ſalutis media.

Tuam

Digitized by Google

Tuam dulcem præſentiam ſubtrahendo,
Occaſionem peccati permittendo.

IN TENTATIONEM.

Carnis, Mundi, Diaboli.

SED LIBERA.

Tu, qui es liberator, ſaluator, & redemptor.

NOS.

Mortis filios, peccati ſeruos, Diaboli mancipia.

A MALO.

Præterito, Præſenti, & Futuro, } Culpæ, & Pœnæ.

AMEN FIAT.

A te; Per te; In me; } vt fine vltimo.

Digitized by Google

EXPOSITIO SALVTATIONIS Angelicæ ex ſanctis Patribus Latinis & Græcis contexta, per modum meditationis vſurpanda.

AVE MARIA.

S. Ephræ. orat de laudib. S. Dei Mariæ.

AVe Domina, ſtella fulgētiſſima, lux illuſtriſſima.

Aue pax, gaudium, & ſalus mundi.

Aue generis humani lætitia.

Aue Patrum patrocinium, & Prophetarum decus.

Aue Martyrum pulchritudo, & corona Sanctorum.

GRATIA PLENA.

S. Aug. ſer 2. de Annunc. S. Petrus Chryſologus ſer. 143.

Impleta es gratia, & Euæ vacuata eſt culpa: Maledictio Euæ in benedictionē mutatur MARIAE.

Singulis gratia ſe eſt largita per partes, tibi verò ſe totam dedit gratiæ plenitudo.

DOMINVS TECVM.

S. Auguſt. loc. cit. S Bernar. hom. 3. ſuper miſſus.

Tecum in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio.

Nec tantum Dominus filius tecum, quem carne tua induis; ſed & Dominus Spiritus S. de quo concipis; & Dominus Pater, qui genuit quem concipis.

Be-

BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.

O fœmina ſuper omnes fęminas benedicta, quæ virum non noſti, & virum tuo vtero circundediſti. S. Aug. loc. cit.

Verè benedicta, quæ fuiſti maior cęlo, fortior terra, orbe latior: nam Deū quem mundus non capit, ſola cepiſti. Portaſti Deum, qui portat orbem; genuiſti genitorem tuum, nutriuiſti omnium viuentium nutritorem, benedicta tu, quæ iſtam generalē maledictionem euaſiſti, qua dictum eſt, In triſtitia paries filios; & nihilominus illam, qua ſcriptum eſt, Maledicta ſterilis in Iſrael ac ſingularum conſecuta es benedictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cū dolore parturias. S. Chryſ. loc. cit.

Tu verè benedicta, quæ ſola ſine viri coniunctione filium genuiſti, qui cęlos condidit, & terram virginitate tua cælis exæquauit. S. Andr. Cretenſ. in ſalut. Angel.

Benedicta tu in mulieribus, quā beatam dicunt omnes generationes; quā Reges honorant, Principes venerantur; Diuites populi obſecrant; Virgines quæ vel præceſſerunt vel ſequuntur, in templum Regis comitantur.

Digitized by Google

ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI IESVS.

S Bernar. loc. cit. Verè benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ ſunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepiſti cum cæteris, etſi differentiùs à cæteris Benedictus in odore, benedictus in ſapore, benedictus in ſpecie.

S And. Cretenſ. loc. cit. Benedictus fructus, ex quo ligni amaritudo dulceſcit; qui ex incorrupta virginei vteri planta racemos extulit.

Benedictus fructus, de quo veſcens protoplaſtus Adam, euomuit veterem illam potionem, per quam fraudis venenum hauſerat.

Benedictus fructus, ex quo vitalis panis Dominici corporis, & ſalutare immortalitatis poculum conficitur.

SANCTA MARIA MATER DEI, ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS, NVNC, ET IN HORA MORTIS NOSTRÆ. AMEN.

His paucis verbis S. Mater Eccleſia comprehendit, ac per epitomen quaſi complectitur omnes SS. Patrum orationes, preces, ſupplicationes, quas ipſi beatæ Virgini obtulerunt.

BEA-

Digitized by Google

BEATI BERNARDI DOctoris melliflui Oratio ad D. Virginem.

Per te acceſſum habeamus ad filium ô benedicta inuētrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te nos ſuſcipiat, qui per te datus eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas tua culpam noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata noſtræ veniam impetret vanitati. Copioſa caritas tua noſtrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorũ. Domina noſtra, mediatrix noſtra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo Filio nos repræſenta. Fac ô benedicta per gratiam, quam inueniſti, per prærogatiuam quam meruiſti, per miſericordiã quã peperiſti, vt qui te mediãte fieri dignat' eſt particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ, te quoq; intercedente participes faciat nos gloriæ, & beatitudinis ſuæ, Ieſus Chriſtus, Filius tuus, Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen. Serm. 2. de aduēt. Domini.

CAPVT III.

EXERCITIVM SECVNDAE REGVLAE, DE ADMINISTRATIONE Sodalitatis.

PARS PRIMA.

Conſiderationes aliquot adminiſtratoribus Sodalitatis perutiles, ad cultum B. Virg. promouendum.

SICVT filiorũ eſt, parentis ſui vtriuſque gloriam & vtilitatẽ quærere, indieſque, ſi poſſint, augere; ita Sodalium omnium eſt, beatiſſimæ Virginis in ſe, aliiſque cultum promouere. Hoc ſi Sodalibus incumbit omnibus, certè vel maximè iis incumbit, quibus commiſſa eſt Sodalitatis gubernatio.

Exiſtiment ergò ii primùm, delectos ſe eſſe à D. Virgine, vt ipſius ſodalitatẽ & familiam curent.

1. Cõſiderat curã Deinde inducant animum, nihil poſſe ſe dignius, & ſaluti ſuæ conuenientius

face-

Digitized by Google

ſacere, quàm ſi eius promoueant cultũ, & gloriam, quæ Dei ipſius mater eſt optima, iuxta, & potentiſſima, ac planè cariſſima.

Adhæc ſibi perſuadeant: Sodales omnes, Deiparæ Virginis eſſe proles, & pignora, quibus conſulere, eſt ipſi eorum parenti & Dominæ eximiè gratificari & placere.

Præterea certò certius credant, nihil ſe facturos pro Sodalitatis bono, quod nõ ſibi factum arbitretur B. Virgo. Itaque ſi diligentes ſe diligit, multò magis eos, qui alios ſecum ad amorem ipſius alliciunt, diligit.

Poſtremò intelligent, ex his omnibus ſequi, dandam eſſe ſibi operam, vt nauiter partes ſuas ſuſtineant, vt in cætibus ſodalitatis, quantum per occupationes licet, ſint aſſidui, rarò abſentes; vt cæteris omnibus vitę Chriſtianæ, inſigniſque modeſtiæ exemplo præluceant; vt in frequentatione ſacramentorũ crebri ſint; vt in Regularum obſeruatione cæteris diligentiores; vt Sodalitatis progreſſum quotidiè Deo, Parẽtique eius in precibus, & ſacrificiis cõmendẽt; vt deniq; cum egregia caritate & diligentia, commiſſum ſibi munus obeant, non dubii accepturos ſe à

Sodalitatis commiſſam ſibi à B. Virg.

2. Nihil poſſe melius facere, quam B. Virg. cultum promouere.

3. Sodales omnes Deiparæ eſſe filios.

4. Quicquid pro Sodalitate fecerint, B. Virg. ſibi factum arbitraturam.

5. Curandum illis vt partibus ſuis in Sodalitatis adminiſtratione faciant ſatis.

B. Virgine dignā laboribus, induſtriaq́ ſua mercedem.

PARS SECVNDA.

Quæ plurimùm facere poſſint ad bonam Sodalitatis adminiſtrationem.

1. Si Officiales inter ſe ſæpius agāt.

QVatuor pertinere videntur ad bonam Sodalitatis gubernationem. Primùm eſt, ſi Officiales crebrò inter ſe conueniant, agantque de recta Sodalitatis, tum generatim, tum in propriis ac peculiaribus rebus progreſſione.

2. Si Sodales in certas claſſes distribuātur.

Secundum: Si Sodales ſinguli in certas claſſes diſtribuantur, quarum ſingulas Officiales ſinguli inter ſe partiātur, vt conſtare poſſit, qua quiſque diligentia partibus ſuis ſatisfaciat; qui infirmi ſint, qui cæterorum precibus commendandi; qui vita defuncti, qui aliò commigrarint, &c.

3. Si non nimis multi admittātur.

Tertium: Si non multi nimis, & pluſquam decet, facilius admittantur. In multitudine enim multa ſæpè cōfuſio; & qui facilè & citò admittuntur, facilè etiam refrigeſcunt, & ſodalitatis exercitia, conuentuſque negligunt. Expedit ergò

ergò & ſodalitati, & illis (de viris potiſſimùm agimus) vt non ſine præuia conſideratione, lectione regularum, obſeruatione inſtituti Sodalitatis, eorumque excuſſione, quę ad ſodalitatem pertinent, admittantur.

Poſtremùm: ſi annis ſingulis ſemel animorum, & Sodalitatis, inſigni ritu, & præparatione, inſtituatur renouatio: qua ſeſe omnes Confeſſione præmiſſa, & Communione, Beatiſſimæ Virgini rurſus offerant: vt ſic & totius anni admiſſæ in Sodalitatis officio negligentię benignè à benigna matre remittãtur; & nouis quaſi animi, & corporis viribus ad eam ſolitò alacriùs, & diligentiùs colendam aggrediantur. 4. Si nonnunquã ſodalitatis aliqua & animorum fiat renouatio.

PARS TERTIA.

Quanta ſollicitudine parere debeant Sodales Præfectis & Officialibus Sodalitatis

INter omnes virtutes, quæ nos Deo gratiores, Chriſtique Ieſu ſimiliores faciunt, eſt obedientia, cuius exercẽdæ potiſſimùm cauſa, inſtituti ſunt in terris ſacri religioſorum hominum Ordines; vt nimirum in terris ſimilitudo Nulla virtus Deo gratior Obediẽtia.

aliqua eſſet eius perfectiſſimæ obedientiæ, quæ in cœlis eſt. Quocirca beatos ſe & felices exiſtimare debent Sodales, quod tantæ virtutis exercendæ occaſionem aliquam in Sodalitate habeant.

Sodales Obedientes ſuis præfectis B. Virg. obediunt.

Sed & perſuadere ſibi debent; Obedientiam ſe præſtare Dei matri, dominæ, & Parenti ſuæ, quando eius locum in ſibi ſacra hac familia tenentibus obtemperant. Poſtremò magni meriti eſt, tam nobilem exercere virtutem, & voluntati aliquando ſuæ (cuius homines natura tenaciſſimi ſunt) reluctari, vt alterius voluntati morem gerant.

Inobedientes ſunt filii Euæ non Mariæ, dæmonis mancipia nõ Chriſti ſerui.

Qui verò dedignantur parere maioribus ſuis, & quæ ſibi proponuntur in Sodalitate, pro virili ſua exequi, ſat oſtẽdunt non eſſe ſe filios MARIÆ. cui obedientia nihil fuit gratius; ſed inobediẽtis Euæ proles; non Chriſti, qui factus eſt obediens vſque ad mortem, ſeruos; ſed dæmonis, qui primus inobedientię auctor fuit, mancipia; ac propterea periculum eſſe, ne in ruinam & exitium præcipites abeant.

CA-

CAPVT IV.

EXERCITIVM REGVLAE TERTIAE DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

PARS PRIMA.

Sacramenti huius neceſſitas.

POEnitentia eſt Sacramē-tum à Chriſto inſtitutū, in quo miniſterio Sacerdotum, remittuntur peccata actualia, & ſoluūtur omnia vincula ad culpam pertinentia, quibus hominis conſcientia quodammodo fuit ligata: remittitur quoq; pœna æterna, & pars pœnæ temporalis, vel etiam tota ſecundum diſpoſitionē pœnitentis Vnde colligi poteſt, quāta ſit huius Sacramenti neceſſitas; quippè quod, vti Concilium Tridentinum decreuit, non minùs neceſſarium eſt ad ſalutem eorum, qui poſt baptiſmum in peccatum mortale inciderunt, quàm ſit neceſſarius baptiſmus ad ſalutem corū; qui nondum ſunt regenerati.

Quo-

Digitized by Google

Quocirca etſi Pœnitentiæ radices primo adſpectu videãtur duræ,& amaræ,tamen propter maxima,quæ ex ea homo habet præſidia,fructus eius ſunt dulciſſimi,& ſuauiſſimi. Vt propterea meritò debeat omnis Chriſtianus, cui ſua ſalus cordi eſt,quamprimum animaduertit,ſe aliquod peccatum graue, & mortale incurriſſe, ſine mora accurrere ad hunc diuinæ miſericordiæ fontem.

Nam cùm quatuor mala ſint, & dãna, quæ animæ inferantur à peccato mortali,iis ſingulariter occurrit,& medetur ſola pœnitentia.

Primum malum eſt,Quotieſcunque homo eſt in peccato mortali, & denuò idem committit,illud,etſi eaſdem circunſtantias habeat,priore tamen efficitur grauius, & conſequenter tertium eſt grauius ſecundo, & quartum tertio, & ſic deinceps. Cauſa huius rei eſt, quòd quò Deus plus temporis concedit peccatori ad conuerſionem, hoc magis creſcit eius ingratitudo, diuino beneficio abutentis, & quotidiè Deum nouis peccatis offendentis.

Secũdum malum eſt:quod dum homo vnum peccatum commiſit, viam parat ad facilè committendum alterũ:

nam

nam vt dicit B. Gregorius; tanta eſt peccati grauitas, vt ſi non corrigatur ſubitò, ſuo pondere hominem trahat ad committendum aliud, & hoc ad tertium, & ſic deinceps.

Tertium eſt; quod homo exiſtens in peccato mortali, iacturam facit omnium bonorum operum ſuorum; nihil enim proſunt ad promerendam vitam æternam. Quare nec eleemoſynæ, nec orationes, nec ieiũnia, nec indulgentiæ, nec martyriũ ipſum pro Chriſto ſuſceptum illi proſunt, ſi eum peccatorum ſuorum non pœnitet; proſũt verò tantùm ad obtinenda bona temporalia, & pro diſpoſitione ad pœnitentiam impetranda.

Quartum malum eſt, quod peccatũ magis, magiſque paulatim diuinæ miſericordiæ portam occludat; vt tandem vix ſpem relinquat veniæ à Deo obtinendæ. Quod enim refugium ſupereſſe poteſt homini in peccatis perſeueranti, niſi paululum ſpei, quod fortè Deus eius miſerebitur; Iam, quò diutius perſiſtit in peccato eò magis diſcedit à miſericordia diuina, & propiùs accedit ad diuinam iuſtitiam, prouocando magis magiſque Dei iram, vt vindictam, ſumat de peccatis.

De-

Denique ſicut videmus in rebus externis euenire, quò diutiùs macula aliqua panno inhæret, hoc difficilius poſteà tollitur: ſimiliter quo homo rariùs pectit & purgat capillos, hoc magis implicantur, & ſordibus replentur: ſic quò anima longiùs differt ſe expurgare per Confeſſionem, eò difficilius poſtea ſe expurgat, & ob multitudinem peccatorũ magis intricat, tantaque anxietate obruitur, vt ne à docto quidem Cõfeſſario extricari poſſit. Ac, quòd ampliùs eſt, gignit ac nutrit in ſe vermem Conſcientiæ, quem etſi in hac vita non ſentit, tamen in hora mortis crudeliter mordentem ſentiet, & multò amplius in futuro ſeculo; vbi vermis iſte nunquam moritur, nec ignis, qui eum cõbuſturus eſt, extinguitur.

PARS SECVNDA.

Quæ partes Pœnitentiæ.

NIhil videtur explicãdum hic de partibus Pœnitẽtiæ, quę tres ſunt, Cõtritio, Confeſſio, & Satisfactio, planè neceſſariæ ad perfectionem huius Sacramenti tam neceſſarii ad ſalutem, Paſſim enim extant, & teruntur vtiliter

ſiter Chriſtianorum manibus libri, qui de his copioſè tractent. Hoc tantum in præſentia; quod ad veram contritionẽ pertineat, vt peccator doleat & deteſtetur peccatum commiſſum, quatenus eſt offenſa Dei ſuper omnia amati, cõiungatque cum hoc dolore, & deteſtatione, firmum propoſitum mutandi vitam, & in futurum nunquam peccandi. Sicut enim Deus, qui eſt ſummum bonum, debet amari ſuper omnia; ſic peccatũ, in quo Deum offendimus, quia eſt ſummum malum; debet odio haberi ſuper omnia.

In quo ſita vera Cõtritio.

Ad confeſſionem verò, vt ſit valida, pertinet primò, vt ſit integra; hoc eſt, vt omnia mortalia ſecundum ſpeciem, & numerum Sacerdoti manifeſtentur: ſecundò, vt fidelis, id eſt, vera & ſincera: tertiò vt diligens, hoc eſt, vt eam præcedat accurata conſcientiæ diſcuſſio. Quartò, vt obediens; vt ſcilicet pœnitens habeat propoſitum faciendi quicquid ei Confeſſarius iniunxerit.

Quę bonę Cõfeſſionis conditiones.

Ad Satisfactionem denique ſpectat vt Deo pro peccatis admiſſis homo ſatisfaciat; quòd niſi fecerit integrè in hoc mundo, neceſſario illi faciendum erit in Purgatorio, cuius pœnæ ſui magnitu-

Quid ad ſatisfactionem pertineat.

gnitudine (teſte beato Auguſtino) excedunt omnia tormenta, quæ ſancti martyres paſſi ſunt in hac vita. Omnes autem ſatisfactiones reducuntur ad tria genera: Ad ieiunium, aliaſque aſperitates corporis, ad eleemoſynam, & Orationem. Atque hæc generatim, & breuiter.

PARS TERTIA.

Quatuor quæ abducere ſolent peccatorem à Confeſſionis Sacramento; & contra ea remedia.

1. PVdor & verecundia admiſſorum peccatorum. Huic contrà opponere oportet Dei ſcientiam ea omnia cognoſcentis (Confeſſarius enim illius locum tenet) & futuram in die iudicii eorum omnium, ni per Cōfeſſionem deleantur, notitiam & confuſionem.

2. Timor & horror pœnitentiæ: contra quem ob oculos conſtituere oportet Chriſti martyrumque cruciatus, & gehennæ tormenta & ſupplicia.

3. Metus incurrendæ alicuius infamiæ ex eorum Confeſſione, & tempo-

ralis

talis damni, ſi quid reſtituendũ iubeatur. Contra hunc obiicere oportet æternam ignominiam, & bonorum æternorum exitium, ruinamque certiſſimam.

4. Diffidentia, & deſperatio alicuius peccati vitandi, & contrariæ virtutis adipiſcendæ, vt caſtitatis, &c. Contra hanc diffidentiam, timoremque nocturnum, opponenda eſt deliberatio alacris nõ amplius peccandi; gratia, quæ ad id præſtandum in Sacramento confertur; ſubſidia, orationeſque Confeſſarii, Angeli cuſtodis. Patronique ſui tutela & præſidium.

PARS QVARTA.

Certi caſus, quibus Confeſſio fit inualida, ac nulla, ideoque iteranda.

1. QVando, ſiue verecundia, ſiue malitia, omittitur mortale aliquod peccatum.

2. Quando inter confitendum, mendacium dicitur in materia peccati mortalis, & quando conſtat, & ſcitur eſſe mortale.

3. Quando obliuioni traditur peccatũ mor-

mortale; quod defuerit diligentia neceſſaria ad ſui præparationem.

4 Quando deeſt propoſitum & volũtas relinquendi peccati mortalis, vel occaſionis certæ; aut valdè probabilis illius incurrendi.

5 Quando quis vinculo excommunicationis hæret implicitus, neq; ante eius procuratur abſolutio.

6 Quando pœnitens momenti alicuius res habens deligit ſibi Confeſſariũ ignorantem, ac malè peritum, verſatũque in caſibus conſcientiæ.

PARS QVINTA.

Obſeruationes, & documenta ad benè, vtiliterquè inſtituendam Confeſſionem.

1. ANte Confeſſionem, neceſſarium tempus deligendum eſt, ad ſua peccata animo repetenda; præſertim ſi pridem Confeſſionis Sacramentum non obierit pœnitens: eam propterea ſuſcipiat hac in re curà, quã ſuſcipere ſolent homines in negotio aliquo magni admodum ponderis. Si quod enim mortale peccatum per incuriam ac negligentiam omittitur, cõfeſſio-

feſſio nulla eſt; quod pauci tamen ſciũt vel conſiderant.

2 Mortalium peccatorum ſigillatim exprimendus eſt numerus, alioqui cõfeſſio non eſſet integra; & eo quidem quo licet modo; vt ſi dicatur quantum temporis in frequentatione eiuſdẽ peccati decurſum ſit; quoties per diem, vel hebdomadam, vel mẽſem ſolitus fuerit peccatum illud repetere; vel ſaltem, ſi pœnitenti ſtata fuerit conſuetudo in id toties decidendi, quoties ſeſe offerret occaſio.

3 Explicandæ ſunt peccatorum circũſtantiæ; vt ſi furatus ſit alio aliquo malo fine, vt puta occidendi, inebriandi, fornicandi, &c Si concupiuit mulieres cõiugatas, viduas, virgines, &c. Si peccauerit in templo, ſacroue loco. Si mala aliqua voluntate alium induxerit ad peccandum. Si offenderit Deum in præſentia alterius, & cum ſcandalo; vt ſi prohibito die carnes comederit, cùm vir ſit auctoritatis alicuius, vel id genus alia admiſerit. Si votum fecerit nõ iurandi, fornicandi, &c.

4 Explicato numero, & circunſtantiis peccatorum, ſufficit deinceps confiteri peccati ſpeciem, citra hiſtoriæ enarrationem; Si de cogitationibus ſermo

eſt

eſt; dicendum; Conſenſum præbui turpi & venereæ cogitationi toties, exprimendo tamen cogitationis ſpeciem.

5. Sciendum eſt cogitationes in materia peccati mortalis eſſe mortales, ſi iis homo conſentiat, aut iis ſeſe vult oble-ctare, etiamſi eas externo opere nolit explere. In quod ſolent vitioſi homines facilè labi, & quicunque creaturam aliquam inordinate amant.

6. Pœnitens caueat peccata ſua excuſare, aut ea ſupra veritatem augere; neque id pro certo confirmet, de quo ambigit; neque certum tanquam dubium referat.

7. Caueat etiam ne quem in Cõfeſſione dedecore vel infamia afficiat; quapropter nunquam nominanda eſt in Confeſſione perſona.

8. Curet ſedulò fidelem, & bonum animæ ſuæ medicum prouidere; & quod faceret ad ſuccurrendum malè affecto corpori, hoc ipſum imò amplius, animæ cauſa, cuius ſalus longè potior ſalute corporis, faciat. Cõfeſſarium enim ignorãtem quærere, eſt quodammodo certum ſibi ducem ad infernum quærere. Quam in ſententiam doctor celebris Petrus, Damianus. *Cùm*, inquit, *ad pœnitentiam recipere te vis, delige tibi confeſſo-*

confeſſorem bonum, qui tibi refugium ſit in tuis tentationibus, Deum in eo tibi proponendo Eum vbi delegeris, alterum non accedes citra eius licentiam. Et Origenes quodam loco *Conſidera attentè cui debeas peccata tua confiteri: proſpice animæ tuæ de bono medico, qui norit infirmari cum infirmo, flere cum flente, compati patienti; & ſi medicus eſt expertus & miſericors, eius conſilia exequere, & quas tibi propoſuerit potiones & pharmaca, excipe, quantumuis amara videantur.*

PARS SEXTA.

Vtilitates Confeſſionis generalis, & quæ ad eam benè inſtituendam adiumenta.

EXpedit vehementer, vnica ſemel Confeſſione, omnia totius vitę crimina coram ſacerdote exponere. Vtilitates capit homo ex hac re varias: Primum, ſi quid aliàs (quod in prima ætate plerumque accidit) vel ignorantia, vel negligentia, Confeſſioni defuit, id hac ratione ſupplebitur, Deinde renouatur, & augetur dolor, cùm omnia

1. Vtilitas ſuppletio cęterarũ Confeſſionum.
2. Doloris renouatio, ac pęnarũ imminutio.

ſimul peccata cernuntur; quo dolore coniunctò cum Chriſti meritis, pœna temporaria, quæ culpis etiam per Cõfeſſionem expiatis, reliqua erat, aut omninò tollitur, aut multis partibus minuitur. Accedit quod hac ratione excitetur ab integro in nobis amor Dei; cùm ſub vno aſpectu tantam videmus peccatorum vim, quibus diuina bonitas, cùm grauiſſimè læſa eſſet, tamen tanti temporis patientia malitiam noſtram pertulit. Deniquè ſic decreto facto de vitæ commutatione, initium capitur recens, tantò melius in poſterum collocandi temporis, quãtò peius ſuperiori ætate nos collocaſſe intelligimus.

3. Amoris Dei augmentum.

4. Vitę renouatio.

Adiumenta autem ad Generalẽ Cõfeſſionem cum fructu, conſolatione, & facilitate inſtituenda ſunt; vt inprimis cum tuo Confeſſario de ea conferas, ac iudicium, & mentem inquiras; qui, te benè cognito, facilè iudicare & ſuggerere poterit, num è ſalute tua ſit, eã vt inſtituas. Aliquibus enim generalis confeſſio permittenda non eſt, ſed prohibenda. 2. ad eam confeſſionẽ cõpares te oportet vna ad minimum, alterave hebdomada; vt quotidiè nimirum, aliquid temporis vel matuti-

Iuuat 1. agere cum ſuo Confeſſario.

2. Se diu ante cõparare.

tutini, vel veſpertini huic peccatorum omnium diſcuſſioni tribuas: breui aliqua oratione, aut meditatione excitās te ad contritionem, & dolorem peccatorum tuorum. 3 vt facilè memoria repetere poſſis ante actæ vitæ errata, debes expendere domos ſingulas, in quibus vel in pueritia, vel in adoleſcentia, vel ætate maiore habitaſti; ſocios, quibuſcum agere vel domi, vel fori ſolitus fuiſti; quæ loca ſubinde cum illis adieris, quæ feceris, dixeris, &c. Item quæ ſtudia tractaueris, quæ negocia obieris, quibus occupationibus deditus fueris, &c. 3. Memoria locorum, ſocietatum, officiorū, &c.

Operæpretium eſt in ſchedam referas ea, quæ expēſa, & obſeruata fuerint (ne excidant memoria) & pridiè quàm inſtituenda generalis Confeſſio, non ſine doloris ſenſu ſemel atque iterum legas; vt ea corā Sacerdote citra chartam (ſi poſſis) explices. Poteris enim ſic maiori deuotione, contritioneque illa confiteri. 5. Non abs re fuerit, ſi toto eo tempore, quo te ad eam Confeſſionem comparas, operibus aliquibus caritatis, miſericordiæ in pauperes, pęnitentię & animaduerſionis in teipſum, ſolito diligentius, feruentiuſque diuinam implores miſericordiam, quo te libēriùs, 4 Peccatorū annotatio. 5. Bonorū operum frequentatio.

& promptius in ſuam gratiam recipiat, ac maioribus donis & chariſmatis donet.

Quid faciendum poſt Cōfeſſ generalem.

Inſtituta autem generali confeſſione, danda erit tibi in primis opera, vt iam initium des conſuetudini nunquam deinceps intermittendæ, quotidiè minimum ſemel, in tuam deſcendendi conſcientiam, veſperi præſertim, cureſque ne ſemel excluſis peccatis reditus pateat. Præterea iis adiumentis vteris, & remediis ad vitę emendationem quę ſequenti parte adferentur.

Pia & vtilis conſuetudo eſt ſemel quotānis à poſtrema confeſſionē inſtituere

Eſt autem nonnullis pia admodum, & vtiliſſima cōſuetudo, quotannis ſemel peccatorum omnium annuam cōfeſſionem faciendi, tum ob cauſas iam dictas; tum vt inſpiciāt, quos illo anno in virtutibus progreſſus fecerint; quo certè facto non obſcurè declarant, quātæ ipſis curæ ſit propriæ animæ ſalus, ac perfectio. Sicut enim bonus paterfamilias quotannis ſemel rationes omnes datorum, atque acceptorum colligit, vt ſtatum norit rerum ſuarum; ita Chriſtianus, qui ad negotiandum virtutes eſt conſtitutus, præclarè agit, ſi quolibet anno videat, quantā ad virtutes acceſſionem fecerit, quæ vitia depoſuerit, quas imperfectiones reliquerit:

rit; & quantum fieri poteſt, hunc annũ cum præcedenti conferens, ſi aliquid ſpiritualis lucri obſeruat, Deo gratias referat; ſi verò detrimentum negligentia ſua ſit paſſus, ex animo doleat, ſtimuloſque ſibi ad fortius currendum addat.

PARS SEPTIMA.

Frequentis Confeſſionis vtilitates eximia.

QVanta Sacramenti huius frequentatio commoda animis adferat, quiſque in ſeipſo plus experiri poteſt, quàm ſermo poſſit explicare. Aliquot tamen vtilitates recenſebimus.

1 Qui ſæpè confitetur, magis ſecurus eſt; propter recentem memoriam, ſe integram & legitimam facturum Cõfeſſionem. *1. Vtilitas Qui ſæpè cõfite ur magis ſecurus eſt*

2 Magis redditur cautus in euitandis peccatis, & facilius reſurgit; ſi verò aliquando labitur, fortiùs pugnat, & tentationi reſiſtit. *2. Magis cautus.*

3 Qui ſæpè confitetur, magna luce illuſtratur, non modò ad cognoſcenda peccata, ſed radices etiam ipſorum quæ ſunt malæ inclinationes, & affectiones. *3. Illuſtratur.*

4. Gratiā maiorem conſequitur.

4 Maiorem vi Sacramenti cōſequitur gratiam, & quò plus creſcit in gratia, eò magis ſe diſponit ad accipiendam maiorem gratiam in confeſſionibus ſequentibus.

5. Pœnarū relaxationem ex parte impetrat.

5. Non ſolùm aſſequitur remiſſionem peccatorum, ſed etiam magna ex parte, impetrat relaxationem pœnarum ipſis debitarum, tum propter pęnam doloris, & pudoris, qui eſt in ſui accuſatione, tum propter ipſius Sacramenti gratiam.

6. Adiuuantur in diligēdo vitæ ſtatu.

6 Frequentatio huius Sacramenti magnum lumen, & adiumentū adfert iis, qui deliberant de eligendo vitæ ſtatu, in quo facilius ſeruari poſſint.

7. Minus ſæpè grauiterque tentantur.

7 Qui ſæpè confitetur, nec ſæpè, nec grauiter ſolet tentari à dæmone. Frequenti enim ſui apertione, poteſtas, & virtus proditoris diaboli concidit.

8. Paratus ad mortē ſit.

8 Cùm hora mortis incerta ſit, & frequentes, ac ſubiti illius caſus, qui ſæpè confitetur, ſemper quaſi ad eam paratus eſt.

9 Gaudio afficit.

9 Frequentatio Confeſſionis generat magnam ſecuritatem conſciētiæ, magnam ſuæ ſalutis certitudinem, ac propterea gaudium in animo magnum, & quietem, conſolationemque in morte admirabilem.

PARS OCTAVA.

Quid faciendum ſit Sodalibus, iiſque omnibus qui ſæpè ſolent confiteri.

IN quatuor rebus diligentiam adhibere debent qui ſæpiùs confitentur. Nam primùm in examine conſcientiæ ſeduli eſſe debent. Et quidem excutiãt oportet, quid circa cogitationes, deinde quid circa verba, tertiò quid circa opera, erga Deum, ſeipſum, proximum admiſerint. Examen autem iſtud tẽpus aliquod requirit, ſecundùm quod plures, paucioreſve dies à proxima confeſſione interceſſerunt.

Prima cura conſiſtit in examine cõſcientiæ.

Secunda cura poſita eſſe debet in dolore peccatorum ante Confeſſionem excitando, qui dolor nunquam omittendus eſt, etiamſi venialia duntaxat peccata occurrãt. Confuſionem itaque capies ex te ipſo, conſiderans, quàm parùm te emendes, & proficias, & quam ſemper iiſdem defectibus deprehendaris obnoxius. Deinde oculos mentis attolles ad Chriſtum, conſiderans quòd cùm ſit ipſa ſanctitas & puritas, magnoperè illi omnia peccata diſpliceant,

Secunda cura in dolore excitando.

Digitized by Google

expendes quot beneficia tibi contulerit, quid egerit, quid paſſus fuerit vt à peccato te liberaret, & in cuſtodias pręceptorum ſuorum famulatumque ſuũ te traduceret; ingratitudinem hinc incuſabis tuam, dolebiſque ſummoperè, quod tantæ ſanctitati tantam malitiã, tot beneficiis tot & graues iniurias, pro ſanguine vitaque pro te impenſa, tot & graues offenſas rependeris ei, cui totũ non ſemel, ſed millies debebas te, pro te facto, refecto, & tali modo, pretio ſcilicet ſanguinis ſui, refecto ſeu redẽpto; dolebis de tanta malitia.

Poſtremò iterum conuertes oculos ad Chriſtum, eumque conſiderando vt Mediatorem & ſatisfactorem pro peccatis tuis, & eundem vt verum Deum, & infinitę miſericordię fontẽ petes per eius pretioſum ſanguinem, per beatiſſimam eius matrem, & Sanctos omnes, vt dignetur peccata tua tibi remittere, gratiam infundere, pœnas peccatis tuis debitas relaxare, prauaſque animi tui propenſiones reformare, verã in poſterum proponendo ab eis emendationẽ. Ad dolorem peccatorum intenſum eorumq; emendationem ſtabilem concipiẽdam, poſſunt etiam adhiberi aliquæ aſpirationes quas ſubiiciemus in hoc c.

Digitized by Google

p.9. Poteſt & adhiberi cogitatio attenta ſeu meditatio de inferno, quem meremur per peccatum, vel de gloria cœleſti, quam amittimus, de Iudicio poſt mortem, de effectis & pœnis peccatorũ, &c. de quibus omnibus habētur meditationes in fine huius libri, breuiter ſed ad viuum aliquid horum obiiciendo menti, modo aliud, prout quiſque hôc vel illo motiuo magis mouetur ad dolorem; ſanè huic dolori propoſitoque concipiendo impensè incumbere debemus cum Sacramentum Confeſſionis obimus, imò impenſius quam ipſi peccatorum exactiſſimæ recordationi, & enumerationi: fructuoſior enim longè eſt ille dolor, principalior eſt in ſacramento. Quoq; intenſior eſt, eò maiorem gratiam in Sacramento confert, magiſque à peccatis in futurum retrahit: quare grauiter decipiuntur, qui totam fere operam recordationi peccatorum, vix vllam dolori concipiendo impendunt.

Tertia cura circa Confeſſionē ipſam verſatur, vt nimirum perſuadeas tibi, quoties vadis ad accipiendum hôc ſacramentum, toties ire te ad lauandam animam tuam Sanguine Chriſti: cuius virtus operatur in Sacramentis: pro- 3. Cura in ipſa Confeſſione cōſiſtit.

pterea opus eſſe magna reuerētia & humilitate Amabis autem in confitendo claritatem, & perſpicuitatem, libereq; te totum Patri ſpirituali manifeſtabis, ab eo vt poſſis melius iuuari & dirigi. Paratus etiam eris non ſolùm ad ſuſcipiendam pœnitentiam, & implendam iniunctam ſatisfactionem, verùm etiā ad excipiendas reprehenſiones, ſi quas ille ad tui emendationem adhibendas putauerit? ad accipienda etiam omnia conſilia, & remedia, quę pro animę tuę maiori bono ipſe dederit. Ad quod vehementer cōferet (ſicut antè inſinuauimus) vnico vti, quo ad fieri poteſt, Cōfeſſario docto, bono, & prudente, neque ex vno ad alium, & mox ad tertium diſcurrere, quo nihil periculoſius & ineptius. Tales enim diſcurſores & vagabūdi, plus ſatis demōſtrant nolle ſe iuuari, & dirigi, neque veram ſui emendationem proponere. Salutare per omnē modum eſt nitenti; vnum ſibi deligere quem ſequatur, quem vt Patrem ſuū amet, cui ſeſe totum ſincerè aperiat, cuius ſe precibus profectumque ſuum cōmendet, quem in moleſtiis, ac difficultatibus, ac in diligendo potiſſimum vitæ ſtatu (ſi iunior ſit) conſulat, à cuius nutu & conſilio in omnibus ad ſalutē

Vnico vtendum Confeſſario docto bono, prudente.

ſuam

ſtiam ſpectantibus pendeat. Incredibile eſt quanti id momenti ſit, & quantum boni, conſolationis, & ſecuritatis in eo inſit.

Vbi autem Confeſſarium pœnitens abſolutionis cauſa accedit, vtroque genu flexo, & nudo capite, manibus iunctis, & facie ad latus Cõfeſſarii verſa, ſignãs ſe cruce dicet; *In nomine Patris*, &c. *Benedic Pater*. Accepta benedictione, proſequetur Confeſſionem Generalem vſque ad verba (*mea culpa, &c.*) Tunc ſignificato tempore poſtremæ Confeſſionis, quantum meminiſſe poterit, cõfitebitur ſua peccata; quibus explicatis, ſubiiciet clauſulam generalem dicens: *De his & omnibus alijs peccatis meis cõtra Deum, proximum, & meipſum commiſſis, dico meam culpam, meam culpam meam grauiſſimam culpam. Ideo precor beatam Mariam ſemper*, &c. *& te etiam Pater, petoq́ue abſolutionem & pœnitentiam.*

Quarta cura in mediis emendationis, de quibus p. vndecima dicitur, executioni poſt confeſſionem mandandis. 4. Cura in mediis emendationis poſita.

PARS NONA.

Perbreues aſpirationes, & conceptus animi per modum Meditationis cuiuſdam, ad impetrandam Dei miſericordiam, veniamque peccatorum exorandam, vſurpandæ, ex dictis B. Auguſtini.

Miſerere mei Domine, miſerere mei, & adiuua me ſicut tu noſti, quod mihi neceſſe eſt in corpore & anima. Scis omnia, potes omnia, qui viuis in ſæcula.

Reſpice me, Domine, opus manuum tuarum in te ſperantem, & in tua ſolummodò miſericordia confidentem: recordare creaturæ tuæ, quam tuo ſanguine redemiſti.

Domine da mihi conſolationem tuam cœleſtem, & noli ſpernere peccatricem animam meam, pro qua mortuus es, &c.

Ego ſum miſer ille obæratus decem millibus talentorum, non ſum ſoluendo,

do, niſi miſericordia tua adiuuerit me.

Noli, quæſo, piiſſime Domine, ſcribere aduerſum me amaritudines meas, vt intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.

Placare obſecro, & miſerere mei, & non auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo non auertiſti faciē tuam ab increpantibus, & conſpuentibus in te.

Quis vnquam, bone IESV, de tua miſericordia diffidat, qui cum tui inimici eſſemus, redemiſti nos in ſanguine tuo, & reconciliaſti nos DEO? Ecce ſub tua miſericordiæ vmbra protectus, ad thronum gloriæ veniam poſtulans curro, clamans, & pulſans, donec miſerearis mei.

O CLEMENTISSIME Pater, & Domine, licet peccator ſim, non poſſum non eſſe filius tuus, quia tu feciſti, & refeciſti: & ſi ego admi-

ſi, vnde me damnare potes, tu non amiſiſti, vnde ſaluare ſoles? noli ergo Domine ſic attendere malum meum, vt obliuiſcaris bonum tuum.

Ne memineris iuſtitiæ tuæ, Domine erga peccatorem tuum ſed memor eſto benignitatis tuæ erga creaturam tuam: ne memineris iræ aduerſus reum, ſed memor eſto miſerationis tuæ erga miſerum: obliuiſcere ſuperbum prouocantem, & reſpice miſerum inuocantem. Obſecro, & ſuppliciter rogo, omnipotens, & miſericors Domine: ne facias mihi ſecundùm peccata mea, quibus iram tuam merui, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam, quæ ſuperat etiam peccata totius mundi.

Ecce cor meum coram te eſt, Domine, diſcute tenebras eius, vt amoris tui claritate plenius perfundatur. Compleat tua potentiſſima diuinitas, quod conatur mea tepidiſſima imbecillitas. Sanctifica me vas tuum, quod

quod feciſti, de malitia euacua, & imple de gratia, & plenum conſerua; vt dignum habitationis tuæ efficiar templum hic, & in perpetuum, Amen.

OBSERVA, quod hæ adſpirationes animi percurri leuiter non debeant, ſed fieri per modum cuiuſdam meditationis: Nec expedit has omnes aſpirationes ſimul facere, ſed nunc vna aut altera, aliquando tres, rarò plures quatuor vſurpari debent, poteſt prætereà recitari aliqua oratio ex his quæ habentur in officio Beatæ Virginis de Confeſſione.

PARS

Digitized by Google

PARS DECIMA.

EXAMEN PRO CONFESSIONE generali.

Examen in Præcepta Decalogi, in quibus comprehenſa ſunt omnes aliæ materiæ, in quibus peccari poteſt mortaliter.

Quomodo in ſequentibus peccatis cõfitendus ſit numerus, grauitas & ſpecies peccati, pete ex præcedentibus, præſertim p.5. & c.11.p.16. maximè verò ex p. vltima eiuſdem.c.11.

Circa 1. Præceptum, quod eſt,

COLERE DEVM SVPER *omnia.*

Circa fidem.

AN crediderit omnia, quæ S. Romana Eccleſia credit, vel certè habuerit opinionem in aliqua re fidei Romanæ contrariam?

An verbis, vel ſignis externis infideli-

deliratem aliquam vel hæreſim prodiderit vel probauerit,etiam ſolus nullo audiente,& contra quem fidei articulum?

An fuerit nimiū curioſus in inueſtigandis rebus fidei,& an de aliquo fidei articulo dubitauerit,& de quo?

An apud ſe habuerit, vel legerit libros hæreticorum,alioſve libros ab Eccleſia prohibitos?

An ſciuerit orationes,aliaq; neceſſaria,quæ quiſq; Chriſtianus ſcire tenetur,vt ſunt mandata Dei. Dominica oratio, Credo, & myſteria principalia fidei?

An vſus ſit aliquo genere ſuperſtitionum,incantationum,& diuinationum per ſe,vel alios?

An ſchedulas ſuperſtitioſas apud ſe habuerit ad ſanitatem,aliamve rem obtinendam, & an alios induxerit ad earum vſum?

An fidem habuerit ſomnijs vel auguriis,accipiendo illa pro regula actionum ſuarum?

Circa Spem.

An nimium præſumendo de diuina miſericordia commiſerit aliquod peccatum,vel in malo perſeuerauerit, differendo emendationem?

Digitized by Google

An in rebus aduerſis fiduciam potius in creaturis, & in auxilio huius mundi quàm in Deo collocauerit?

An diffitendo miſericordiæ diuinæ deſperauerit de emendatione vitæ, vel remiſſione peccatorum obtinenda?

Circa Charitatem.

An murmurauerit contra Deum, conquerendo, quaſi nõ eſſet iuſtus, vel reprehendendo eius prouidentiam?

An per timorem, aliumve reſpectum humanum cogitauerit offendere Deũ; aut non facere, quod pro ſuo officio, & Dei ſeruitio facere tenebatur?

An auerſionem cum quedam horrore à Deo habuerit, & rebus diuinis ad ſalutem ſuam pertinentibus?

An maledixerit, vel blaſphemauerit Deum, aut ſanctos, aliaſque ceaturas?

An expoſuerit ſe periculo peccandi mortaliter, vel an complacuerit ſibi in peccato olim commiſſo?

An perſecutus ſit, & calũniatus hominibus piis, detrahendo bonis eorum operibus, & impediendo ne illa facerent, & ſigillatim an impediuerit aliquem, ne ingrederetur religionem.

Circa

Circa 2. Præceptum.

NON ASSVMES NOMEN Dei tui in vanum.

De Iuramentis, quādo grauia ſint peccata, & quomodo confitenda, vide c. 11. p 16. & 12.

AN iurauerit falſum, ſciens eſſe, vel certè dubitans eſſe mendaciū, ſiue ioco factum ſit, ſiue de re leui?

An iurauerit promittendo rem licitam, quam poſtea ſine cauſa rationabili non obſeruauerit, aut intentionem habuerit, non ſeruandi cùm iuraret?

An cauſam dederit alicui, vt falſum iuraret, vel non obſeruaret iuramentū licitum?

An iurarit adiuncta maledictione; verbi gratia; *auferat me diabolus, tale malum mihi eueniat ſi non fecero,* &c.

An iurauerit ſe malum aliquod vel peccatum commiſſurum, aut nihil boni facturum.

An iurauerit minando alicui ſine intentione exequendi iuramentum?

An in iudicio iurauerit falſum, vel iuridicè interrogatus non reſponderit conformiter intentioni iudicis, vel cōſiliū dederit aliis id faciendi? Quo caſu non

Digitized by Google

non ſolum peccat mortaliter, verum etiam obligatur ad reſtitutionem, ſi inde ſecutum eſt aliquod damnum proximi?

An habuerit conſuetudinem ſępè iurandi, non curando, aut non conſiderādo, num verè, vel falsò iuraret?

An fecerit votum faciendi aliquod bonum, & non curauit exequi, vel executionem diſtulerit in longum tempus?

An vouerit aliquid cum intentione non adimplendi votum?

An vouerit ſe nihil boni acturum, aut aliquid mali acturum, aut bonum quidem acturum, ſed propter malum finem?

Circa Tertium Præceptum.

MEMENTO VT DIEM Sabbathi ſanctifices.

AN dies feſtos violauerit, faciendo vel mandando aliis opera prohibita ab Eccleſia, vel conſentiendo illis qui faciunt?

An omiſerit audire miſſam, aut eius notabilem partem diebus feſtis,

quæ

quæ ſunt in præcepto, ſine cauſa legitima, vel cauſam aliis dederit ſimile faciendi?

An per notabile temporis ſpatium in miſſa diebus feſtis fuerit voluntariè diſtractus, loquendo, ridendo, vel occupando ſe in rebus inanibus?

An curarit ſubditos ſuæ curæ ſubiectos diebus feſtis intereſſe ſacrificio miſſæ?

An confeſſus ſit minimum ſemel in anno, aut non curarit, vt idem facerent omnes ſuæ curæ ſubiecti?

An confeſſus ſit ſine antegreſſo examine conſcientiæ, vel ſine propoſito deſerendi aliquod peccatum, vel ex pudore, aliave de cauſa reticuerit aliquod peccatum: vel ex negligentia ſeu defectu ſufficientis examinis non integrè omnia peccata aperuerit in confeſſione?

An quouis anno, tempore Paſchæ communicarit, eaque diſpoſitione, qua oporteti

An cum conſcientia certa vel dubia peccati mortalis receperit, vel adminiſtrarit aliquod ſacramentum Eccleſiæ?

An ieiunarit per Quadrageſimam Vigilias & Quatuor tempora: cum eſt obli-

obligatus, quiſque autem eſt obligatus ſub peccato, anno 21. expleto, niſi cauſa rationabilis eum excuſet, & an iis diebus vſus ſit cibis prohibitis: aut aliis dederit cauſam idem faciendi?

An propter gulam non curarit tranſgredi aliquod præceptum, & an intẽperantius comederit, vel biberit cum notabili damno ſanitatis, & an ſponte ſe inebriauerit. vide dicta c 11. p. 16.

An violauerit Eccleſiam aliquo peccato carnis, vel effuſione ſanguinis?

An incurrerit aliquam excõmunicationem, vel excommunicatus particeps fuerit alicuius Sacramenti, aut interfuerit officio diuino.

An contumelia aliqua, vel irreuerẽtia affecerit imagines, reliquias Sãctorum, aliaſve res ſacras?

An obligatus ad recitandum breuiarium omiſerit recitare ſiue totum, ſiue partem, & an recitando illud fuerit voluntariè diſtractus?

An ex pigritia vel tædio rerum ſpiritualium, bonum aliquod opus, quod facere tenebatur, omiſerit.

Circa

Circa quartum præceptum.

HONORA PATREM ET matrem.

AN paruo honore affecerit patrem & matrem, contemnendo illos, vel offendendo factis vel verbis contumelioſis?

An maledixerit patri vel matri; vel in eorum abſentia eos execratus ſit, & dedecore affecerit?

An obediuerit parentibus vel ſuperioribus in rebus iuſtis, vel in rebus, quę cedere poterant in damnum notabile vel domus, vel animæ propriæ?

An parentibus in neceſſitate exiſtẽtibus, cùm poſſet ſubuenerit?

An deliberatè optauerit eorum mortem ad obtinendam hæreditatem?

An executus ſit teſtamẽta, & vltimas voluntates defunctorum?

An ex nimio parentum amore paruipenderit offendere Deum?

An non obſeruauerit leges iuſtas & ſtatuta ſuperiorum?

An detraxerit, vel malum aliquod dixerit de ſuperioribus Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, aut etiam de religio-

ſis

ſis ſacerdotibus, Magiſtratibus, Doctoribus?

An non ſubuenerit, cùm poſſet pauperibus, maximè in extrema vel graui neceſſitate, & an durus nimis fuerit, & crudelis erga eos, tractando eos aſperè vel verbis vel factis?

An parentes maledixerint ſuis filiis?

An educauerint eos, ſicut debent, inſtituendo eos in orando & doctrina Chriſtiana, reprehendendo quoque illos & caſtigando maximè in materia peccati, occupando etiam illos honeſto exercitio, ne ſint otioſi, & vias ingrediantur malas?

Quod dicitur de filiis, intelligitur quoque de ſeruis, & aliis domeſticis, quorum curam habere tenentur; vt nēpè, diſcant neceſſaria, & obſeruent mādata Dei, atque Eccleſiæ.

Circa quintum præceptum.

NON OCCIDES.

AN aliquem habuerit odio, cum deſiderio vindicandi ſe, & an grauiter & quanto tempore in eo perſeuerauerit?

Digitized by Google

An optauerit alicui mortem, vel aliud malum graue & damnum corporis, famæ, honoris, bonorum tam temporalium, quam ſpiritualium?

An ira commotus fuerit in aliquem cum intentione nocendi illi, vel vindictam ſumendi, & an grauiter, vide dicta c. 11. p. 16.

An contendendo cum aliis verberauerit aliquem vel vulnerarit vel occiderit, aut commiſerit aliis, vt facerẽt, vel quod ſuo nomine ab aliis erat factum, approbauerit, vel ad id dederit auxilium, conſilium, aut fauorem?

An noluerit veniam petere, vel pacẽ inire cum iis, quos offendit, vel pro iniuria illata non ſufficienter ſatisfecerit?

An noluerit condonare iniuriam ab aliis illatam?

An ex odio omiſerit alloqui, vel ſalutare aliquem; vel ſine odio quidẽ, ſed cum proximi ſcandalo?

An in rebus aduerſis, & infortuniis optauerit mortem, aut ex furore & ira ſeipſum verberauerit, vel maledixerit, vel diabolo tradiderit, & num ex animo, an ſolum ore?

An maledixerit aliis, tam viuis quam defunctis, & qua intentione?

An ſeminauerit Zizania, excitando

diſcordias,& inimicitias inter alios, & quod malum inde ſecutum ſit.

An ex odio, vel inuidia triſtitia affectus fuerit de proſperitate aliorum, tam temporali quam ſpirituali, & an gauiſus fuerit de aliquo malo, vel damno notabili aliorum?

An ex ira offenderit alios verbis iniurioſis, & contumelioſis, vide c.11. p. 16. & vltima.

An aliis ſit adulatus, laudando eos in re, quæ erat peccatum.

meretricem ſuſcèpiſti; quia cum peccatoribus manducaſti; quia gratiores tibi multò fuerunt Magdalenæ lachrymæ, quam Phariſæi epulæ: quia non indignatus es à muliere, profluuio ſanguinis laborante, fimbriam veſtimenti tui tangi; quia cæcos, claudos, immundos, leproſos ad te appropinquantes non reieciſti; ideò ad te venio alacris & bonæ ſpei plenus, quod me non reiicies, nec repudiabis. Quare ò bone IESV, venientem me recipe; ac tibi per hunc myſticum panem, quem in me accipere ardeo, coniunge.

6. Si me, ô ſuauiſſime IESV, ab hac menſa iuſtiſſimus timor, quem magnitudo ſcelerum meorum generat, abducit, & abſtrahit; ad eam ſpes, & amor quem cognita miſerationum tuarum immenſitas parit, inuitant & vrgent. Scio te eſſe, qui dixiſti: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*: Et, *non opus eſt medico ſanis, ſed malè habentibus*. Ideoque Zachæo publicano tui videndi deſiderio æſtuanti non oſtendiſti te tantùm, ſed & eum benignè compellaſti, ad eius domum accedere, cum eo agere, & manducare voluiſti. Vt quid ergo de tua miſericordia, bone IESV, diffidam? cur ad menſam tuam inuitatus adire

refu-

Digitized by Google

refugiam? immò, cur ad eam non actutum prouolem? In ea enim pharmacū ſalutis, antidotum contra infirmitates meas potentiſſimum porriges: In ea propinabis mihi vinum, quod germinare facit virgines, quod ſerpentes interimit quod vitam mortuis reſtituit: In ea, ſi infirmus ſum, cōfido ſanandū; ſi debilis, confortandum; ſi viuus, magis viuificandum; ſi mortuus, ad vitā reuocandum; ſi tepidus, accendendum; ſi ardens, inflammandum; ſi cœcus illuminandum; ſi eliſus erigendum; ſi nudus, veſtiendum; ſi ſordidus, abluēdum; ſi pauper, ditandum. Veni ergo Domine, oſtende mihi faciem tuā, ingredere in domum meam; dicas quia ſalus facta eſt Domui meæ: & cur non ſalus illi fiet, ſi ad eam Saluator acceſſerit?

Hæ conſiderationes ſeu meditationum puncta tum ante Communionem, tum poſt, expendi poſſunt, modò aliquas meditando, modo alias.

PARS

PARS QVINTA.

ASPIRATIONES ALIQVOT, ſpiritualem famem, ardenſquè deſiderium huius Sanctiſſimi ſacramenti excitantes per modum meditationis exercenda.

QVid tibi, Domine IESV, vt venias ad me, atque ſic te mihi communices? Quis enim tu, & quis ego? Tu creator, ego creatura: tu Dominus, ego ſeruus: Tu Deus, ego limus: Tu qui es, ego nihil: tu ſanctitas ipſa, & bonitas, & beatitudo; ego impius, flagitioſus & infelix! Cur ergo ad me properas? Cur mortem minaris, niſi te accepero? An tu fortaſsè præ amore mei, neſcis quis, qualis & quantus ſis? Sed quia ſcis, ac me tamen adire vis, non refugio, non tergiuerſor. Veni ergo Domine, & noli tardare; tui enim amore langueo.

2. Euge, anima mea, annuncio tibi gaudium magnum; gaude, & lætare, quia venit ad te Creator tuus, pater, paſtor, ſponſus tuus, Deus & homo Chriſtus IESVS, cuius delitiæ ſunt eſſe cum filiis

filiis hominum. Compone te ergo, & dilatare ad tantum hoſpitem capiendum, euacua locum cordis tui. Ecce nunc ampliſſimo beatiſſimæ diuinitatis, ſanctiſſimæ animæ, corporis glorioſiſſimi, ſanguinis pretioſiſſimi munere auctam te eſſe deſiderat. Occurre illi cum muneribus: ſed quid tibi offeram bone IESV? Quid me opus habes, qui omnia habes? Si me totum dedero, quantulum id eſt? Si quod alias facere aſſoles, cor meum petis, illud tibi offerre non audeo: Eſt enim immūdum, eſt frigidum, eſt aſperum, eſt te planè indignum. Quod ſi omninò dari tibi vis: offero penitus, & qualecunque ſit dono. Si enim immundum eſt, puriſſimo Sanguinis tui balneo; quod mihi paratur in hoc Sacramento, lauabis. Si frigidum, Charitatis tuæ non tam igne, quam incendio, quod in Euchariſtia feruet, accendes: ſi durum & aſperum, benignitatis tuæ oleo, gratiæque vnguento, cuius plena ſunt hæc myſteria, lenies; atque ſic lotum, accenſum, mollitum, nec prorſus tua miſericordia indignum cor meum accipies, & cor mihi tuum porriges. Accipe me tibi, bone IESV, & te totum dona mihi; Accipe cum corde meo, totum amorem

meum:

meum;& porrige amorem tuum!

3. Scio,ô bone IESV, dulcedo cordis mei,vita animæ meæ,ęternum bonum meum, qui amas me. Quæ enim alia fuit cauſa,vt dum ſe Iudas componeret ad tui proditionem;tu horũ quaſi neſcius omnium,Sacramentum hoc inſtitueres?niſi vt viciſſim parares nobis amoris funes & vincula, quibus nos tibi cõſtringeres;& gloriam,qua nos æternum beares?niſi vt paſſionis tuæ viuam nobis relinqueres memoriam;qua procuratæ nobis per eam ſalutis, demonſtratæque tuæ admirabilis, & planè nimiæ caritatis eſſemus perpetuò memores. Agnoſco ergo myſterium,agnoſco caritatem: de qua veriſſimè ſcriptum;

Cant.8. *quia aquæ multæ*,Paſſionis ſcilicet, *non potuerunt exſtinguere, nec flumina dolorum obruere eam!* Quocirca,vt eo caritatis igne incaleſcam,vt gratam vicem amoris rependam,vt à te cruciatibus nullis deſciſcam, venio ad te bone IESV: os meum per hanc participationem Corporis tui, lateri tuo applicare, & ſanguinem, tuum exſugere ardeo. Sic enim magnitudinem amoris tui non tantum intelligam, ſed & palpabo quaſi,& intimis præcordiis ſẽtiam;vt in me ſemper maneas,& ego in te!

te? veni ergò Domine, & noli tardare?

4. Scio amator hominum, ſuauiſſime IESV, dum corpori tuo precioſo communico, fieri me templum viuum Spiritus ſancti; tabernaculum ſanctiſſimæ Trinitatis; ſepulchrum viuum tuū; hoſpitem etiam tuum; immò matrem Dei, ſponſam tuam, beatæ matris filium; ideoque, *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*; vt in me habites, apud me commoreris, in me viuas, & ego in te: ac non iam te conuertam in me, ſed conuertas me in te, qui es vita & ſalus mea vnica: feſtina ergo Domine ne tardaueris; patent tibi cordis mei penetralia; compoſitum ſepulchrum, in quo non 40. horis, vt in illo lapideo; ſed in perpetuum conquieſcas?

5. Non ignoro, pientiſſime IESV, carnem meam, dum Communico, tangi à benedicta carne tua? manus me tuas oſculari, complecti ſacrum caput: tui propterea ſumendi deſiderio exæſtuo. Scio dum te in me accipio, quendam quaſi fieri cæleſtem Paradiſum. Vbi enim Deus eſt, ibi & paradiſus eſt. Cupio ergo ex te audire iā glorioſo, quod olim à mortali & crucifixo audiit latro: *Fili mi, hodie mecum eris in Paradiſo.*

Scio

Scio denique, dum communico, fieri me aulicum tuum, aſſidere menſæ regiæ, veſci epulo pretioſiſſimo, panem Angelorum ſumere, delitias cœli prægustare, gratia compleri, futuræ gloriæ pignus accipere, ac denique bonis omnibus cumulari. Ea propter cor meum, & caro mea exultant in te Deum ſuũ; ad tuas delitias, ad tuum conuiuium anhelant.

Dicenda hæc Oratio ſub ipſam Cõmunionẽ

Ergo ô bone IESV, dulciſſime & amantiſſime IESV, deliciæ meæ, amor meus, æternum bonum meũ, melliflue & deſideratiſſime IESV, miſerere mei, coniunge me tibi; *quia ego ſeruus tuus ſum, & filius ancillæ tuæ,* Eccleſiæ & MARIÆ, Paratum tibi cor meum, *fiat mihi ſecundùm verbum tuum.*

Non expedit has omnes aſpirationes ſimul excitare, ſed nunc duas, nunc tres, modò quatuor, rarò plures. Crede aſpirationes quot ſunt, totidem ſunt meditationes, quare potes modo vnam, modò aliam meditandam tum ante, tum poſt cõmunionem ſeligere, ne repetitio eiuſdem ſemper conſiderationis tædium pariat.

PARS

PARS SEXTA.

QVID POST COMMVNIOnem faciendum.

1. POſt Communionem agendæ sũt confeſtim gratiæ, quod dignatus ſit Deus ingredi in te, & ſuſcipi à te. Quocirca opportunè adieceris pſalmum ſequentem.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.
Anima Chriſti ſanctifica me:
Corpus Chriſti ſalua me:
Sanguis Chriſti inebria me:
Aqua lateris Chriſti laua me;
Paſſio Chriſti conforta me:
O bone IESV, exaudi me:
Intra vulnera tua abſconde me,
Et ne permittas me ſeparari à te.
Ab hoſte maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me,
Et iube me venire ad te,
Vt cum ſanctis & electis laudem te,
In ſæcula ſæculorum. Amen.

Gra-

Digitized by Google

Oratio S. Thomæ ad Deum Patrem.

GRatias tibi ago, Domine ſancte Pater, omnipotens, & æterne Deus qui me indignum famulum tuū, nullis meis meritis exigentibus, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ, ſatiare dignatus es pretioſo corpore, & ſanguine filii tui, Domini noſtri IESV Chriſti. Te deprecor, vt hæc ſancta communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniā. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcentiæ ac libidinis exterminatio; caritatis, patientiæ, humilitatis, obedientiæ, omniumq; virtutum augmētatio: contra inſidias inimicorum tam viſibilium, quā inuiſibilium firma defenſio: motuum meorum tam carnalium, quam ſpiritualium perfecta quietatio: in te vno, ac vero Deo firma adhæſio, atque finis mei felix conſummatio. Et precor te; vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris, vbi tu ipſe es cum filio tuo, & Spiritu S. ſanctis tuis lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Amen.

D Petri Caniſii precatio

Commendo me tibi, ſereniſſima, vereque inclita virgo MARIA, cęli, ac terrę

Regina

Regina, quæ in tuo ſacratiſſimo vtero eundem Dominum, & omnium creatorem, quem ego modò ſuſcepi, de Spiritu S. conceptum dignè portaſti. Precor te matrem Dei ſanctiſſimam, vt pro me apud eundem filium tuum intercedas, & quacunque ratione in ſummi Sacramenti huius ſūptione deliqui, huius negligentiæ, & indignitatis meæ veniā impetres. Tu ſemper caſta, pura, innocens, poſt conceptum filium etiam caſtior, purior, & ſanctior, Deoque gratior euaſiſti. Vtinam & me tam diuini Sacramenti perceptione ita ſanctifices, vt deinceps cor, & corpus meū ab omni lethalis peccati macula tuear impollutum! Tu concepto filio de Spiritu ſancto magnificas laudes Domino lætè decantaſti; & in Deo ſalutari tuo mirabiliter exultaſti. O ſi tuis efficacibus precibus id aſſequar, virgo mater, vt cum hac Sacra Communione nouum, & ardentem ſpiritum coniungam, ac ſemper in gratiarum actione pia verſer, tantoque Redemptori, & hoſpiti me nunquam ingratū, ſed fidū in omnibus miniſtrum oſtendā. Amē. ad B. Virg. poſt Cō munionē

2. Poſt communionem neceſſaria eſt cuſtodia ſenſuum, linguæ, & cogitationum. Nō eſt etiā huc illuc excur-

xendum

tendum, nugandum, ludendum, negociandum, &c. ſic enim quamprimum diuini huius cibi ſapor, perceptuſque in communione ſpiritualis odor euaneſceret, fieretque quodammodo ſacramento iniuria.

3. Aliquid tribui debet piæ meditationi; quæ inſtituetur vel de SS. Trinitate, vel de B. Virgin. vel de Chriſti paſſione, & myſteriis redemptionis noſtræ, vel de venerabili Sacramento, prout dies ipſe feret, & poſtulabit: propterea de his omnibus non omiſſa eſt hoc Manuali apta meditationi materia.

4. Gratiis vt ſupra actis debemus Chriſtum quem gerimus in pectore, offerre Deo Patri, viciſſim petendo per eundem Chriſtum quæ ſunt nobis neceſſaria; tum Chriſto offerre nos ipſos, corpus, animam, quicquid in nobis eſt, eidem deinde Chriſto vt medico repræſentare cum gemitu infirmitates noſtras & peccata particularia in quæ ſumus procliuiores, petendo inſtanter contra ea remedium virtuteſque contrarias dicendoque cum Patriarcha Iacob, *Non dimittam te donec benedixeris mihi*. Tandē aliquid tribuere debemus piæ meditationi, vt iam dictum eſt,

quo-

Digitized by Google

iſque quadrans circiter à com-
ione eſt ſtaxerit, tamdiu enim cir-
manet Chriſti corporis in nobis
entia, tamdiu ſiquidem circiter
ent ſpecies integræ. Quamdiu autẽ
ent ſpecies ſacramentales in cor-
noſtro integræ ſeu non adhuc di-
æ & conſumptæ, tamdiu manet
s præſens corpus Chriſti, tamdiu
n Sacramentum communicat vir-
n ſuam nobis, quare totum illud
us deuotè tranſigendum.
ſtremò, eo die, quo ſacram men-
dierimus, maximè erit adeunda
io, frequentandi Sodalitatis cœtus,
ndæ veſperæ, aliæque laudes di-
modus hæc omnia pietatis mu-
beundi, habetur cap. ſe 4.) & quic-
obſequii, bonarumque operatio-
huic hoſpiti exhiberi poterit, non
mittendum.

PARS SEPTIMA.

ID IN IPSA COMMV-
nione agendum?

Ogites tibi dici, *Ecce ſponſus venit, xite obuiam illi:* Venit plenus &
s charitate, pietate, omni bonorũ
e, cuius delitiæ ſunt, eſſe cum filiis

L. homi-

hominum; ergò vt decet illi obuiam, plenus deuotione, amore, timore, lætitia, excepturus ſponſum tuum, Deum, Dominum, Creatorem tuum; exclames ex corde, vnde hoc mihi vt veniat Dominus Deus ad me?

Iam verò in communione ſint oculi demiſſi, manus complicatæ; lingua nõnihil ſuper labrum exeratur, vt Dominicum corpus ſuſcipiat.

PARS OCTAVA.

PERBREVES ASPIRATIONES, & Conceptus animi per modum meditationis poſt S S. Communionem fructuoſiſſimè adhibendi.

I. MIrantur, bone IESV, creaturę omnes, te in puriſſimum MARIÆ matris tuæ vterum deſcendiſſe; cùm tamen integerrima illa, & omni virtute, & gratia refertiſſima fuerit: An nõ mirari magis debeo voluiſſe te in me ingredi, à me recipi, à me teneri, deformi, inopi, ſordido?

Tunc Domine in me manere, & inter vaſa electorum tuorum collocare me vis, qui vas fui hactenus immundum & ſordidum? Et quãuis ſingulari tua gratia

tia per pœnitentiam, vt ſpero, ablutus ſum, nunquid tamen vas olim ad excipiendos vomitus deſtinatum, nullam, vel ſola recordatione, nauſeam mouebit? Itane in me manere, & tanquam vaſculũ, aut pixidem ſacrarũ reliquiarum, immò Corporis tui vis me conſtituere? Benedicant te omnes Angeli tui, bone IESV, quia quod proprium eſt ſponſi & ſponſæ, tibi me vis inſeparabili vinculo coniungere: effice ergò te vnum vt diligam, te vnum vt ſitiam & amem, ac nullæ me mundi illecebræ, nulla carnis voluptas, nullæ dæmonum inſidiæ abs te auellant & ſeparent.

Da mihi præſentiæ tuæ effectus perſentiſcere, bone IESV. Memini benedictionum, quibus cumulaſti eos, qui te aliquando in domum ſuam acceperũt. MARIAM matrem tuam, vbi in vterum te ſuum accepit, omnibus donis & gratiis compleuiſti. Zachæum illum publicanorum principem, quod te acceperit hoſpitio, cæleſti benedictione cumulaſti. Simul atque obita pro nobis morte in infernum deſcendiſti, illum in paradiſum quendam commutaſti. Domum Obededom, in qua arca teſtamenti, huius Sacramenti vmbra tantũ & figura, repoſita fuit, omni benedi-

ctione locupletaſti, da quoque domui meæ, in quam ingreſſus es, benedictionem; eã quæſo in paradiſum conuerte, eam donis tuis & gratiis cumula.

Memini pientiſſime IESV, ſacris de te literis eſſe mandatum, quod omnis turba quærebat te tangere, quia virtus à te exibat & ſanabat omnes. Ecce ego te iã non tetigi tantum, ſed in me quoq; accepi; exeat quæſo, à te virtus, quæ cẽs languores meos ſanet, quæ vires nouas ſufficiat ad ſeruiendum tibi, &c.

Simul atque anima tua pretioſiſſima ex ſacratiſſimo tuo corpore egreſſa eſt, ô IESV pro nobis crucifixe, voluiſti Corpus tuum myrrha, & aromatis conditũ, ſindoneq; puriſſima inuolutum inferri in ſepulchrum, petra benè munitum, & iã toto terrarum orbe glorioſum. Ecce modò (quæ tua eſt incomprehenſibilis bonitas) Corpus idem tuum, à morte ſuſcitatum, animaq; beatiſſima informatum mihi porrigis, vt in me, tanquã in ſepulchrum aliquod inferam, in me vt illud recondam; da ergò mihi, obſecro, fortitudinis petram ad vicendas omnes imperfectiones, & ferẽdas omnes aduerſitates, labores, & pericula omnia quæ pro tuo honore, & mea ſalute mihi ſunt ſuſtinenda. Da quoq; mihi linteũ, ſindo-

ſi donemq; caſtitatis, & puritatis. Dona poſtremò myrrham mortificationis vt huius diuiniſſimi Sacramenti gratia delibutus, à criminib' purus, & integer, nullo mortiferę perturbationis veneno inficiar, & corrũpar, ſed odor & mihi, & aliis omnibus ſim in vitam; tibi verò in nominis tui gloriam ſempiternam.

Non expedit has omnes aſpirationes ſimul excitare, ſed nunc vnam aut alterã, raro plures quatuor. At nitendum eas verè in corde præſentire, quod non fiet, niſi attenta meditatione, quæ in dictis aſpirationibus continentur, expendantur. Sunt igitur non recitanda ſed meditanda: Idem faciendum in aliјs aſpirationibus ſeu affectibus p 4 & 5. poſitis.

PETITIONES DEVOTÆ AD *Dominum* IESVM *Chriſtum, ex Auguſtino, quæ etiam coram S. Eucharistia dici poſſunt.*

DOmine IESV, nouerim me, nouerim te,
Nec aliquid cupiam niſi te;
Vt odiam me, & amem te.
Quicquam agam propter te.
Humiliem me, exaltem te:
Nihil cogitem niſi te.
Mortificem me, & viuam in te:

Quæcunque veniant, accipiam à te:
Perſequar me, ſequar te.
Semper optem ſequi te.
Fugiam me, confugiam ad te,
Dignus ſim defendi à te.
Timeam mihi, timeam te.
Simque de electis à te.
Diffidam mihi, fidam in te.
Obedire velim propter te:
In nullo afficiar, niſi in te.
Aſpice me, vt diligam te;
Voca me, vt videam te,
Et in æternum potiar te. Amen.

Oremus.

Oratio B. Fräciſci

Abſorbeat quæſo, Domine IESV Chriſte, mentem meam ignita & melliflua vis amoris tui ab omnib⁹, quæ ſub cælo ſunt, vt amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es in ligno Crucis mori. Amen.

Aliquãdo inſtar Magdalenæ te abijciẽdo ad pedes IESV, quẽ in pectore geris, poteris non leuiter percurrere, ſed per modũ cuiuſdã meditationis, litanias de ſanctiſ. Sacramẽto vel de paſſione Chriſti (ſupra poſitas cap. 1.) cuius memoriale eſt hoc Sacramentũ, aut aliquam orationẽ ex iiſdẽ quæ habentur in offic. B. Virg, pio animi affectu recitare; vt aũt deuotius hæc recites, expedirec ea mente tenere: *Ad-*

ADMONITIO CIRCA LItanias & aſpirationes ſupradictas.

QVilibet verſiculus harũ litaniarum poteſt eſſe materia apta meditanis, v g. 1. punct. meditationis poteſt litaniis deſumi, *Chriſtum in Euchaia eſſe panem vivum qui de cælo deſcẽ-* vnde colliges quam neceſſaria ſit nmunio, quos effectus producat in mis, ducta ſimilitudine à pane ſeu o terreſtri qui neceſſarius eſt, quotinus eſt, nutrit, &c.

Punctum eſt, *Chriſtum in Euchari-* ı *eſſe Deum abſconditum, & Saluato-* ȝ, cogitabis per eundem nos eſſe ſebeatos, beati poſſident Deum reueım, non Deum abſconditum, &c.

Punctum: *Chriſtum eſſe frumentum* *ꝰorum*, &c.

Similiter vnaquæque aſpirationum e habentur in p. 8. 5. & 4. poteſt eſſe teria meditationis. v. g. 1. punctum ditationis ex p. 8. *Chriſtum deſcenden pectora noſtra, vt deſcendit in vten B. Virg.* Vnde colligemus quam ında debeant eſſe pectora noſtra, qui; virtutibus ornata; propterea enim ıiſſima fuit B. Virg. &c. quia Chriſtus ıius vterum erat deſcenſurus.

2 *Non fieri vaſa aut pixides ſeu thecas ſacras non reliquiarum alicuius ſancti ſed ipſius corporis Chriſti:* ſicut ergo thecæ reliquiarum, pixidesq; ſacræ mundę ſunt, prophano tactu non attrectantur, conſecratę ſunt Deo, ita caro noſtra quæ fit pixis corporis Chriſti, &c.

3 *Nos fieri ſponſam Chriſti,* debemus igitur amare Chriſtum vt Sponſa Sponſum, &c.

Sic habes varias & multiplices meditationes, poteriſque ante & poſt communionem modo in vna te exercere, modò in alia; varietas enim aliqua vt delectationem maiorem; ita cæteros animi affectus ſuſcitat concitatiores.

PARS NONA.

VARII MODI DEVOTE communicandi.

IDem modus in cõmunione ſemper obſeruatus tædium aliquando ingenerat, aut saltẽ ſæpè non ita vehementem, quem optaremus, animorum motum concitat; præſtat igitur aliquando variare. In vnaquaque communione ſeruanda ſunt quæ præſcribuntur in p. 2. 6. & 7. ſed ſi reliqua ſpectes præſcripta in p. 4. 5. 8. varii poſſunt deuotè ſeruari communicandi modi.

Pri-

Digitized by Google

Primus modus eſt ante & poſt communionem recitãdo omnes aut aliquã orationẽ de cõmunione, vel aſpirationes quæ habentur p. 4. 5. & 8. ſine vlla earum meditatione, ſed ea ratione qua recitari cõmuniter ſolent Pſalmi & aliȩ orationes; ſed hic modus parũ fructuoſus, eſt, ac carens ſpirituali conſolatione ac refectione animæ, quo fit vt æquè frigidi ſæpè à communione diſcedant qui ſic communicant, ac vt venerant, fatigati potius ieiuna & incondita recitatione, quàm recreati & accenſi.

Secundus modus & fructuoſior eſt, recitando per modũ meditationis, excitandoque ante & poſt ſuſceptam Euchariſtiam aliquos affectus & aſpirationes ſupra poſitas, cumq; varias & multiplices huiuſmodi aſpirationes propoſuerimus, qui modum hunc cõmunicãdi obſeruat, poteſt in vna communione aliquas, in ſequenti alias, in tertia ſimiter alias & ſic deinceps excitare, cumq; in omnibus ſe exercuerit ad primas redire, ſic ſecundus iſte modus multiplex fit.

Tertius & vtilior reliquis eſt ex dictis aſpirationibus & litaniis, puncta meditationis colligere, eo modo quo oſtendimus ſuprà, ſeu quæ in dictis aſ-

 pira-

Digitized by Google

pirationibus & litaniis continētur, attētè meditari, varioſque animi affectus, vel amoris erga Chriſtū, vel propoſiti emendationis vitæ, vel doloris errorū præteritorum, vel alios, provt cuique magis expedierit & prout ſe magis motum ſenſerit, excitare; vtiliſſimus eſt ille modus, tum ad guſtum cibi Euchariſtici, id eſt, ſuauiſſimi, percipiendum; tum maximè ad vitiorum emendationem, virtutumque acquiſitionem; viua enim attenta, diuturnaque apprehenſio, cogitatioque vnius rei piæ, iuncto conatu ad mouendos ex tali cogitatione affectus voluntatis, (quæ cogitatio vocatur meditatio) ſtabile, fixumq; ingenerat propoſitum, & vitii fugiendi, & virtutis amplectendæ, quod ad praxin poſt cōmunionem facilè deducimus; leuior rerum multiplicium cogitatio, leuem parit affectum, qui ſubitò leues vaneſcit in auras.

Quartus modus eſt, cùm in obeundis iis quæ præſcribuntur p. 6. & 7. v.g. in exponendis miſeriis noſtris Chriſto, petendoq; auxilium, ſpecialem præſentimus guſtum, ſaporem, animi motum, qui index eſt ſpecialis motiōis Spiritus S. nec enim tunc curandum eſt progredi vlterius meditari v. g. quæ quis ſibi

medi-

meditanda propoſuerat. ſed hærendum inibi, Domine bonũ eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula.

PARS DECIMA.

MODVS COMMVNICANDI cuiuſdam Virginis ſanctiſſimæ editus à D. Nicolao Sfondrato, Epiſcopo Cremonenſi, poſtea Papa, Gregorio XIV.

OCTAVO quoque die communicare ſoleo, & quædam ante, quędã poſt, quędam in ipſa communione obſeruo.

ANTE communionem, me hunc in modum præparo. Pridiè examino cõſcientiam meam, humiliter cõfiteor, & doleo ex corde de peccatis tota hebdomade commiſſis, pœnitentiam iniũctã à Sacerdote expleo, eiq; aliam adiũgo, vt diſciplinam, & dũ ieiunare nõ licet, parciùs ſaltem comedo & bibo.

MANE ſequenti diutius quam alias, maioriq; deuotione orationẽ mentalẽ inſtituo, & in ea gratiã à Deo peto benè cõmunicandi, ſimulque rogo, vt me talem faciat, qualis debet eſſe, qui ſuam diuinam maieſtatem recipiat; cor etiã meum ſuo diuino amore inflammet, vt

Digitized by Google

in me ſanctiſſimum Sacramentum illũ effectum conſequatur, quem in eorum cordibus conſequitur, qui dignè communicant.

DEINDE conſidero, quam magna res ſit, in ſe recipere Maieſtatem Creatoris totius mundi, Perpẽdo illum eſſe, quem reuerenter, adorant & laudant Angeli: quem deſiderarunt Prophetæ, amarunt Apoſtoli, imitati ſunt Martyres. Quem denique omnes ſancti ineffabili cum deſiderio colere, amplecti & ſibi vnire in hoc ſanctiſſimo Sacramento ſemper cupiuerunt.

Hoc deſiderio commota, ſtudeo animam meam amplius accendere, conſiderando primum magnitudinem diuini amoris erga tam vilem creaturam, qualis eſt homo, & ſpeciatim qualis ſũ ego tot peccatis & imperfectionibus obnoxius: deinde conſiderando multiplices gratias & fructus ſpirituales, quos ſanctiſſimum ſacramentum affert ſecũ in animam deuotè communicantis.

SECVNDÒ, dum iam iam communicandum eſt, occupo cor meum his cõtemplationibus. Primum conor inuitare omnes ſanctos, maximè B. Virg. & ſanctos Patronos, vt pro me apud Deũ intercedant, deinde vt exornent quoq; & co-

& comitentur animam meam conferẽtem, ſe ad cœleſte conuiuium.

SECVNDÒ, conſidero meam vilitatem & indignitatem, quam plena ſim imperfectionibus, imò radicem alam in me omnium vitiorum; & deprehendendo nihil in me boni eſſe, totamque oneratam peccatis, totam me abiicio ad pedes miſericordiæ diuinæ, quæ cõpenſare poſſit ſua gratia quod in me deeſt.

TERTIÒ, excito mille modis, quatenus Deus dederit animæ meæ affectũ. Speciatim aũt facio breuem fidei profeſſionẽ, his vel aliis verbis. *Domine, ego firmiter credo te eſſe Creatorem omnium, te eſſe ipſum Saluatorem mundi, te eſſe, qui pro me es captus, flagellatus, coronatus, crucifixus, mortuus, ſepultus, qui pro me es reſuſcitatus, qui me es iudicaturus, & vitã vel mortem æternã daturus, &c.*

QVARTÒ, aliquando doleo ex corde, quod tam parum veniam ad Communionem paratus, aliquãdo eũ rogo, vt nulla habita ratione vilitatis meæ in viſceribus animę meæ abſcõdatur. Miror & obſtupeſco, conſiderans ſummã Chriſti caritatem, quod nõ dedignetur ingredi in eam animam, quæ tantoperè hactenus eum abiecit, contẽpſit, imò cauſam paſſionis & mortis dedit. Ali-

quando etiam ſic colloquor cum anima mea. Ecce anima mea Dominum Deum tuum, ecce illum, quem tanto ſtudio deſideras, fœlicem te reputa, ſi eũ agnoſcas, ames, roges & cogas, ne velit diſcedere à te.

POSIREMO repræſento ei omnia peccata mea, & miſerias infinitas, in profũdo cordis mei reconditas, & feruentiſſimè rogo, vt omnia mihi condonet. proponoq; me pœnitentiam acturum, & vitam meam ſeriò emendaturum.

TERTIÒ, poſt Communionẽ peractã, recipio me in aliquẽ locum ſecretũ, vt ſolus cum ſolo Domino meo quem in domũ animæ meę realiter recepi, ex intimo affectu colloquar. Et primò offero æterno patri ſanctiſſimũ hoc ſacrificiũ Chriſti Domini noſtri, & repræſẽto illi, quicquid pro me paſſus eſt, vtẽndo his vel aliis verbis. *Ecce ô Pater æterne, filiũ tuum, quẽ ex infinito amore tuo de cælo in terram miſiſti, vt carnẽ humanã aſſumeret, in ſtabulo naſceretur, in Ægyptũ Herode perſequẽte fugeret & in ſumma paupertate viueret. Ecce ô Pater, quanta in deſerto, in prædicatione, in profectione, in perſecutionibus Iudæorũ paſſus ſit pro me. Audi blaſphemias, iniurias, cõtumelias, quas ab ingratis Iudæis ſuſtinuit. Vide*

de traditum & venditum 30. argenteis, Eum offero tibi Pater ſancte, in horto ligatum, ad Annam deductum, in domo Caiphæ percuſſum, coram Pilato accuſatum, & ab Herode illuſum, à Iudæis flagellatum & crucifixum. En Pater caput eius inclinatum, faciem ex morte pallidã; manus & pedes transfoſſos, latus ſacratiſſimum apertum. Ecce & cœlũ & terra ſuo modo dolent Doloroſa mater Maria, & cariſſimi diſcipuli deuotè deplorant, & ingrati Iudæi eò crudelius in eum inſaniunt. Offero eum tibi mirrha vnctum, linteo mundo inuolutum & alieno monumento ſepultum. His peractis finem facio, laudando, benedicendo, & gratias agẽdo diuinæ Maieſtati, quod ita nos dilexerit, vt filium ſuum vnigenitum in mortem pro ſalute noſtra dederit.

SECVNDO, conuerto me ad B. Virg. & S S. patronos, eoſq; omni contentione oro, vt quoniam ſentio me obligatũ ad gratias agendas pro tãto beneficio, quod dignatus ſit venire ad me, nec tamen ad id ſim idoneus propter peccata mea, illi pro me officium hoc præſtare velint, Deumque rogare, vt me gratiæ ſuæ participem facere velit.

TERTIÒ, conuerto me ad Chriſtum, eique familiariter aperio omnes infirmita-

mitates meas, vt medico pientiſſimo; & omnes errores meos, vt Domino humaniſſimo: imò omnes defectus meos in genere & ſpecie, in quos quotidiè recabi ſoleo, vt Patri amantiſſimo; eumq́; rogo, vt mihi remedium ſuggerat, ne toties in eos relabar. Speciatim autem rogo, vt mihi gratiam concedat, ipſum in ſancta communione dignè ſemper recipiendi.

QVARTÒ, facio propoſitum coram Domino, emendandi omnia in quibus delinquere ſoleo. Nominatim aũt ſtatuo ſingulare aliquod vitiũ exſtirpare, & virtutem aliquam, qua opus habeo, inſerere, vt ſemper proficiam in melius, ardenterque diuinam eius Maieſtatem imploro, vt mihi det vires id exequẽdi.

POSTREMÒ, toto illo die, ſtudioſiùs cor meum cuſtodio, cogitans in eo Dominum, tanquam in ſuo habitaculo requieſcere: quare do operam, vt omni vtar modeſtia, tam in loquendo, videndo, ambulando, quam in tota externa conuerſatione. Sæpè in mentem reuoco per orationes iaculatorias, ſacram communionem, vſurpando hæc vel ſimilia verba. *Hodie Domine veniſti ad me peccatricem, hodie hoſpitatus es in domo mea, hodie in corde meo ſanctam*

poſ-

paſſionem tuam renouaſti. Maneas quaſo mecum ne diſcede me, quia adueſperaſcit, appropinquat nox mortis, tentationis, negligentiæ, &c. In aliis quoq; orationibus eius dici, gratias ago pro ſingulari illo beneficio, quod dignatus ſit ad me diuertere.

PARS VLTIMA.

CONSIDERATIONES ALIquot breues de ſacra Euchariſtia, ante, et poſt communionem expendenda, modò vna, modò alia.

I. CONSIDERATIO.

QVi frequenter cōmunicat, frequẽter inuiſitur a Deo. Quis illius ſenſus eſſe poſſet, qui modo a Principe, modò à Rege, nunc ab Imperatore honoris & beneuolentiæ gratia adiretur? quam verò maior illius, qui Angelos indidem cęlitus ad ſe deſcendentes cerneret? quo ſtupore defigeretur? Quid igitur, cùm à præpotenti Deo inuiſi ſe nouerit? Quo non gaudio, qua non admiratione capietur? Quo poterit modo erumpentem cohibere lætitiam? quo vocis ſono attoniti pariter ac exilientis animi ſenſa expromere? Nũquid cum Elizabetha non ſciſcitabitur? *Vnde hoc mihi vt veniat Dominus meus ad me?*

Nonne

Nonne cum D. Zacharia canet, *Benedictus Dominus Deus Iſrael*, & B. Virg. verba iterabit. *Magnificat anima mea Dominum*? Si Regina Saba viſo Salomone tantam percepit lętitiam, ſi Magi incredibili exiliere gaudio, cum Hieroſolymis egreſſi præcedentem ſtellam aſpexerunt: Qua voluptate circũfluere, quo gaudio liquefieri animus eius debet, qui intrãtem admittat ſapientiam, qui Regem regum, & Dominum dominãtium, cæleſtis aulæ prætoribus comitatum ſuſcipiat? Hoc ſi ita ſit, vt ſæpiùs à Deo inuiſatur, decet vt otioſorum cõſuetudinem, ſpectaculorum theatra, inanes cogitationes, futilia deſideria, pernitioſas cupiditates, omnem deniq; vanitatis apparatum auerſetur; & munitus diligẽti cuſtodia ſenſuum in cordis domicilium introeuntem Dominũ deprecetur, vt quemadmodum templo negociatores eiecit, ita ex animo omnem vanitatem expellat.

2.

Qui communicat, IESV Chriſti veri Dei ac hominis, diuina realique præſentia, nec non vniuerſæ curiæ cœleſtis frequentia, honoratur. Si quis à potentiſſimo Rege crebris afficeretur muneribꝰ, magno ſeſe affici honore iure merito

rito exiſtimaret, ſed longè maiori ſi ab ipſomet Rege offerrentur, ſi verò ex Angeli manibus inſigne aliquod ſingulare donum à Deo miſſum ſuſciperet, nunquid longè ſibi honorificentius id arbitraretur? Cùm verò Deus ipſe Rex regum, & Dominus dominantiũ ipſius animum ſua diuina præſentia cohoneſtaturus adueniat, munus, quo nullum pretioſius inueniri poteſt, ſemetipſum, inquam, tradat, carnem ſuã & ſanguinem, & quidquid meritorum patiendo promeruit, animam denique ac totam diuinitatẽ largiatur, nunquid merito in tantę rei contẽplatione mortalium omnium ac Angelorum mentes defixæ, diuinæ bonitatis abyſſum non demirentur? Nam ſi Danielem tanta cœpit admiratio, quod ſibi in lacu leonum conſtituto per manus Abacuc victus ſit diuinitùs ſuppeditatus, cur ipſe non magnoperè obſtupeſcat, q ſibi rugiẽtis Satanę inſidiis expoſito, diuinitatẽ ipsã aduẽtare cernat, à qua ſuauiſſima carnis Chriſti ambroſia, & pretioſo ſanguinis eiuſdem nectare reficiatur.

Qui tanto ſe apud Deum in honore eſſe videt, cur reſpiciat in mundi vanitates & inſanias falſas vt hominum honorem magni pendat? quin potiùs ſumos

fumos illos auerſetur, vt cum Paulo dicere poſſit: *Mundus mihi crucifixus eſt, et ego mundo*. Et qui ſe ab Angelis omniũque beatorum cœtibus adiri cognouit, cur non facilè carnalium hominũ conſortia reſpuat, vt pro Chriſto amens apud homines lubentiſſime velit æſtimari.

3.

Fit ſancti Spiritus templum: Hinc eſt quod continuò circum eum volitet innumeri Angelorum chori hæc iteratò concinentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus. Bone Chriſte quanta voluptate colliquefieret ſi illos oculis, eorumque concentus auribus vſurparet? Si Salomonẽ perfecto quod extruebat templo, tanto gaudio perfuſum eſſe credimus; quãto triumphabit is, qui in Dei templum toties aduenienti Chriſto dedicatur.

Hinc collige, quod vti templum par eſt mundum, ornatum, perpolitum eſſe; ſic cor illius quod templum Dei eſt, mundari: hymniſque ac Dei laudibus celebrandis inſeruire conuenit: quare ſi qua ſe inuida cogitatio obtrudat, aut effrænis affectio offerat, conſtanter obnitetur hæc de Chriſti domini ore excipiens: *Domus mea domus orationis ac templum Dei eſt, vos autem facere tentatis eam ſpeluncam latronum.*

4. Fit

4.

Fit Sacroſanctæ Trinitatis tabernaculum, cùm corporis pariter ac animæ hoſpitio Patrem & Filium & Spiritum S. excipit, atq; adeò ſplēdidiſſimi cęli vice fungitur, vtpotè qui diuinitati ſedem præbeat ac domicilium: Quare ſi antiquitus animalia, fures & immūda quæque tanta cura à tabernaculo arcebantur; quanta prouiſione cauendum eſt, ne ſacroſanctæ Trinitatis tabernaculū, anima videlicet & corpus communicātis, peſtifera vitiorum illuuie & diſſoluti conſortii contagione polluatur.

5.

Fit Dei mater, Sponſa Chriſti, Seruatoris frater, filius B. Virg. cū ſublimiori ac nobiliori modo, quam Simeon ille Chriſtum Dominum in dies ſingulos amplexetur.

Quid plura? Fit Seruatoris noſtri ſacrariū: Quantum amabo lætitiæ caperet, qui eleganti pretioſaq; ſacrarū reliquiarum theca exquiſitiſſimis SS. oſſibus referta donaretur? quo in datorem ferretur affectu? Qua gratiarum actione beneficium proſequeretur? quā diuitē ſe ac opulentum iudicaret? At verò qui pretioſiſſimi ſanguinis ac corporis Chriſti fit ſacrarium, nunquid potiori iure

iure ſibi gratuletur, & collatum beneficiũ quã ardentiſſimo mẽtis affectu nũquã non admiraretur? Et quandoquidẽ ille ipſe Dei mater efficitur, quoties ſacroſancti huius Sacramẽti fit particeps, tãtorũ indignus fit beneficiorũ, niſi totis medullis optet, crebris expoſcat ſuſpiriis, operib' pro virili excolat eas virtutes, quæ nobiliori modo in Deiparæ moribus eluxere, pręſertim verò omnibus numeris abſolutam ſui ſuarumque rerũ in Domini manus reſignationem imitetur, eodem quo Deipara affectu in has voces erumpens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

7.

Pretioſa Chriſti caro ab eo palpatur: Si Dominum IESVM humana carne circundatũ corporeis oculis contueri poſſet, maximo duceret honori, non modò manum tangere ac ſuauiari, ſed vel ipſam veſtis fimbriã oſculo cõtingere.

Si ita res habet, vt carnẽ illius Chriſtus tangat, viciſſimq, tangatur, cõgruũ eſt in id incumbat, vt carnem ſuam Domino foueat, Domino curet, ſecundũ Dominum diligat, & omnem cuiuſuis alterius abs re contactum reſpuendo, corpus vt Domino dedicatum, intactũ, impollutumque conſeruet.

8. Fit

8.

Fit Seruatoris ſepulchrum. Si cũ Chriſtus de cruce mortuus tolleretur, interfuiſſet, Deumq; pariter ac hominẽ, vti erat, agnouiſſet, quantũ amabo percepiſſet ſolatii, ſi fuiſſet conceſſum vt diuino illi corpori præberet hoſpitiũ: Ac etiamnum modo ſi ſacrum eiuſdẽ Domini ſepulchrum in ipſius domũ introduceretur, quocum non de beatitudine contenderet? At quis neget maius aliquid eſſe, viuens ac ſpirans corpus viuẽti, ſpirantiq; corpore, quàm exangue domo inanimi excipere? Quis inficietur lõgè eſſe honorificentius diuinitatem ipſam tumulare, quàm ſepulchrũ in quo 40. horarũ ſpatio exangue Chriſti corpus iacuit, poſſidere?

Et hoc quidem ſi meritò apud omnes tãto in honore eſt ac veneratione, quanto honore quantaq; veneratione dignum illud eſſe cenſebimus? ſepulchrũ, in quo Chriſtus repoſitus fuit, nouum ac mundum, animã, quę Chriſtum ſuſcipiat, mundam eſſe debere admonet: Chriſtus tumulandus candida ſyndone inuolutus eſt; pari nũc ratione à ſacerdotibus linteolis candicantibus hoſtia candicans inuoluitur: rem diuinam celebraturi ſemel ac iterũ manus lym-

Digitized by Google

lympida abluunt, tum priuſquam linteati ad aram procedant, tum cum ſtãt ad aram ipſam ſacrificium peracturi: vt nimirùm moneamur quanta puritas quantus candor requiratur in iis, qui ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum ſe accingunt.

9.

Hoſpes Chriſti efficitur. Si Dominus IESVS cùm adhuc in terris degeret vel ſemel in ipſius domũ vt cibũ ſumeret, introiſſet, quãta eo agnito lætitia fuiſſet circumfuſus! quam ſe beatum felicemque prædicaſſet. Si verò eodẽ quo ipſe tempore, iiſdemque in oris vixiſſet quantoperè Marthæ Mariçq; ſororibus tam felicis hoſpitii honorẽ inuidiſſet. At nũ maius quidpiam eſt corpus gloria cumulatũ, omnimoda pulchritudine decoratum, immortalitate donatũ, animi & corporis hoſpitio toties excipere, quãm morti ac doloribus adhuc obnoxio hoſpitẽ ſe vel ſemel exhibere.

Ne eum terreat tanti regis maieſtas quominus lubens hoſpitiũ paret, quin potiùs hilari animo, geſtientiq; pectore inuitet morantem, venientẽ ſuſcipiat, neq; in propriam pauperiẽ intueatur, ſed in viſcera miſericordiæ illius, qui pauperem ditaturus, & egenũ cœleſtiũ gratiarũ theſauris cumulaturus aduenit.

10.

Communicantis animus fit paradiſus, proinde cum cœleſti hoc eſt reficiendus epulo, videri ſibi debet audire Chriſtum, non vt de cruce pendentem, ſed vt gloria & maieſtate circũfuſum, hæc verba ſacrato ex ore promentem: *Hodie mecum eris in Paradiſo;* vnde ſi quando ſe ſollicitudinibus perturbari, mœrore confici, langoribus exedi ſentiat, ſemetipſum ita compellet. *Euge anime mi, quid hoc anxietatis? diſcute hãc mœroris nebulam, quin te totum das lætitiæ, Cras enim paradisũ omni voluptate circumfluentem poſſidebis.* Nam ibi paradiſus, vbi Deus, in cœlo Dei perfecta caritas regnat, voluntas perficitur, gloria propagatur: ſi itaq; hic Empyrei cœli vices agit, conniti debet imprimis Deũ vt ſyncerè diligat, volũtatem ſuam diuinæ ſubiiciat volũtati, nullo tempore nullo loco, nulla in re, non Dei gloriæ inuigilet, ſuam oderit. *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

11.

Honorarius cæleſtis aulæ cõuiua efficitur, vtpotè qui lauto ſacroſancti corporis & ſanguinis Chriſti paſcatur ferculo. Si Seruator adhuc inter homines degens cum vel ſemel conuiuio exce-

M piſſet

piſſet, num ſe mortalium fortunatiſſimum iudicaſſet? Verùm quis hoc beneficium cum illo cōferre audeat? Quam vnquam vel legendo, vel audiendo cognouimus matrem, quę propriam carnem filio fame laboranti appoſuerit comedendam. Multas quidē reperiamus, quę filiorum ſuorum ſunt paſtæ corporibus, at quę filios ſuos pauerit nullam. Et tamen ecce tibi Deus vnigeniti filii carnem apponit comedēdam, eumque qui acceſſerit, pariterque veſte nuptiali induit, vt decenti habitu in has cœleſtis agni nuptias introducatur.

Si honorarius diuinę menſę conuiua factus eſt, humilitati, modeſtię, verecūdiæ, puritati det operā eſt neceſſe, nam ſi olim Regum aut Dynaſtarum fuiſſet exceptus conuiuio, hauddubiè corporis ornamento ac decori ſtuduiſſet, neque næuū vel minimū in facie, neque incōpoſitos in coma cinnos, nec indecoras in veſte ſtrias ferre potuiſſet. Iam verò quid? cum Chriſti IESV carne toties ſatiatur, nūquid inpoſterū alliis AEgypti, hoc eſt, fœdis ſenſuum voluptatibus vt faſcinantis mundi titillationibus effœminato pectore inhiabit?

12. Eo beneficio nullum maius, nulla gratia diuinior, nullus honos amplior

homini

homini inter mortales verſanti diuinitus concedi poteſt. Adde quod ex hoc ſacramēto tantos fructus percipit, tam profuſas conſolationes haurit, qui illud pura mente frequentat, vt iis vberiores & cumulatiores humanus animus capere nequeat. Nam Deus pater ſimul cū filii corpore & ſanguine merita omnia donat, quæ Chriſtus eiuſdem pretioſi ſanguinis effuſiōe promeruit. Quo vno feliciſſimum ſe & inter homines fortunatiſſimū iure prædicauerit, cum in eum apprime quadrat illud Pſalmiſtæ:: *Non fecit taliter omni nationi.* Quam multos enim ſcimus Reges, principes, Dynaſtas, quibus tantum fauorem, gratiam, beneficium denegauit?

Si Deus beneficiis in dies noua addit beneficia, gratias gratiis, honores honoribus, merita meritis, conſolationes cōſolationibus adiicit, æquū profectò eſt vt eum continua laude, honore, veneratione proſequatur, ſe totum Deo offerat, & diuinæ ipſius committat voluntati, vt nihil quod Deo diſpliceat velit, nihil quod Deo adlubeat nolit.

13. Quoties Euchariſtiæ fit particeps; toties ſacro Chriſti lateri os admouet, & ſanguinem pretioſum exſugit, vt ait Chryſoſt. pariterq; omnibus cōmuni-

cat gratiis, meritis, chariſmatibus, virtutibus, quæ ex illo paſſionis vberrimo fonte profluxerũt, adeò vt quemadmodum qui cibum ſumit, eum non modò in ſuos vſus, ſed etiam in carnem ſuam conuertit, ita qui Chriſto in hoc ſacramento ſe coniungit, illos paſſionis theſauros ſibi proprios efficit. Hinc eſt ꝙ Deus Pater non aliis nos contueatur oculis, quam quibus vnigenitum Filiũ ſolet, nimirum amoris, clementiæ & caritatis paternæ pleniſſimis. Atq; vti Iacob fratris primogeniti veſte indutus paternam eſt conſecutus benedictionẽ: ita qui Chriſtum in ſacra ſynaxi induit, Dei patris benedictionibus cumulatur. Quid igitur ſublimius reperiri, quod donum magnificentius, quæ diuinior miſeratio cõcipi vel ab Angelo poteſt? Si quoties ad aram accedit, toties per ſancto Chriſti lateri os admouet, toties linguam tremendo Chriſti ſanguine purpurat, quanta quæſo prouiſione os refrænandum eſt, lingua coërcenda, prouidendumq;, vt in ſolius ſanguinis Chriſti laudibus efferendis occupetur.

14.

Deus ſe in hoc ſacramento immenſo cum amore cõmunicat, ſicut immenſo amore hoc idem ſacramentũ inſtituit.

Si

Si munuſculum à potentiſſimo Rege cuipiam de plebe homuncioni animo benè affecto datum, ſolet eſſe propter dantis amplitudinem acceptiſſimum. Quantò acceptius hoc erit donum, vtpotè infinitum nobis homuncionibus infinitæ charitatis affectu donatum ab eo, qui ſit infinitus: nimirum & qui dat Deus eſt, & id quo datur Deus; ſi infinito amoris affectu ſe Chriſtus cõmunicat, quin viciſſim diuinus hic conuiua ſi poſſit, infinitum amorem amori rependat infinito: aut quin eo fine ad dominum accedat, vt diuino charitatis igne in hac fornace amoris torreatur, atque adeò nuptiali veſte inſignitus ad hunc amoris omniumque bonorũ fontem facilem quandocunque libuerit, acceſſum habeat.

15.

Chriſtus hoc vt munere nos donaret, totum dare ſanguinem non dubitauit, his vt nos cumularet bonis, tantis opprimi voluit malis, hanc vt animæ vitã largiretur, mortem lubens oppetiit, cũ ſibi à Iudæis exquiſitiſſima tormenta parari cognoſceret, exquiſitiſſimas nobis epulas hunc Angelorum cibũ præparabat: cùm ſciret ſibi cruciatus, ſpinas, fel, opprobria, horrendamq; tor-

tormentorum ſupellectilem conquiri, in voluptatibus, honoribus, deliciis, omniq; ſolatiorum genere nobis comparando totus intentus erat.

Si hoc vt ferculo nos paſceret, ſanguinem non recuſauit effundere, & ſi quoties Euchariſtiç participes efficimur, toties totũ illius ſanguinẽ haurimus: Cur non lubenti animo noſtrum tradamus gladio preſecutoris hauriendum? quin ſanguinem ſanguine compenſamus? & in nobis ipſis accendimus deſiderium vitã cum ſanguine pro benigniſſimo ac munificentiſſimo ſeruatore profũdẽdi.

16 Quàm multis huius ſacramẽti cognitio denegatur? quàm multis hoc probe agnoſcentibus deſideriũ frequenter ad hunc fontem gratiarum accedendi ſubtrahitur? quàm multis ad hunc anhelantibus, per opportunitatem vel guttulam aquæ viuæ haurire non licet? quot quęſo in Germania Gallia, Anglia Scotia, ſexcentiſq; nationibus reperias, qui in deliciis habeant huius cœleſtis mẽſę fragmẽta colligere, qui ſe beatos arbitrẽtur, ſi ſingulo quoq; mẽſe manna hoc Angelorũ vel ſemel concederetur deguſtare; vnde is cui dominus tantum gratiæ tribuit, vt frequenter huic menſę poſſit accumbere, meritò concinat:

nat: *quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, calicem inquam tribulationum, dolorum, moleſtiarũ cum à domino mihi propinabitur æquo lubentique animo accipiam, & vt illum facilius hauriam, nomen domini inuocabo Vota mea reddam domino, quæ nimirum ſacro Baptiſmi fonte tingendus edidi, vt mea ſalutis hoſtibus, carni, dæmoni, mundique pompis remiſſo nuncio, ſoli domino Deo obſecundem, & vel ad mortem, ſi ita voluerit, vltrò ſequar: Nam pretioſa in conſpectu domini mors Sanctorum eius.*

Cum permultis huius ſacramenti Deus vſum negauerit, nobis verò liberaliſſimè concesſerit, noſtrarum eſt partium humillimam gratiarum actionem pro nobis ferre in dies magis ac magis erga hoc ſacramentũ affici, & ad id frequentius accedere, vt ipſum ſit & munus, & pro accepto munere actio gratiarum.

Has conſiderationes adiecimus, quo communicans meditationes ante & poſt communionem expendendas magis in promptu haberet.

CAPVT VI.

EXERCITIVM SEXTAE REGVLAE, DE MISSÆ SACRIFICIO.

PARS PRIMA.

QVAM EXPEDIAT, ET SAcerdotibus Miſſam ſæpè celebrare, & Sodalibus laicis quotidiè, ſi fieri poſſit, audire.

Diebus Dominicis & feſtis, Chriſtianis omnibus, idq; ſub peccato mort. li(ni legitima cauſa excuſet) pręcepta eſt Sacroſancti, & auguſtiſſimi Miſſę ſacrificii vel celebratio, vel auditio. Quin etiam Sodalitatis Regula ſexta, quotidie Sodalibus audiẽdum ſacrum admonet. Quam verò ſacerdotibus Miſſam celebrare cõueniat, ſequens B. Bonauent. ſententia demõſtrabit. Sic igitur ille: *Sacerdos non legitimè impeditus celebrare omittens, quãtum in eo eſt, priuat S. Trinitatem laude & gloria; Angelos lætitia, peccatores venia, iuſtos ſubſidio et gratia, in purgatorio exiſtentes refrigerio, Eccleſiam ſpiritali Chriſti beneficio, ſeipſum medicina & remedio*

medio. Laicis verò quam expediat rei
huic diuiniſſimæ quotidiè intereſſe, ad-
mirabilis Sacrificii miſſæ fructus (quod
non ſolùm Sacerdos, ſed aſtantes etiã
offerũt) effectuſque eximii; Sanctorum
exempla, Regum etiam & Principum;
innumera quoque miracula; ac omniũ
maximè, ipſius Sacrificii dignitas &
maieſtas, myſteriaq; eius auguſtiſſima
docent, & clamant.

Præcipuè multis effectus ſeu fructus
Miſſæ vel celebratæ, vel auditæ hi ſunt:
Miſſæ ſacrificio, non ſolùm aguntur,
ſed etiam referuntur gratiæ Deo pro
beneficiis ab ipſius bonitate acceptis;
quia enim varia quotidiè dona à Patre
cœleſti accipimus, &, quod ex nobis eſt,
nihil niſi peccata referimus, placuit
Chriſto nobis hoc ſui corporis ſacrifi-
cium relinquere, quod in gratiarũ actio-
nem pro donis, atque in ſatisfactionem
pro peccatis, Deo redderemus: Cùm er-
go quotidiè innumera bona ab eo ha-
beamus, æquum eſt, vt quotidiè gratias
pro donis illius diei quas poſſumus ma-
ximas referamus. Si enim is, qui pau-
peri in eleemoſynam dat exiguam ſti-
pem, ingratitudinem & ruſticitatẽ eius
accuſaret, qui quantam poſſet gratiam
non haberet: ita merito ingratitudinis

apud Deum accerſitur, qui hoc genus gratiarũ illi quotidiè, cum poteſt, non refert, ꝙ Deo maximè placere nouit.

2. Remittuntur venialia peccata, quibus quotidiè Deus offenditur.

3. Impetratur gratia ad mortalia peccata cũ dolore cõfitenda, & in poſterũ vitãda. Si ergo infinitis venialib' peccatis quotidiè obnoxii ſumus, in multaq; ꝑicula ſingulis momẽtis incidim', mortalibus peccatis Deũ offendẽdi, optimè nobis cõſulemus, ſi ſacro Miſſæ officio quotidiè aduerſus pericula omnia nos muniamus. & à peccatis purgemus.

4. Datur gratia rectè viuendi, confertur auxiliũ viuis omnibus atq; defunctis. Quia ſacrificium eſt efficaciſſima oratio, propter Chriſtum in ſimilitudinem mortui præſentem, adquæuis tum nobis, tum aliis impetranda.

5. Solet Dominus etiam in temporalibus rebus illi magis fauere, quem videt ante omnia ſpiritualium rerum, & diuini honoris curam gerere. Non enim facilè patietur Deus, vt is temporalium rerum damna ſuſtineat, qui ipſius honoris eſt ante omnia ſtudioſus.

6. Sicut parenti gratum eſt, vt manè ſummo ante omnia à filio viſatur & ſalutetur: ita gratum eſt Chriſto, vt quotidiè

iè in ſacro Miſſæ officio eum videas,
ores, atque ſalutes,

Sicut in veteri lege, aſpectus ſerpē-
æ nei ſanitatem adferebat vulneratis,
n nouo teſtamento vmbra Petri cu-
rat ęgrotos: ita dubium non eſt, quin
riſti corpus, dum in *Miſſæ ſacrificio*
otidiè deuotè conſpicitur, magnam
n ad curationem animæ habeat.

In ſacro Miſſæ officio nō ſolùm of-
tur Deo patri à ſacerdote, & à præ-
ıtibus cum ſacerdote Chriſti Domini
rpus & ſanguis in verum ſacrificium
ſua ſalute, ſed quotquot adſunt, di-
eque ſe parant, ſpiritualiter corpore
mini reficiuntur per os ſacerdotis.
nta enim virtus eſt iſtius ſacrificii, vt
icunque præſentes intentionē ſuam
n ſacerdotis intentione coniūgunt,
acrificii eſſe participes cupiūt, ſimul
n ſacerdote de ſacrificio mādueent,
ique ſpiritualis fructum percipiant,
n ſecus ac membra corporis, ad quæ
os cibus infertur. Aequū eſt enim,
qui Dominicæ menſę in ſpiritu cum
erdote miniſtrat, in ſpiritu etiā cum
erdote paſcatur. Sicut namque con-
niens non eſſet, vt is, qui menſæ Re-
miniſtraſſet, famelicus ſine omni ci
dimitteretur: ita non eſt exiſtiman-

Digitized by Google

dum, quod ſine ſpirituali refectione relinquatur, qui Miſſæ ſacrificio adeſt, vt par eſt. Quin potius, ſicut in ſumptuoſo conuiuio, nemo ex familia fame laborat: ita in menſa hac Chriſti, vbi paratur cęna magna, nemo eſt præſentium; qui nõ aliquid accipiat, dummodò os cordis miniſtranti & porrigenti manui Chriſti non claudat. Et ſicut in cella vinaria nouis vinis repleta, ſolus aër odore infectus inebriat: ita in loco, vbi ſacrificium offertur, tanta eſt gratiæ copia, vt non ſolùm ex eo dæmones pellat (ad quod D. Aug. aliquando in domo vexata à malo ſpiritu ſacrificium offerri iuſſit) ſed etiam præſentes conſolatione perfundat, vt meritò cum Dauide clament: *Altaria tua Domine virtutũ, Rex meus & Deus meus.*

Lib. 22. de Ciuit Dei. ca. 8. Vide Theod. in Philoth. c. 20.

Pſal. 83.

Eduardus Angliæ, Ludouicus Galliç Reges ſanctiſſimi, & alii cõplures, fructu ſacrificii huius cognito, nullam ſibi illius quotidiè audiendi occaſionem patiebantur elabi. S. Elzearius Comes Arriani non modò quotidiè ſacro intererat, ſed etiam familiam ſuam vniuerſam curabat vnam ad minimum Miſſam, nullo intermiſſo die, integram audire: S. Wenceſlaus Boemorum Rex nõ contentus erat ſacrificio Miſſæ quo-

tidiè

tidiè præſtò adeſſe; ſed etiam meſſis, & vindemiæ tempore, oblitus quaſi dignitatis ſuæ, metebat & vindemiabat, quæ pro ſacrificio, Sacerdotum manibus offerret. Sed neque defuerunt Sacerdotes eximii, qui non contenti ſacrificaſſe, ſacrificanti quoque altari Sacerdoti volebant quotidiè miniſtrare. Ex quibus omnibus intelligũt ſodales quãta cura, ſtudio, pietate rei diuinæ prçſtò quotidiè adeſſe debeant, exiſtimareq; ſe eius diei feciſſe quaſi iacturam, quo SS. Miſſæ ſacrificium omiſerunt.

Gregorius XIII. Pont. Max. Conceſſit cuilibet Sacerdoti dicenti, ante celebrationem Miſſa, qua ſequuntur, 50. annorum Indulgentiam.

4. Humiliter petenda à Deo venia admiſſorum peccatorum, offerenda in remiſſionē merita Chriſti, per quæ etiam petenda gratia vitę melius inſtituendę: dolor inſuper (idque maximè) concipiendus, & vehemens, ſic enim ſordes contractæ, ſaltem leues, ſi ſolæ ſint, eluentur. Dolor autem hic concipi poteſt vel quod offenderimus tantum benefactorem Deum ſummè bonum, &c. vel ex timore inferni, iudicii, mortis, (quæ forſan hac nocte nos opprimet) vel ex alia ratione, hoc eſt, mouente ad dolorem peccati.

Ex qua eadem ratione 5. ſeriò proponenda in poſterum, cum Dei gratia, vitæ emēdatio, & maximè in iis peccatis in quæ ſæpiùs aut grauiùs eo die la-

ani parthenicique nominis ipſum diſcedere, ſi dum alienas artes licitas ac honeſtas tractat, non aliquam cogitationum ſuarum partem aliquando rerum ſacrarum & religionis ſtudio tribuat, tum ne ipſe ignarus ſit eorum, quæ ſine magno animæ damno ignorare non poteſt: tum vt religionis ſuæ omnibus, qui petent, poſſit reddere rationem.

Optandum quidem erat, vt omnes Chriſtiani ſtudioſi, cum Sancto Paulo totos ſe ad ſolum Chriſtum diſcendum & ſciendum transferrent: atque à ſtudio legum, cauſſarumque ciuilium, cum Chryſoſtomo: à Philoſophia, cum Boëtio: à politicæ gubernationis peritia, cum Ambroſio: ab eloquentia ſæculari, cum Baſilio, Cypriano, Auguſtino, Arnobio, Paulino, aliiſque plurimis; ad ſanctam ſcholam tranſirent, vbi ſcientiam Chriſti, ſacris literis comprehenſam, à Theologis explicatam audirent. Sed quoniam *non omnes capiunt verbum hoc*, & vult DEVS, alias quoque artes ad hominum commoda, ciuitatumque conſeruationem exerceri; id certè conſilii do omnibus, nequaquam planè neglectam habeant rerum ſacrarum diſciplinam, neque quiſquam ita

ita ſe tradat aliis artibus, vt videatur illi ſcientia diuina aduentitia & peregrina eſſe, cuius nullam partem opus habeat attingere.

Indignum enim prorſus eſt, vt cùm tam larga manu nobiſcum Deus communicauerit notitias rerum diuinarum, & omnes naturæ vires excedentium; nos ea liberalitate contempta, minus ſtudii ponamus in iis penitus noſcendis, quàm poſuerint Ethnici Philoſophi in falſis Deûm ſuorum mendaciis enucleandis. Tantum temporis in fabulis, hoc eſt fictitiis hominū cōmentis cognoſcēdis, inſumit adoleſcens; cur nō aliquid cognitioni meliori rerum ad ſalutem animę ſuę ſpectantium tribuet? Duo ſatis exactè nitatur cognoſcere: ſcilicet fidei noſtræ præcipua myſteria; & quæ ſpectant ad compoſitionem morum. Exactā igitur Catechiſmi, qui ſumma eſt Theologiæ, nitatur habere cognitionem, eius explicationi attentas præbeat aures, quæ audierit, mente reuoluat, quæ benè non intellexerit, ſtudeat peritiùs cognoſcere. Tempus etiam non grauatè impendat lectioni librorum, qui præſcribunt præcepta ſeu media rectè viuendi, modum vid. eradicandi ex animis

mis noſtris ſuperbiam, inuidiam; virtutes inſerendi; &c. Operā his præceptis & mediis exactè cognoſcendis impendat Chriſtianus adoleſcens, qui in præceptis eloquentiæ percipiendis, minus ſanè neceſſariis & vtilibus, dies & noctes deſudat; tempus ergò aliquod ſingulis diebus ſacro illi ſtudio impenſè tribuatur.

2. Illam fraudulentam aut potius Diabolicam putet doctrinam, quæ non modò apertè proponat mala; ſed vel occultè ardorem pietatis aduerſus DEVM refrigeret & reſtinguat. Quod ſi vel in audiendis Magiſtris, vel in legēdis libris animaduertit paulatim, & quaſi minutatim guttulas ſibi quaſdam peſtilentis liquoris inſtillari, reducat ſe ſubitò, atque illa æternùm valere iubeat.

Sic viri ſapientiſſimi ſemper & fecerunt, vt Hieronymus, Hilarius, Chryſoſt: & aliis vt facerent, ſuaſerunt.

Ignatio parenti Societatis IESV, cùm ſe ad literas primùm applicuiſſet, ſuaſerunt amici, vt Eraſmi lectione vteretur: paruit, ille, ſed vt primum ex eius libris quaſi frigidam ſuffundi, qua minueretur ardor pietatis, perſenſit; & ipſe ſubitò reliquit hominis illius ſcri-

pta, & ſuis omnibus diſſuaſit. At erat liber de re pia ſcriptus miles Chriſtianus, ſub quo frigus hoc latere perſenſerat: quid egiſſet, ſi oblati ei fuiſſent Furioſi, Decameroni, & huius generis alii: in quibus vix aliud quicquā apparet, quam triumphi Diaboli & inflati ſpiritus mundi, illius inquam mundi, qui contra Chriſtum ſuſcepto certamine ſub leges Tyrannicas honorum inanium redigere laborat mortales; & ſub honeſto vrbanitatis nomine, ludum aperit turpitudinis.

Horum igitur librorum lectionem fugiat adoleſcens; nec ſub prætextu elegantię ſermonis, turpe quid ex Ouidio, Propertio, & ſimilibus vnquam legat, nam per hāc turpitudinem (inquit Auguſtinus) verba iſta commodiùs diſcūtur; ſed per hæc verba, turpitudo iſta confidentiùs perpetratur. Si quid elegans his turpibus coniunctum ſit, aliud non minus elegans alibi à turpitudine ſeiunctum reperietur: & præſtat verbulum aliquod elegans neſcire, quàm mentem turpi lectione inficere.

Lib. 1. conf. c. 6.

3. Omnes aliæ doctrinæ & facultates, non damnatæ ab Eccleſia, & ſua natura bonæ ſunt, & vniuerſe ad generis humani vſum neceſſariæ. Itaque qui

in is

in ijs addiſcendis ex vocatione diuina verſatur, iudicare debet, benè atque honeſtè ſe occupatum.

PARS SECVNDA.

MODVS VTILITER TRActandi ſtudia, cum fructu magno tum ſpiritali, tum literario.

NOn ſufficit adoleſcenti, vt probatis tantum artibus ſtudeat, ſed opus eſt, vt ſciat modum has artes probatas cum fructu tractandi; modo vtiliſſimò ad profectum tum ſpiritualem tum literarium tractabit; primò ſi virtutem, præſertim Caſtitatem, cum literis colat. 2. Si finem, quem debet, ſtudiis ſuis proponat.

1. Ad omnia humanitatis ſtudia, ad omnes ſcientias, vitio, præſertim intēperantiæ, præcluditur aditus; aperitur virtuti, præſertim continentiæ. *In maleuolam animam non introibit ſapientia* (inquit Salomon) *nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Quod ſi peccatis omnibus cōmune eſt, vt ornatu ſapientię ſpolient mentem; quantò id facient certiùs libido & impuritas, cuius propriū eſt, animo tenebras offundere, & aciem ingenii maximè retundere.

2. Tum

2. Tum Sanctorum, tum ſapientum Ethnicorum ſententia eſt, *Matrem ingenii & ſcientiæ eſſe caſtitatem, tantoque longius quemque ſcientiis progredi, quantò mentis & corporis puritatem ſinceriùs colit*, ſic docet apud Platonem Lypſius; Triſmegiſtus Simandro & alii.

Sic etiam (vt Ethnicos mittam, Chriſtianis enim loquor) ex ſanctis viris vt quiſque caſtitate excelluit maximè, ſic ſapientiæ luce maximè fuit illuſtratus. Inter Prophetas excelluit Iſaias: coluit virginitatē. Daniel oraculum erat ſuæ ætatis, quà Chaldæorum ſapientia, quà cognitione DEI, atque in primis certiſſima prædictione temporis, quo mundo ſalus ventura eſſet, & huic perpetua virginitas. Ioſeph Patriarcha, cùm in prima ætate adhuc intactus viueret, quæ ſomnia non vidit? quæ non interpretatus eſt de ſtatu futuro ſuæ familiæ? Patris ſui: ipſius Pharaōis: imò verò, ſi abditos ſenſus inueſtigemus, totius Eccleſiæ? At idem (quod à Sanctis Patribus animaduerſum eſt) poſt contractas nuptias, aut nihil tale, aut non tam excellens cognouit. Inter Apoſtolos doctiſſimus Paulus; ſeruauit integritatem: inter Euangeliſtas vnus

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes aquila fuit, qui oculos deſigere in Verbi æterni ſole potuerit: & hic integritatem ſeruauit. Doctores Eccleſiæ, quæ cognouerint & ſcripſerint monita teſtantur, quàm multa rerum diuinarum abdita penetrauerint, coniecturam nobis affert viuendi ratio planè cœleſtis. Atque inter hos, quis Diuo Thoma in perſcrutandis rebus abditis profundior? quis in explicandis clarior? quis in diuinarum humanarumque rerum cognitione ſolidior? Virginitatem ſeruauit.

Teſtatur fide dignus auctor, in Hiſtoria Eccleſiaſtica, de Gregorio Nazianzeno, reperiſſe narrationem ſe, dignam relatu. Hunc etiam adoleſcentem, miro ſcientiæ deſiderio, de recta, quæ ad ſapientiam duceret via anxiè cogitaſſe, tum per quietem viſas illi aſſiſtere duas ſupra humanam ſpeciem mulieres, quæ eum, mirificè hoc viſo gaudentem, adhortarentur, pergeret porrò, neque puritati minorem, quàm ſcientiæ daret operam. *Altera* inquiebant, *ex nobis, ſapientia: altera caſtitas dicitur: miſſæ ſumus à Domino, tecum habitare, quia iucundum nobis, & ſatis mundum habitaculum præparaſti.*

Hic eſt ille Gregorius, qui inter do-

ctiſſi-

ctiſſimos ſui ſæculi iure eſt habitus; tantum illi ad ſcientiam profuit, puriſſimè ſeruata caſtitas, à prima ætate ad extremam vſque ſenectutem. Iuuentus igitur, quæ proficiendi in ſtudiis tenetur deſiderio, virtutem Caſtitatis præſertim amet, vel hac de cauſa puritatem colat, quòd ſcientiam promoueat.

2. Bonis rebus malè ſtuderi poteſt, ſi non, finis, qui debet, propoſitus ſit; ſtudiis bonis vacare ex fine malo, vt ex deſiderio gloriæ, malum eſt, ſuperbiæ peccatum eſt; ex fine vano, vanum eſt, peccatum eſt; ex fine pio ſanctũ & meritorium apud Deum eſt. Audiamus D. Bernardum. S. Paulum (inquit) ſcientiæ fructum collocare in diſcendi modo. *Modus autem in eo conſiſtit, vt ſciatur, quo ordine, quo ſtudio, quo fine, quaquè noſſe oporteat: quo ordine? vt id prius quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio? vt id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam, aut curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantùm ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt namque qui ſcire volunt eo fine tantùm vt ſciant, & turpis curioſitas eſt, & ſunt qui ſcire volunt vt ſciantur ipſi: & turpis vanitas eſt,*

tas eſt, qui profecto non euadent ſubſannantem Satyricũ, & ei, qui eiuſmodi eſt, decantantem. Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter: & ſunt item qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, verbi cauſa pro pecunia, pro honoribus: & turpis quæſt' eſt. Sed ſunt quoq; qui ſcire volunt vt ædificent, & charitas eſt, & ſũt qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudẽtia eſt. Horum omnium ſoli vltimi duo non inueniũtur in abuſione ſciẽtia, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benè faciant. Adoleſcens igitur in laudem honoremq; Dei, vt gerat morẽ voluntati diuinę, quę vult illũ officio fungi ſuo, ad ſalutem animæ ſuæ, & bonũ proximorũ & Reip propter amorẽ Dei, ſtudia ſua dirigat (quod eſt ſtudere vt ædificet & ædificetur) ſic meritum maioris & maioris in cœlo gloriæ ſtudendo acquiret, ſic Deo ſecũdãte eius conat' maiores progreſſus in litteris faciet. Quoq; certius hoc merito profectuq; in litteris in dies magis magiſq; creſcat, quod in ſchola facit, nõ omittat in cubiculo priuato; ſcilicet, quoties de nouo ſtudere incipit, toties procumbens in genua aut ſaltem ſtans, breui oratione ſtudium, laboremque ſtudii præſentis Deo in fines ſupradictos offerat,

Perſius Satyr. 1.

~~ſa qui-~~ bus ſcientia pernicio-sa quibus

PARS TERTIA.

QVID QVAQVE DIEI *hora faciendum ſit Sodali adoleſcenti ſtudiis operam danti.*

SEptem aut octo horas ſomno ita tribuat, vt hora circiter quarta aut quinta ſurgat; dum ſurgit memor præſentiæ DEI, & Angeli cuſtodis, non minùs modeſtè ſe induat, quàm ſi ab aliquo etiam viro graui videretur; Itaque nunquam cum induſio ſolo, nunquam niſi talari veſte, aut alio decenti veſtitu opertus extra lecti ſepta recedat, etiam quando nullum habet cubiculi ſocium; multò minus cum habet: tum alieni, tùm próprii corporis partium etiam honeſtarum, quæ interdiu tegi ſolent, refugiat caſtus adoleſcens aſpectum. Cum primùm ſurrexit lectum operiat, ad orandum ſe componat, in exercitio matutino ſupra ſcripta ſeruet, quod ſi propter conuictum cum aliis, aut aliam cauſam, non poſſet tunc meditationi vacare, ſed v. g. ſeptem pſalmi pœnitentiales ipſi eſſent recitādi, vtiliſſime ſaluti animæ ſuæ conſuleret, ſi in alia hora diei qua commodiùs illi fuerit, quadrantem, vnum meditationi,

tioni, diebus ſingulis, daret, ſi alio modo non poteſt, in ſpeciem ſtudentis. Dum iuxta præſcripta in exercitio matutino gratias agit DEO, aut orat vocaliter, non curſim id faciat, ſed in ſingulis ſententiis mente aliquantò inhærendo, expendendo, & in intimo corde affectus in ſingulis ſententiis contẽtos concipiendo; ſic cum merito fructuque magno gratias aget, offeret DEO ſe ſuaque, rogabitque.

2. Orationem excipiet breuis recollectio ſeu cogitatio, rerũ gerendarum, eo die; illas, præſertim verò ſtudia, DEO offeret, proponet in iis vitare ea peccata tum grauia, tum leuia, in quæ ſolet incidere.

3. His peractis ad ſtudia ſe recipiat, ſtudeat quouſque ad ſcholas detur ſignum,

4. Quo dato ſcholas adeat, non curſitando, ſed greſſu, oculis, totoque corpore modeſtiam referente.

5. A lectione ad templum perget, ſacrum auditurus.

6. A templo ad prandium, in quo temperantiæ modeſtiæque ſit memor, non longos trahat in menſa ſermones, ſed dum cibo corporali reficit corpus, ſpiritali mentem reficiat, vel audiendo

atten-

attentè quæ leguntur tempore menſæ, vel ſubinde remedia contra vitium gulæ quæ trademus infra, aut Chriſtum, dum in terris verſabatur, ſe cibo reficientem, aut aliquid aliud ſpiritale in mentem reuocando.

7. Finito prandio per tres circiter quadrantes vacet, non ludo aut curſitationi, ſed cum ſocio aut viro aliò honeſto cõuerſationi, colloquendo de iis rebus de quibus ſupra diximus colloqui Sodales inter ſe debere.

8. Inde ad locum quem quiſque ſtudiis ſuis habet deſignatum, ſe recipiat, ibi quadrantem circiter, plus minus, lectioni libri alicuius ſpiritualis impendat, nulla dies abeat quin aliquid lectioni huic concedat, ſiue hac hora, ſiue alia, vt commodiùs fuerit, qui tot horas ſingulis diebus lectioni Ciceronis aut alterius libri profani tribuit.

9. Reliquum tempus vſque ad ſcholas ſtudiis det.

10. Scholas iterum repetat.

11 Poſt ſcholas, recitationi Roſarii poſſet aliquid temporis tribuere, aut, ſi mauult, quod reliquum eſt temporis ante cœnam ſtudiis non ſubtrahat.

12. Poſt

12. Poſt cœnam, honeſtamque à cœna recreationem matutinæ ſimilem, ſi ſuperſit aliquid temporis, ſtudiis illud det; Media circiter hora aut tribus quadrantibus ante horam nonam, orationi, examiniq ue conſcientiæ vacet per qu drantem, eo modo quo dictum eſt ſupra, deinde le tum petat. His autem omnibus actionibus obeundis, eum modum ſeruet, quem vnicuique harum actionum ſupra variis in locis præſcripſimus. Sic procul à malorum omnium fonte, otio, vtiliter dies, menſes, annos, tranſiget, ſic progreſſus in ſtudio litterarum morumque non pœnitendos faciet, ſic DEO, B. Virgini, ſuperioribus ſuis charus erit, ſic Parentum morem geret voluntati

CAPVT X.

EXERCITIVM POSTERIORIS PARTIS REGVLÆ VIII.

De vitiis, & peccatis à quibus cauere Sodales, potiſſimè adoleſcētes, debent, media ad illa cauenda, & primò de remediis contra Luxuriam.

PARS PRIMA.

QVAE VITIA DECLINARE Sodales, adoleſcenteſquè potiſſimè debeant.

1. Otium Eccl: 31: Lib. 2. de conſider. Benedictus in Reg. 9. S. Chryſoſtomus Caſſian. lib. de ſpiritu acediæ c. 21.

PRIMVM eſt Otium atque Inertia. *Multam enim malitiam*, ait Scriptura, *docuit, Otioſitas:* quam ideo B. Ber. matrem nugarum, & nouercam virtutum; alii fomitem vitiorum, rubiginem mentiū, luē peſtiferam, morbum lethalem, alii, puluinar Diaboli appellant, vnde celebre erat apud SS. Anachoretas Aegypti verbum, *laborantem ab vno, otioſum ab infinitis oppugnari dæmonibus.* Huic tanto vitio ocurrendum honeſta, & perpetua occupatione. Vnde præclarè B. Hieron. *Semper operis aliquid facia,*

Vt te

e Diabolus inueniat occupatum: non n facilè capitur, à Diabolo, qui honeſto at exercitio

Huic affine eſt ſuperbiæ peccatum. 2. ſuperbia.
tium enim omnis peccati eſt ſuperbia. Spiritus Sanctus. Primò enim men n à Deo auocat, fuitque primũ peccatum tam in cælo, quàm in terra, eſt e peccatorum omnium periculoſiſſimum. Cætera enim vitia, ait, B. Auſt. in malefactis valent, ſola ſuperbia tiam in rectè factis eſt cauenda. Huius liæ ſunt præſumptio, hypocriſis, pertinacia, iactantia, ingratitudo, aliorum ontemptus, inobedientia, ambitio, curioſitas in veſtibus maximè, & rebus aliis: quas omnes, & ſingulas filias vnà cum earum matre ſupra omnia deteſtatur & punit Deus; ita vt ſolis ſuperbis, tanquam capitalibus & vnicis ſuis hoſtibus peculiari modo reſiſtere, hoc eſt obniti, perſequi, diſpergere, ac funditus euertere dicatur.

Ex otio & ſuperbia, tanquam impuriſſimis lacunis adoleſcentium peſtis 3. Libertas.
ſumma naſcitur libertas ſiue licentia pro arbitratu viuendi faciendique omnia Cuius impuriſſimæ luis ſtudio ſtolidi, amentes, cæcique adoleſcẽtes maturè litteras, & magiſtros, parentum o-

culos, monita, imperia, amicorum cõſilia, decretaq; maiorum omnium negligunt, rident nonnunquam, & exſibilant, omneque obedientiæ, & ſubiectionis iugum excutiunt, vt (quod falsò credunt & iactant) ſui iuris ſint, exleges, liberi, & poteſtatis ſuæ. At verò, tantum abeſt, vt libertate aliqua gaudeant, vt diriſſimam potius & vitiorum, & cupiditatum, & mulierum, & dęmomonum ſeruiant ſeruitutem.

4. Gula. Ex ſuperioribus monſtris prodit gula, crapula, ebrietas, vitium ventris, & gutturis, quod caſtitatem prodigit, nutrit illecebram, & innumera vitiorum agmina ad animæ conflictum producit, vt docet B. Gregor. & quotidiana experientia.

5. Laſciuia. Gulam affectatur laſciuia, & omnis turpitudo. *Semper enim ſaturitati iūcta eſt laſciuia*, ait B. Hieron. Ad laſciuiam pertinent non modò inordinatus omnis libidinoſæ voluptatis ſenſus & actus, ſed & quæcunque ad eam viam ſternere ſolent; ſaltationes inquam, ludi intemperantes, ioci impudentes, adſpectus turpes, geſtus impudici, impura colloquia, lectio amatoria, cantiones ſordidæ, inceſſus mollis, effœminata veſtium, & capillaturæ compoſitio, co-

men-

ndi corporis cura ſuperflua, oculo-
n leuitas, & id genus alia, quæ, tan-
am libidinum faces, Diabolique ad
inem turpitudinem arma, & omnis
tutis, bonorumque, morum pro-
nqua excidia, ab veris ſodalibus, ca-
ſque adoleſcentibus omnia fugienda
nt.

Conſequuntur ſuperiora flagitia, in-
idiæ, rixæ, contentiones, inimicitiæ,
ugnæ, & aliæ eiuſmodi Chriſtianæ
aritatis peſtes. *Si quis contentioſus eſt
nter vos,* ait B. Paulus, *nos talem con-
ſuetudinem non habemus, neque Eccle-
ſia Dei, Seruum enim Dei, non oportet
litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.*
Si hoc B. Apoſtolus de contentioſo di-
cit, quid de iis dicet, qui ad ipſas pug-
nas, ad cædes, ad homicida prouolant?
qui inimicitias capitales ſuſcitant, fo-
uentque? 6. Contentiones.

His finitimæ ſunt calumniæ, contu-
meliæ, imprecationes, maledicta, irri-
ſiones, detractiones, & id genus por-
tenta, nequitiæ, ac vera opera Diaboli,
quæ qui agunt, regnum Dei non con-
ſequentur. 7. Imprecationes, Maledicta, conuitia, etc.

Addi his debet cætera linguæ vitia,
mendacia, iuramẽta, periuria, blaſphe-
miæ, adulationes, doli & fraudes, qui-

Digitized by Google

bus, ficto ſermone proximum circumuenimus, quæ omnia ex ſuperioribus, tanquã putidiſſimis fontibus, aut ſentinis veriùs proficiſcuntur. A quibus omnibus, ceu certiſſimis veræ pietatis naufragiis abſtinendũ eſt ſemper Sodalibus, quod ea ſenſim excipere ſoleãt obliuio Dei & ſalutis propriæ, ac tandẽ contemptus Eccleſiæ, ipſiuſq; Dei, induratio ſuiipſius, Infernus deinde, gehennaque æterna.

PARS SECVNDA.

QVANTO STVDIO CAVERE ſibi à Luxuriæ peccato, Sodales, adoleſcentes q; potiſſimè debeant.

NVllum eſt vitium, quod & maiore ſtudio vigilantiaque cauere debeat adoleſcens, ſodalis præſertim parthenicus, quàm immunditiæ luxuriæque peccatum. 1. Quia nullum eſt quod adoleſcentem, & adoleſcentem qui ſe totum in ætatis primæuo flore Virgini caſtiſſimæ dicauit, magis dedeceat. 2. Quia vt in arida materia ignis; ſic in illorum corporibus flamma hæc facilè accẽditur, flatu præſertim illorum tartari

i ſpirituum, qui ignibus ſuccenſi in-
orum, ignes hos acriter vrentes, ra-
e acti euomunt, & fragilitatis carnis
ptimè conſcii, hac parte primam fa-
unt impreſſionem, vt per proditionē
orporis, animi tyrannidem occupēt.
Hæc eſt prima febris quæ innumeris
attulit mortem animi; omnes verò, a-
ios plus; minus alios; hos iſto; illos,
alio modo, tentat. 3. Quia, vt à viſco
auis, ita infixus in limo profundi hu-
ius, difficillimè poteſt ab hoc luto ſe
auellere; &, ſi, dextera Dei ſingularem
ei porrigente opem, verè exſurgat, ve-
niamque peccati lachrymis obtineat,
pretioſiſſimam tamen integritatis gē-
mam & florem recuperabit nūquam,
quia irreparabilis eſt, nunquam pro-
miſſam virginitati lauream conſeque-
tur. Vltimò quia cum in reliqua ferè
peccata, in quæ prona eſt adoleſcen-
tia, labitur adoleſcens, venialiter ſolū,
non rarò, cadit; cum in aliquod lu-
xuriæ peccatum ruit, ferè ſemper pec-
cato mortali, eoque ſæpè grauiſſimo
multiplicique ſe obſtringit. Iræ, rixæ,
contentiones, contumelioſi leuiter
verbi prolatio, ſuperbia, honoris am-
bitio, iuramenta (modò nec malum
quid, nec falſum iures, iurare enim a-

 liquid

liquid, etiam leue, quod ſcias falſum, graue peccatum eſt) in ſtudiis negligẽtiæ, & ſimiles multæ aliæ noxæ, vt plurimum in adoleſcentibus non ſunt mortiferæ, non ſunt peccata mortalia; cumque adoleſcentes nec in negotiationibus mercaturæ, nec in magiſtratibus Reip. ambiendis, nec in litibus dirimendis, nec in armis tractandis, nec in Reip. gubernatione, nec in bonis tẽporalibus conſeruandis augendiſq; aliiſue ſimilibus occupationibus, in quibus facilè eſt in multa eaque mortalia peccata labi, implicentur, ſed in ſolis litterariis exercitiis diſtineantur; ſanè ſi ab omni immunditia ſint immunes, facilè ſine peccato mortali multos annos tranſigent: Luxuriæ verò noxa, ferè ſemper eſt mortalis. Nam in primis mente etiam ſola delectari venereè de actu luxurioſo, de quo aut ſolus cogites, aut loquaris cum alio, aut quem legas in libro, audias, pictum videas, &c. mortale eſt, ſi lubens & volens delectaris, etſi breui ſolum tempore delecteris (quo tamen longiori tempore delectaris eò grauius peccas) etiamſi ſubitò reſipiſcas, etiamſi nolles illud committere, peccatum illud mortale eò grauius eſt vel leuius, quò res mala

cogi-

Digitized by Google

ata, lecta audita, &c. de qua dele-
grauior vel leuior eſt; dixi(luben
is) quia ſi delectatio aliqua in-
t in homine contra eius volunta-
ipſo diſſentiente & renitente, et-
talis delectatio contra eius volū-
i liberam valdè diu duret, non eſt
tum ſed meritum, & ſi in cogita-
bus turpibus abigendis ſit parum
gens, peccat, parum tamen ſeu ve-
er. 2. Si cum prædictis volunta-
electationibus prauum deſideriū
illius praui concipiat, grauiùs ſit
itum, imò ferè idem (vt docent
logi) ac ſi peccatum opere cōple-
. 3. Si opere compleat adhuc gra-
peccat. 4. Si ſocium peccati ad-
it, tanto adhuc grauiori peccato ſe
maculat, eoq; grauiori, quò prior
volentem excitauit. 5. Quò opus
ius grauius eſt, eò deſiderium ta-
eris concipere, vel etiam comple-
ſum opus grauius ſcelus eſt. In quo
n omittam grauitatem tactuum
idicorum ad pollutionem prouo-
ium notare: docent omnes Theo-
peccatum hoc grauius eſſe quàm
rnicatio, raptus; imò quā adulte-
i, id eſt, fornicatio cum alterius v-
& quàm inceſtus, id eſt, fornicatio

Digitized by Google

cum ſorore, vel etiam propria matre; horreat adoleſcens talis ſceleris enormitatem, quam vt declararet Deus, repentina morte tales impudicos, dum peccatum opere complebant, ſæpè ad iudicium ſuum euocauit, euocatos ignibus ſempiternis adiudicauit: ſic Ona filius Iudæ dicitur in ſcriptura ſacra repentina extinctus morte, ſic, vt referunt hiſtoriæ innumeri repentè extincti, Deo ſcelus vlciſcente; magis adhuc horreant qui mutuò ſe fœdant, quia ſic non vnico peccato peccant; quod ſi præterea in actu prauo deſideria alia praua concipiantur, tot alia peccata, fœditati primæ adiunguntur; denique non ſolũ attactus impurus pollutionẽ prouocans eſt peccatũ mortale, ſed etia peccatum mortale idem attactus propter delectationem veneream, etiamſi non ſit periculum vllius pollutionis; hæc dixi vt oſtenderem quàm cauendum ſit luxuriæ peccatum præ cæteris, ex eo quod rarò adoleſcens in hoc vitium incidat, quin mortali ſcelere ſe obſtringat, quod in aliis peccatis non contingit, dixi (rarò) quia ſcio eſſe aliqua intemperantiæ peccata quæ non ſunt ex ſua ratione mortifera. Conclu-

udamus igitur ob rationes allatas adoleſcentem ſummo odio debere peccatum hoc aduerſari, ſumma diligentia & ſtudio præcauere, propterea remedia fuſius quam contra reliqua vitia pertractemus.

PARS TERTIA.

PRIMVM REMEDIVM, FVga occaſionum Intemperantiæ.

PRimum & omnium optimum remedium eſt, fugere occaſiónes omnes, pericula & illecebras huius peccati. Certiſſima enim eſt illa S August. aliorumque Doctorum ſententia, *Cætera vitia pugnando vinci ſolent, ſola libido eſt quæ fugiendo potius, quàm pugnando ſuperatur.* Libidinis tentatio, ſerpentis tartarei venenoſus eſt afflatus; à facie colubri fuge: venenum eſt, ſed quod ſemper cum ſuaui quadam titillatione ſenſus inſtillatur; hac velut eſca, hominem, ni citò fugiat, hoſtis allicit, allectum hamo lethifero culpæ ad ſe prorſus attrahit, & occidit. Quis, viſo, obuiam ſibi magam aut veneficam prodire, ferentem vas, ſpirans li-

cet nectar & ambroſiam, plenum tamen ſciens venenatis & herbis magicis, non ſe in fugam conuerteret? Occaſiones verò illæ intemperantiæ fugiendæ ſunt potiſſimum ſeptem. 1. Loca periculoſa, conſortium, habitatio & conuerſatio cum intemperantibus. 2. Conuerſatio cum mulieribus. 3. Lectio inhoneſta. 4. Laſciuus aſpectus. 5. Turpiloquium. 6. Laſciuæ comœdiæ. 7. Otium. Prima igitur & omnium periculoſiſſima eſt cum malis conuerſatio.

Cum primùm quis è pueritiæ, quaſi portu egreſſus, iam rationis gubernaculo, vlterius in ætate prouehi cœpit; primus & periculoſiſſimus occurrit ſcopulus, vita & conuerſatio aliorũ. Omninò ſcopulus multorum fœdiſſimis infamis naufragiis, qui ventis iuuenilis auræ prouecti, vel ſubitò nauem fregerunt, vel alliſa tantum rate, quòd præſenti carerent auxilio, tamen perierũt. Experientia certè conſtat, multos quotidiè pręcipites in vitium Intemperantiæ labi; non alia de cauſa, quàm quòd, aut exemplis, aut verbis, aut aliis modis impellãtur à ſodalibus. Fit enim in hoc genere, quod in quibuſdam corporũ morbis; qui tametſi internas habeãt cauſſas; non temerè tamen erumpunt,

nisi

quid accedat extrinſecus, aut victus
tatio aut aliquid eiuſmodi. Itaque
emus multos, qui vel educatione,
occupatione abſtrahuntur ab om-
us occaſionibus peccandi, ad extre-
n vſque ætatem manere integros,
nocentes. Atq; adeò inuenti ſunt
tametſi eſſent valida corporis tēpe-
one, & valetudine firma, nunquam
en vel motum ſenſerunt turpem:
quam videlicet in cœlo, vt ita dicā
iore vixerant, cum hominum ſibi
milium vitam ignoraſſent; inuidē-
elicitas verè Angelica; cōtra quo-
nec ſine animi dolore videre eſt,
eſcentes verè liberos, puros, ſim-
s, candidos, mētes tabula raſa mū-
es, dulcticulę familiaritatis alicuius
impuro ſocio cōtracto nexu, imò
nam aliquando vel alterā conuer-
nē colloquiumve ſubitò à ſeipſis
iſſe, caſu qui reparari non poteſt
iſſe, Circæo veluti epoto poculo,
ſtias degeneraſſe, & qui nutriebā-
croceis, ſtercora amplexatos eſſe;
ymis ſanguineis proſequēda mi-
, & quia occaſiones hæ ſociorū vel
è vel occultè malorum, vndiq; ſe-
gerunt, monet adoleſcētes D. Ber-
us, cautè admodum ſibi caueant,

Digitized by Google

Spina(inquit ille) *eſt falſus frater; ſpina, vicinus eſt malus; ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, O candens lilium! ô tener & delicate flos! increduli & ſubuerſores ſunt tecum: Vide quomodo cautè ambules inter ſpinas; plenus eſt mundus ſpinis. *Periculis his permotus olim Arſenius etiam tum in aula Theodoſii Imperatoris ſummo honore ornatus, recurrit ad Deum & ardentibus petijt votis, vti oſtenderet, quaua ex tot periculis ad ſalutem poſſet euadere; diuinitus igitur illi miſſa vox eſt, Arſeni fuge homines, & ſaluaberis. Hoc volebat. Arſeni, exi aula; fuge palatium; fuge eos, qui in aula, mundano prauoq; more viuentes, non ſinunt te ſua inſpectantem exempla, diuino more viuere, hæc tibi ad ſalutem certa eſt via. O nimis inimica*(inquit Auguſt.)*amicitia, & ſeductio mentis inueſtigabilis, cum dicitur: Eamus, faciamus, & pudet non eſſe impudentem?* Sanè ſocii tales magis quàm Diabolus ipſe ſunt declinandi; facilius enim horum quàm Diaboli, à quo omnes abhorrent, quemque omnes ſcimus hoſtem, ſuaſu, in turpitudine adoleſcẽs prouoluitur. Non ſolum conuerſatio cum adoleſcentibus apertè malis eſt fugienda, ſed etiam *concinnatos* (inquit Hieron.)

ron.) *pueros & calamiſtratos, & pe-rin: muris olentes pelliculas*, de quibus d Arbitri eſt, *Non benè olet, qui benè per olet, quaſi quaſdam peſtes & ve-ra pudicitia deuita.* Vitandi etiam t omnes qui quouis prætextu diſ-dent opera pia, ne tam frequens ſit ſu Sacramentorum, in audiendis cionibus, &c. aut quouis obtentu ctationis abducunt te ab honeſtis litterariis occupationibus, omnes que occultè mali. *Tales habeto ſo-* (inquit D. Hieron.) *quorum contu-rio non infameris: non ornētur veſte, moribus; non calamiſtro criſpent co-r, ſed pudicitiam habitu polliceam-*

. Declinandum, quantum fieri po-, à cohabitatione, conuerſationibus olloquiis cum fæminis, familiari-præſertim cum illis eſt fugienda. *pitium tuum* (inquit Hieron.) *aut , aut nunquam mulierum pedes te-t, vide ne ſub eodem tecto manſeris: in præterita caſtitate confidas: Nec uide ſanctior, nec Samſone fortior, nec mone potes eſſe ſapientior. Memento per quod Paradiſi colonum, mulier de ſſione ſua eiecerit.*

Lib. 4. dial. c. 11. Singulare exemplum in hoc genere ſcribit ſanctus Gregorius, Magnus, fuiſſe Sacerdotem, cui nomen eſſet Vrſino, cum ante hunc ordinem vixiſſe in cõiugio: poſt, relictam vxorem amaſſe vt ſororem, tractaſſe vt inimicã, ſic, vt nec in rebus neceſſariis opera illius vti vellet. *Hunc quadrageſima ſacerdotij, & ſeueriori, vt par eſt, ætatis anno, grauiſſima febri ad mortem adductum: tum mulierem, quæ illum iam animam putaret exhalaſſe, admota ad eius nares auricula, explorare voluiſſe, num quid ſupereſſet ſpiritus; Ibi verò ſacerdotem, Quid fieret, ſentientem, pauxillus, quæ reſtabant, virium animæ reliquiis collectis ſemimortua voce, ſed viuam planè ſpiritu ſententiam protuliſſe. Recede à me mulier; adhuc igniculus viuit; paleam tolle. Quæ cum dixiſſet, tum demum compoſito corpuſculo cum Apoſtolis* (hos enim ad ſe venientes conſpexerat) *ad ſempiternum tantæ victoriæ triumphũ diſceſſiſſe.*

3. Cauendum omninò à lectione librorum turpium; hæc enim præſentiſſimum eſt venenũ in aureis pulcherrimè factis crateribus propinatũ, hic innumerã animarũ multitudinẽ cateruatim in inferos rapit. D. Hiero. ait hos libros nihil aliud niſi glãdes, aut ſiliquas

por-

corũ eſſe, quibus filius ille prodigus
ꝛtrem nõ ſatiabat, ſed implebat. Ru-
us verò Tuitienſis, libros hos vult
ranas illas, de quibus in Apoc. *Et* Apoc. 16.
de ore Draconis, & de ore beſtiæ exi-
es ſpiritus immundos, in modũ rana-
. Vult ergo prodiiſſe hos è draconis
arei faucibus, & filios eſſe beſtiæ,
ſpiritus eſt fornicationis, id eſt,
i planè belluini. Trium horum ſpi-
ium, vnum eſt ſermonis, alterũ ſcri-
nis, tertium laſciuorum carminũ;
nundi omnes, quod nihil niſi me- Lib. 11.
impuritates & flagitia ſpirent. Ioſe- anti. c. 2.
is narrat Theopompum & Theode-
n diuinitus eſſe cœcatos, quod tali-
ſcriptionib. delectarentur. Mitto a-
ob id à Deo immiſſas vindictas; ca-
dolefcens, tu cumprimis Partheni-
ne venena hæc tractes, vel in ſcrinio
ludas tuo; *Quod ſi mihi dicis* (inquit
guſt.) *hinc verba diſcuntur, hinc ac-* Lib. 1. cõf.
ritur eloquentia; reſpondeo, non om- c. 9.
ò per hanc turpitudinem verba iſta
nmodius diſcuntur; ſed per hæc ver-
, turpitudo iſta confidentius perpetra-
. Conſuetudinem legendi hos li-
os idem Auguſt. flumen tartareum
pellat; flumen, quia innumera pecca-
hac occaſione committi ſolent, tar-

tareum

tarcum, quod ad ipſum labatur infernum.

4. Caueat diligenter, ne oculus deprędetur animam ſuam, turpē omnem aſpectum caueat, ne imagines obſcœnas intueatur, ne in fallacem vultuum pulchritudinem oculos defigat; *nequius oculo quid creatum eſt?* ait Salomon. *Mors intrat per feneſtras. Pepigi* (inquit S. Iob) *fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine. Quam enim partem haberet in me Deus deſuper. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. S. Bernardus antequam religionis ſumeret habitum, adoleſcens ſæcularis fixius aliquando mulierem quandam erat intuitus. Mox, vt ad ſe rediit; tanto pudore & cupiditate vindicandi in ſe hanc curioſitatem exarſit; vt ſubitò in vicinum lacum tempeſtate perfrigida deſiliret. In eo immerſus collo tenus vſque eò conſtitit, dū exſanguis, & tantum non conglaciatus, omnem libidinis calorem extingueret.*

5. Turpiloquium fugiendum, ne turpia verba efferas, lingua quæ corporis Chriſti, quoties Euchariſtiam recipis, ſedes eſt, Veneris ne ſit interpres, ſed nec iſtis Veneris interpretibus miſcearis; filius Virginis, hos fugiat emiſſarios

:ios Veneris quod ſi aliquando impru-
dens agnoſcas te in cætum aliquorum
delapſum, qui turpia aut loquũtur, aut
canunt, aut geſtibus exprimunt, aut vi-
tam intemperantem agunt, hoc cœtu
cum primum potes, his celerrimè te e-
ripe flammis; ſi non potes, conſilium
Salomonis ſequaris, *Sepi aures tuas ſpi-
nis*. Vt enim per ſepem ſpineam, fures
hortulani ſe non penetrant, ita ad ani-
mum qui aures ſanctis cogitationibus
certoque caſtitatis propoſito ſepſerit,
verba turpia intemperantium nullos
inueniunt acceſſus. Eccl. 28.

Inprimis verò eo tempore habenda
in animo Senenſis Catharinæ aurea
planè ſententia. *Tunc* (inquit) *inclina
caput, & ſta mihi, inſtar ericij agreſtis &
planè fera. Animus ſit tibi is, qui in his
similibus euentibus fuit SS. Virginum.* Epiſt. ad Soror. Eag.
Admirandus imitanduſq; ex parte eſt
iſto adoleſcenti, D. Bernardini Senẽ-
adhuc adoleſcentis amor & ardor.
*principio, ex frequenti conſuetudine, in
m iam habitum venerat, vt ad primũ
turpioris verbi auditum ſic erubeſceret;
quaſi quis ei colaphum impegiſſet. Dein-
inter æquales, pro inimico publico ta-
m colloquiorum haberi cæptus eſt, ad-
vt ſi talium rerum tractationi, vt fit,
inter-* Surius tom 3.

interueniret: ſubitò inter ſe muſſarent. Tacete. Bernardinus adeſt. Homini nobili verò, cum neſcio quid turpioris verbi illo præſente excidiſſet; ita indignatus eſt, vt audacter illi colaphum inſignem duceret, cuius ſonitus benè longè exaudiretur. Aliàs cum ſe ab importunitate improbi cuiuſdam ciuis nec modeſtia, nec viribus liberare poſſet; æqualium ſuorum manu facta, nefarium hominem loco opportuno inuadit. Erant omnes, vt ille monuerat, probè inſtructi ſaxis, vbi propius ventum, Bernardinus: Ad arma, ad arma exclamat. Repentè oritur tanta in impurum hominem lapidatio, vt matura fuga ſibi conſulere neceſſe habuerit. Certè qui in hoc periculi genere, non aliquid audacter & conſtanter audet; timendum ei magnoperè eſt, ne canes illos paulatim diſcat imitari: qui ignotis hominibus primum oblatrant, poſt eſcam blandiuntur.

6 Fugiendæ ſummoperè impudentes illæ tragœdiæ & comœdiæ, & eius generis ſpectacula, quæ quibuſdam in locis, aut in Principum aulis, aut domibus potentium, aut in aliis ædibus, ſolent ab hiſtrionibus exhiberi. *Ad hos hiſtriones deuertere, eſt intrare* (vt loquitur Chryſoſt.) *ad communem luxuriæ offici-*

ſicinam, ad publicū incontinentiæ gym-
ıſium, ad cathedram peſtilentiæ; ad om-
em impudicitiæ orcheſtram; in peſſimū
urimorumq; morborum Xenedochium;
ı fornacem Babylonicam. Et ſanè aliis
ı rebus ſingula quaſi tela per ſingulo-
ım ſenſuum feneſtras immittuntur in
nimum, at in theatris, vbi ſpectacula
ınt indecora & turpia, veluti diluuiū
uoddam impuritatis redundat, quo
ontaminentur & ſubmergantur om-
cs ſimul ſenſus, & animus totus deni-
ue interior & exterior homo: ſcilicet,
ıeatra hæc ſcholæ ſunt, quæ non o-
endunt ſolum turpia, ſed etiam do-
ent, & docēt ratione efficaciſſima, exē-
lo ſcilicet, oratione, vocis viuæ ſua-
itate, actionis venuſtate, aliiſque le-
ociniis & quamuis, quod Scena re-
ert, fabula ſit & poetica fictio, docent
inquit Lactant) adulteria dum fin-
unt, & ſimultatis erudiunt ad vera. Sa-
è peccata ferè innumera, quæ in his
cenis ſpectandis, vel delectādo ſe pec-
ato aliquo luxuriæ inde menti obuer-
ınte, vel deſideria praua concipiendo,
el aliis modis, ſatis edocēt quàm ſtri-
tè debeat à ſcenis his abeſſe, qui Caſti-
atem auet retinere.

Vltimò, otium vitādum, iſtud enim
fœcun-

fœcunda eſt vitiorum, intemperantiæ præſertim, ſeges. *Malitiam docuit otioſitas*, (inquit ſcriptura ſacra.) In ludo vitii, magiſter eſt otiũ, vt docet Chryſoſt. Lapſus frequentes eorum, qui otio torpent, ſatis oſtendunt ad cuitandam libidinem, neceſſariò vitandum otiũ, rarioreſque lapſus eorum, qui honeſtis occupationibus continuò diſtinentur, docent optimum contra luxuriam remedium eſſe, ſi in aliqua honeſta occupatione, præſertim in litteraria exercitatione in dies, imò in horas vniuerſæ vitæ, diſtineàris occupatus.

Dũ eſſem iuuenis (inquit de ſe ipſo D. Hieron.) *& ſolitudinis me deſerta vallarent; incentiua vitiorum, ardoremq; naturæ ferre non poteram, quem cũ crebris ieiuniis frangerem; mens tamen cogitationibus æſtuabat, ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinam dedi, vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinii, alphabetum diſcerem, & ſtridentia anhelantiaq; verba meditarer; Quid ibi laboris inſumpſerim; quid ſuſtinuerim difficultatis; quoties deſperauerim; quotieſq; ceſſauerim; & contentione diſcendi rurſus inceperim; teſtis eſt conſcientia,*

ſcientia, tam mea, qui paſſus ſum; quam eorum, qui mecum duxerunt vitam: & gratias ago Domino, quod, de tã amaro ſemine literarum, dulces fructus capio. Dicam & aliud, quod in Aegypto viderim: Græcus adoleſcens erat in cœnobio, qui nulla abſtinentia, nulla operis magnitudine, flammam poterat carnis extinguere, hunc periclitantem, Pater monaſterii hac arte ſeruauit. Imperat cuidam viro graui, vt iurgiis atque contumeliis inſectaretur hominem; & poſt irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniã: Vocati teſtes pro eo loquebãtur, qui contumeliam fecerat; flere ille contra mendacium; nullus alius credere veritati; ſolus pater defenſionem ſuam callidè opponere, ne abundantiori triſtitia abſorberetur frater: quid multa? ita annus ductus, quo expleto, interrogatus adoleſcẽs; ſuper cogitationibus peſſimis, an adhuc moleſtia aliquid ſuſtineret; Papa! inquit, viuere non libet, & fornicari libeat?

Hoc igitur ſit primum remedium occaſiones omnes, præſertim hic notatas, diligentiſſimè declinare.

PARS

PARS QVARTA.

SECVNDVM ET TERTIVM remedium, cultus Deiparæ Virginis, & frequens vſus Sacramentorum.

SEcundum remedium eſt cultus B. Virg. hæc enim tam potens Domina, vt in vita mortali, puritatē ſummè adamauit & coluit, quin & prima fuit quæ in Eccleſia voto conſecraret Deo virginitatem illibatam, vt ſacri Doctores notant: ita iam glorioſa in cœlo inter omnes de toto orbe totaque Eccleſia curas, ſingularem ſibi & quaſi eximiam ſeruat caſtitatis & virginitatis cuſtodiam. Hinc meritò S S. Patres ſingularibus eam in hoc genere titulis ornant: Ambroſius illam vocat, *Magiſtrā Virginitatis:* Nazianzenus, *Lucem virginum.* Epiphan. *Virginitatis principem:* Sophro. *exemplum perfectionis virginalis.* Damaſcen. *reginam matrem, gloriā Virginum:* Iſidor. *caput Virginum* : Bernar. *primiceriam Virginum. Idiota ducē Virginitatis.* Eccleſia denique, *Virginem Virginum.* Sub hac igitur imperatrice militant Chriſto, quoquot integritatis ſunt amatores. Thronus MARIÆ perfugium

Orn. To. 2. c. 12.

fugium eſt omnibus, qui vel corporis pondere deprimi, vel Dæmonum inſidiis circumueniri timent, ab hac robur accipiunt, quo omnes impetus aduerſariorum retundant.

His olim armis feliciter vſa eſt Iuſtina Antiochena virgo, quàm Nanzianzeno & Nicephoro auctoribus, cũ perditè amaret Cyprianus, nec eam poſſet in ſuam ſententiam adducere, vſus arte magica dæmones coegit, vt quibus poſſent opibus, virginis mentem inuaderent. Horum tela cum ſentiret Iuſtina confugit ad Dei & S. Matris auxilium, tantum valuit imploratio B. Virg. vt ſtatim Deus afflictæ, & laboranti animæ ſubueniret: ac Iuſtinam à ſenſu tentationis ad tranquilliſſimam quietẽ, Cyprianum ab amoris inſania, ad fidem Chriſti traduceret; vtrunque deinde, fidem profitentes, martyrii corona donaret.

Hoc ipſum D. Thom. Aquinas perfugium habuit adoleſcens, ab impudẽtiſſima illa fœmina tentatus, cum cœleſte illud, Virginitatis cingulum quod infra narrabimus reportauit.

Eiuſdem auxilii præſentiam, præclarè expertus eſt Reginaldus, vnus inter primos S. Dominici ſectatores. *Hic*

cum

cum oratione S. Dominici animum adieciſſet ad ſtatum religioſum, priuſquam eo reciperetur, in grauem morbum incidit. Orat pro illius ſalute Pater Sanctus, Beatiſſimam Dei Matrem: atque ecce, videt ad ipſum, vt iacebat, ingredientem reginam cæli, comitatam vtrinque hinc Cæcilia, inde Catharina Virginibus. Ingreſſa cum manu tetigiſſet infirmum; repentè non modo liberatus eſt febri, ſed tanta quoque Caſtitatis auctus eſt gratia, vt ab illo momento deinceps ad finem vitæ, nullum ſenſerit concupiſcentiæ motum.

Quibus autē rebus contineatur cultus B. Virg. diximus ſupra. Iis ergo & cum primis obſeruatione exacta regularum Sodalitatis, & non oratione ſola tentationis tempore fuſa, colat ſtudioſè B. Virg. parthenicus adoleſcens, cūque tentatio aliqua eum inuaſerit, tum maximè cum ſpe certa auxilii ad dulciſſimam matrem oratione recurrat, *Reſpice ſtellam voca Mariam.*

Tertium Caſtitatis adiumentum eſt, frequens vſus Sacramentorum, præſertim Euchariſtiæ. Reperti ſunt, hodieque reperiuntur homines, qui contracto vitii habitu, ſui ipſorum emendationem planè deſperauerint. Hi cum ſemel

ſemel diligenti confeſſione omnia totius vitæ crimina expiaſſent, deinde in vtriuſque ſacramenti vſu frequentes eſſe cæpiſſent; incredibile dictum eſt, quanta cum ſui admiratione & gaudio ſenſerint, ita ſe mutatos, vt iam ſibi, non eſſe qui fuerant, viderentur Hęc verè eſt *mutatio dextra excelſi.* Imperat Deus per gratiam ſuam mari perturbationum; & tranquillatur.

Quanquam autem tam admirandã rem vel ſola, quæ in confeſſione confertur, gratia poſſit efficere, magis tamẽ propriè effectus hic tribuitur SS. Euchariſtiæ: quod in hac reipſa præſens Chriſtus, redemptor noſter, tum humana, tum diuina natura, qua poteſt omnia, per ſe ipſe, ſine alio inſtrumento nouam hanc mutationem efficiat, voluntatem confirmet in bono, & hominem ſibi coniungat. Sancti Patres, de Chriſti ingreſſu ad nos per Euchariſtiam loquentes, affirmant, eum non modò per gratiam, & dona ſuæ præſentiæ in animam ingredi, ſed cum ipſo quodammodo corpore miſceri: quod alia ratione accipi non poteſt quam quod proprium huius ſacramẽti ſit frangere & debilitare vires cupiditatum, quarum in carne eſt radix; idq;

ita, vt non modò rationem non ſuperent, ſed ſponte ei pareant, cum repugnandi potentia in dies, huius ſacramẽti
Lib. 4. in Ioa. c. 17. vſu minuatur. *Sed enim*, inquit Cyrillus *cum in nobis maneat Chriſtus, ſæuitatẽ membrorum noſtrorum ligat, pietatem*
Serm. 4. in cœna Dom. *corroborat: perturbationes animi extinguit*. S. Bernar. ait duas res hoc ſacramẽtum in nobis efficere, alteram quod *ſenſum minuat in minimis*: alteram, quod *in grauioribus peccatis tollat omnino conſenſum.*

Atque, vt alia mittamus, hoc planè eſt *pulchrum illud & bonum* Eccleſiæ,
Zach. 9. *quod*, vt eſt apud Zachariam, *Virgines germinat. Quid enim bonum eius eſt? quid pulchrum eius? niſi frumentum electum & vinum germinans Virgines?* Fructus enim, quem præſentia Chriſti nobis adfert in Euchariſtia, puriſſima puritas & ſanctitas eſt. Itaque eo tempore, cum frequentiſſima eſſet huius Sacramenti perceptio, initiis (inquã) naſcentis Eccleſiæ, dum ab imperatoribus Chriſtiani multa paterentur, maximè floruit Virginitas, & continentia, quin & illud ex hiſtoria liquet, quò quiſque caſtior, eò in huius ſacramenti vſu fuiſſe frequentiorem.

Teſtatur id Baſilius, *cum cultores vitæ ſolita-*

Digitized by Google

ſolitariæ per Aegyptum & Palaſtinã ſolitos eſſe ſcribit, cum in loca deſerta deſcenderent, ferre ſecũ cæleſte hoc animi pabulum: quod & diu in cellulis ſuis conſeruarent, & ſuo tẽpore cũ veneratione ſumerent: Alibi cũ Chriſtianos Ethnicorum premeret furor conceſſum fuit virginibus, vt ad ipſum carcerem ſecum cœleſtes deferrent dapes, quibus inibi confirmarentur. Licet hoc apud Metaphraſtem legere in vita Domnes & Indæ S. *Ambroſius Satyrum fratrem ſuum ſcribit inſignem caſtitatis amatorem, cum nauim conſcenderet, ſacra myſteria inuoluta habuiſſe in ſtrophio: quod imminente naufragio de collo depoſuerit.* In vniuerſum videre licet miram quandã Virginitatis & huius ſacramenti ſemper fuiſſe coniunctionem. Reperta eſt Virgo, quæ denos non ſemel dies, poſt cœleſtis ſibi ſumptionem terreno cibo caruerit. Hoc igitur ſit adoleſcenti certiſſimum præſidium; vel ad confirmãdum, ſi conſiſtit; vel, poſt lapſum, ad exſurgendum.

Quoniam autem nec ſemper poteſt, nec in ſingulas horas debet ſanctum hunc cibum ſumere, plurimum iuuerit tum ardens, & ſæpè renouandum illius deſiderium; tum frequens ſacramenta-

 lis

lis peccatorum confeſſio;idque non vna ratione. Primum enim commune eſt illi cum aliis ſacramentis, vt acceſſione gratiæ acceſſionem faciat roboris ſpiritualis. Deinde ſpiritualis pater, qui tanquam peritus medicus naturã mali habet exploratam, remedia adhibet ſalutaria, dum accurata exhortatione adoleſcentis animum ad boni deſiderium, ipſo tempore velut obdormiſcentem, excitat. Quod ſi totum hoc nihil ſit, vel ſola illa cordis ſui & tentationum apertio, magnum Diabolo cõtemptum adfert, vt qui ſæpè huius flãmæ excitator, nihil tam timet, quàm ne turpes ſuæ & occultæ ſuggeſtiones aperiantur. Eſt enim teterrimus nequã, ſæpè in hoc genere non ſordidior, quã timidior, vt illum formicam propterea S. Gregor. appellet. Timens enim ne ſi inter confitentem & eum qui excipit confeſſiones, de ſuis inſidiis conſilia agitentur, ea ſibi retia texat, quibus ipſe poſtea inuoluatur, vbi ſentit enunciari occultas ſuas inſpirationes, ſæpè ab incepto deſiſtit, neque porrò pergit moleſtus eſſe eiuſmodi tentationibus.

Ne illud quidem exiguum eſt lucrũ; quod qui in cõfeſſione ſeipſum totum aperit, ſimul & animi ſubmiſſionem

exer-

exercet, & deſiderium progrediendi in virtute teſtatur. Accedit huc auxilium ex precibus aliiſque piis operibus, quæ in eiuſmodi periculis adhibere ſolent ad honorem Dei, & filiorum ſalutem, Patres verè ſpirituales.

PARS QVINTA.

QVARTVM REMEDIVM, Mortificatio: vbi de exercitÿs diſciplina & humiliationum.

QVartum adiumentum caſtitatis eſt Mortificatio, tum exterior, vt vocant, tum interior, præſertim honoris; vtraque ad alia multa bona ſpiritualia vtiliſſima etiam eſt, vtraque magni meriti; de vtraque pauca dicamus.

De prima, *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo*, in ſeipſo prædicat caſtiſſimus & ſanctiſſ. Apoſtolus Chriſti Paulus. Quæcunque corporis afflictio, mortificatio externa dicitur, & quæcunque corpus affligunt, vexant, & ſpiritui ſubiiciunt, qualiacunque tandem ſint, inſtrumenta ſunt mortificationis externæ. Tres tamen mortificationes externæ potiſſimum ſunt in vſu, diſci-

linteaminibus, ut quietem ſibi duriorem efficeret. Et ſi quando cilicio indutus non eſſet; vice cilicij, ad nudam carnem ferebat praacutas calcarium ſtellulas, quæ delicatæ illi carni impreſſæ, immenſum cruciatum afferebant. Hæc ille de B Ludouico Gonzaga, vix tredecim annorum adoleſcente; cum adhuc paterna in domo degeret, ante eius in Societatem IESV ingreſſum.

Lib.1.c.9. *De eodem idem auctor alibi: Cum Ludouicus à Marchione parente ſuo grauiter obiurgatus eſſet, ob propoſitum deſerẽdi mundi, & complectendæ religionis, ille, in cubiculum ſe abdens, precibus ad Deũ pro conſtantia obtinenda fuſis, veſtibus abiectis flagris ſe diu, multumq; concidit. Cumq; pater, metuens ne increpatione illa Ludouicus turbatus fuiſſet, mitteret viſum, quid ageret; ille, qui miſſus fuerat, inſertis in cubiculum per oſtij clauſi rimulam oculis, aſpicit Ludouicum coram Crucifixi imagine vbertim lacrymis genas rigantem, & diſciplina verberibus acriter ſeſe afficientem. Quo ſpectaculo ita commotus fuit, ut ad Marchionem obortis lacrymis reuerteretur, diceretq; ſi vidiſſes, quid rerum agat Ludouicus, nõ obſtares, quo minus religioſæ vitæ ineũdæ propoſitũ quantocyus exequeretur. Poſtero die,*

Digitized by Google

ro die, huiuſmodi ſpectaculi ipſemet Marchio per illam ipſam rimulam ſpectator fuit; qui poſtmodum cum Marchioniſſa conclaue Ludouici ingreſſus, ſanguine ex diſciplinis fuſo pauimentum conſperſum vidit: quo intuitu, ita inflexus eſt, vt filiũ abſque mora manu mittere, & ad Crucis vexillum dimittere conſtituerit.

Refert idem auctor, eundem beatum iuuenem ex patria Romam ad Societatis Ieſu nouitiatum euntem, quotidiè ſub veſperam corpus ſuum longa diuerberatione caſtigaſſe. Lib. 1. c. 13.

Hanc corporis caſtigationem, tum maximè adoleſcens debet adhibere, cũ ſtimulus carnis incipit, vt medicina ex aduerſo cum malo pugnet, dolor ſenſus cum delectatione. Ita frequens eſt inter Sodales B. Virg. toto terrarũ orbe diffuſos (ex deuotione tamen omninò libera cuiuſque Sodalis ſic ſe exercentis, nihil enim in hoc genere præſcribunt Sodalitatis regulæ) hæc corporis caſtigandi ratio, vt in annuis litteris Patrum Societatis IESV, nihil in ſingulis prouinciis & collegiis, vbi de pietate Sodalium Parthenicorum incidit ſermo, frequentius notetur vehementi hoc in Sodalibus pœnitentiæ ardore, diſciplinæque exercitio; quod paſſim

Sodalitates vſurpant in ſacello Congregationis conuenientibus, qui voluerint, Sodalibus, aliquando etiam, (raro tamen, vt in ſanctiore paſſionis Chriſti hebdomada, nec vbiq;) publicè coram populo.

Poſt diſciplinam, quam diximus, cilicium ſequitur; idem efficiens, ſed tempore longiore. Flagella enim exultantem carnem, tanquam frænum aſperum, ſubitò retractum, ipſo dolore cogit reſiſtere: cilicium continuò premit, carnem macerans, & ſub rationis imperio ſeruans; velut calcaria, quæ perpetuò lateribus admota non patiũtur equum inſolentem à via diſcedere. Sic igitur, quanquam laborioſè, cogitur animus ad perfectam ſui victoriam progredi.

Tertio loco poſt flagella & cilicia ponimus ieiunia: De quibus iucundum illud religioſi viri iudicium. Petebat ab hoc, adoleſcens quiſpiam ſecularis cilicium; ille verò dextram labris admouens; *Verè:* inquit, *fili mi, optimum cilicium eſt bonam habere curam, quid per hoc oſtium ingrediatur.* Sane enim non multùm profuerit ad domiturã equi, reprimere aliquando freno, aut ſtimulare calcaribus, ſi interim benè paſtum, ſucci.

ſucci plenum, & ſemper ſaturum habeamus. Aliæ caſtigationes externæ concupiſcentiæ flammas ad breue tempus reprimūt, quaſi frigida ſuffuſa; ieiunium, quaſi ſubductis lignis, in perpetuum exſtinguit, Ad ſummam, ieiunia nimios & noxios corporis humores ita exſuguiit, vt vires illi omnes aduerſus ſpiritum repugnandi ſubſtrahant. Recte igitur Ambroſius: *Frænum eſt quoddam luxuriantis animæ, corpus exhauſtum.*

Sed, quod S. Hieron: in hoc genere egregiè verſatus admonet, non videor hoc loco debere præterire verba ipſius, quo magis ſententia imprimatur animo, iuuat adſcribere: *Si quid itaque in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur, hoc primùm moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno, hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum, non ſic auaritia, quatit, inſtat ſuperbia, delectat ambitio, facilè alijs caremus vitiis, hic hoſtis nobis incluſus eſt: quocunque pergimus, nobiſcum portamus inimicum. Vinum & adoleſcentia, duplex eſt incendium voluptatis, quid oleum flammæ adijcimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus!* Epiſt. ad Iuſt.

Quod ſi non omnino à menſa adoleſcentium remoueri poteſt vinum : ſit ſaltem, quod D. Paulus monet, modicum ; ſit benè dilutum, extra tempus quidem prandii, & cœnæ nullus ipſius ſit vſus.

Mortificatio etiam interior, hoc eſt afflictio non tam corporis quàm animæ, præſertim actus aliquis humiliationis coram aliis, vt oſculari terram, pedes, &c. ad imitationem humilitatis Chriſti, magni meriti eſt & momenti, tum ad humiliatis virtutem acquirendam, tum ad puritatem. Motibus enim intemperantiæ caro in homine rebellat contra rationem, in pœnam ſuperbiæ ſcilicet, quia ratio per humilitatem Deo hominibuſque non eſt ſatis ſubiecta, ſanè ſi Adam imperio Dei non ſe ſubtraxiſſet, rebellionem iſtam homo non ſentiret.

PARS SEXTA.

QVINTVM REMEDIVM, *Conſideratio beneuolentiæ ſingularis Dei erga caſtos.*

QVæ tradidimus hucuſq; remedia, ex ſeipſis vim contra luxuriam habēt, etſi

etſi de intēperantia non cogitemus, & vſurpari debent præſertim antequam tentationibus impetamur: quæ ſequūtur conſiſtunt in meditatione ſeu conſideratione motiuorum aliquot ſeu rationum, quę auertendi animos noſtros ab impuritate, conuertendi ad puritatem, vim habent maximam, & vſurpari debent, tum tempore, quo nulla turbamur tentatione, tum & præcipuè in ipſo tentationis feruore.

Quintum igitur Caſtitatis adiumētum ſit Meditatio ſeu conſideratio ſingularis beneuolentiæ familiaritatisq́; qua Deus Caſtitatis amatores proſequitur & dignatur, qua quid optabilius? *Qui diligit cordis mundiciem* (inquit Salomon) *habebit amicum Regē*; Prou. 22. & alibi; *Incorruptio facit eſſe proximum Deo.* Sanctus Ioannes Euangeliſta ex omnibus maximè carus fuit Chriſto. Amoris cauſſam hanc reddunt SS. Patres, quod fuerit, & ad extremam vſq; ſenectutem caſtiſſimus perſeuerauerit. *Præ cæteris diſcipulis*, ait diuus Hieronymus, *diligebat Ieſus familiarius vnū, nempe Ioannem: At hunc ſpecialis prærogatiua caſtitatis, ampliore dilectione fecerat dignum.*

Multa & mira ſunt, quæ à Chriſto

cęleſti ſponſo, conceſſa legimus, multis hominibus, quos præ cæteris amabat: ſed ea quę Virginibus, & continentibus conceſſit, omnem prorſus admirationem vincunt. Etſi enim hoc proprium ſit filio Dei, vt, quemadmodū ipſe loquitur, *Deliciæ* eius ſint *eſſe cum filiis hominum*: eo tamen modo cum hominibus caſtis reperitur egiſſe, vt planiſſimum ſit, delicatiſſimas ipſius delicias eſſe cum his agere, hos amare, hos defendere, hos habere vt pupillam oculi ſui.

Prouer. 8.

Omitto, quæ de hac re in ſacris literis variè reperiuntur; imprimis in Canticis Salomonis, & Pſalmis Dauidicis: ne illa quidem recenſebo, quæ miris modis præſtitit in Eccleſia naſcente, nō tantū Apoſtolis ſuis; magnis omnino Caſtitatis amatoribus: ſed multis etiā qui illorum veſtigiis ſollicitè inſtiterūt. Taceo quanta caſtiſſimis ſuis ſeruis Deus præſtiterit, Benedicto, Dominico, Franciſco, & aliis plurimis; quibus vſque eò delectatus eſt Dominus vt, cū his ſecreta ſua communicaret, horum præclariſſimos conatus adiuuaret: hos denique haberet non ſeruorū loco: ſed amicorum, ſociorum, & diuinæ ſuæ gloriæ adiutorum.

His

His omnibus miſſis, quis ſatis explicet, qualem Chriſtus, iam in cœlo triumphans cum S. Catharina Seneuſi, ipſi in hac vita ſeruienti, habuerit familiaritatem? *Non ſatis illi erat, quòd eam elegiſſet, antequã naſceretur; quòd à prima infantia ſibi arctiſſimo hærẽtẽ amore duxiſſet à pueritia, deinceps per inuſitatas & forſan inimitabiles pœnitentiæ vias: quòd ſibi illam votis & habitu religionis conſecraſſet: inſuper etiam dignatus eſt, eam ſibi ſolemni ritu deſponſare: atq; adeò illi deſponſionis argumentum, præſente B. Virg Matre, aliiſque Sanctis compluribus, annulum qui oculis cerni poſſet, tradere: cum illa familiariſſimè viuere: illam ſapientia cæleſti & prorſus admirabili collustrare, inflãmare zelo admirabili ſalutis animarum, donare tãta in loquendo gratia, vt innumeras animas, atq; inter has illuſtrium hominum traheret ad Chriſtum: cum nullum ipſa laborem, nullum periculum ſponſi cauſa ſuſcipere recuſaret. Poſt, quaſi parum eſſent hæc omnia, voluit ſponſus cæleſtis, animam in nouam quandam ſpeciem formare; eò igitur deſcendit, vt cor ſuum cum ipſa commutaret, vt ſponſam amplecteretur, admoueret ſanctiſſimo pectori, & vulnere lateris potaret, ſtigma-*

ta

ta ſua manibus pedibuſq; illius imprimeret; deniq; tam ſublimem illam tolleret, vt mens aliquandiu libera corpore; viſione beatiſſima diuinitatis, facie ad faciem frueretur. Hæc Chriſtus cum pura Virgine.

Placet & ſingularis familiaritatis prærogatiuam, qua Chriſtus 18. annos natum adoleſcentem caſtiſſimum Iulianum Antiochenum dignatus eſt, aſcribere. *Is enim cum anno ætatis duodeuiceſimo, vouiſſet perpetuam caſtitatem; ſumma parentum importunitate, qui per hunc vnicum filium, magnoperè ſuum genus propagare optabant, compulſus eſt, cum Baſiliſſa virgine contrahere ſponſalia: neq; id tamen vt faceret, ante potuit adduci, quàm diuinitus cognouiſſet, neq; ſe hoc cõiugio quicquam de caſtitate perpetua amiſſurum; & adſciturum etiam ad ſocietatem virginitatis, eam qua deſponſabatur. Itaq; euenit. Cum enim adoleſcens cum virgine incluſus cubiculo, precibus Deum veneraretur; tanta repẽte odoris ſuauitas compleuit locũ; vt Baſiliſſa, obſtupeſcens rei nouitate, quæreret, quid eſſet, quòd hiberno anni tempore, vernũ planè liliorum, & roſarum odorẽ ſuauiſſimum ſentiret? Ibi tum arrepta occaſione Iulianus, non temporis hunc; ſed*

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti odorem eſſe; qui & miro caſtitatis arderet amore, & homines qui purè vixiſſent, ſempiternis præmijs remuneraretur: itaq; ſe illi magnoperè auctorẽ eſſe, vt ſecum vnà ſtatueret, virginitatem ad mortem vſq; illæſam ſeruare. Placuit conſiliũ virgini: & vterq; gaudentes, ad preces laudeſq; diuinas humi ſe fundunt. Ecce autem, orantibus illis primum tota domus à fundamentis concutitur, deinde mirandum ſpectaculum; Duplici choro hinc Chriſtus, medius inter infinitum quendam candidatorum exercitum; inde B. Virgo, cincta innumeris virginibus in cubiculum ingrediuntur; Cum vtrinq; ſuauiſſimis vocibus, carmina, quibus illorum admirantium animos mirè confirmarent & oblectarent, concinuiſſent; acceſſere angeli duo, byſſo, vt apparebat, & auro exornati, quibus ſingulis in manu eſſent coronæ ſingulæ. Ab his erecti à terra, iuſſi ſunt legere ex argẽteo libro, aureis exarato litteris has atq; alias infiniti cuiuſdam gaudii ſententias. Quiſquis mei deſiderio mundum contempſerit, is annumerabitur, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

PARS

PARS SEPTIMA.

SEXTVM REMEDIVM, COgnitis dignitatis, caſtimoniæ, & fœditatis luxuriæ.

ALiud adiumentum eſt Caſtitatis, dignitatem & luxuriæ fœditatem dignoſcere, dignitate trahimur omnes, fœditate reuocamur, Caſtitatis dignitas maxima.

1. Caſtitas homines reddit cœleſtibus illis ſpiritibus dignitate pares imo ſuperiores; *Qui continentiam ſeruant* (inquit B. Baſil.) *Angeli ſunt, qui viuentes in carne corruptibili mortalium vitam illuſtrando tuentur. Sunt autem Angeli non ex infimo quouis ordine, ſed certè illuſtriſſimo ac nobiliſſimo. Illi enim carneis nexibus liberi integritatem ſuam in cœlis ſeruant, & loco & natura inuiolabiles, & apud ſummum Regem omnium Deum conſtituti. At verò iſti in terra carnis illecebris, & voluptatibus diu reluctantes, ac diaboli tentamenta, perpetua exercitatione vincentes, incorruptionem Angelicæ puritati parem, virtute præcipua ante creatoris oculos cuſtodierunt.* Verum Sanctus Ber-

Bernardus etiam maius aliquid audet. *Quid caſtitate, ait, decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter ſe homo pudicus, & Angelus; ſed felicitate, non virtute: Sed & ſi illius caſtitas felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur.*

Quia verò hæc ſanctæ continentiæ virtus, quæ tantum decoris adfert animæ, virtus eſt voluntatis, quam ita rationi ſubiicit, vt facilè reprimat & contemnat inferioris appetitus inſolentiã; idcirco D. Chryſoſt. auſus fuit pronunciare, in noſtra manu eſſe, vt Angeli euadamus. Neque id dicit tantum; ſed modũ etiam indicat. *Si virtus*, inquit, *Angelos facit, vtique Angelos poſſumus facere; etſi non de natura: certè propoſito & electione.* Certè quidem, vt idem ratiocinari pergit, abſque certa animi ad virtutem inductione, ne Angelum quidem per naturam eſſe quicquã profuerit: vel Lucifero, olim Angelo, teſte. At contrà cùm hac animi inductione nihil obeſt, naturâ non eſſe Angelum: Helia teſte, *qui naturâ homo, dignitate Angelus fuit. Neque hunc corpus humanum prohibuit, quo minus habitatum* Hom. 32. in Act.

tum

tum iret in cœlum; neq; ille ſedem in cœlo tenere potuit, quamuis ſecretus à corpore. Neminem ergo ſuæ voluntatis & propoſiti capiat pœnitentia. Diabolus ex Angelo factus eſt leo, qui circuẽs quærat quem deuoret; nos ex hominibus fieri poſſumus Angeli. Vt qui gemmã pretioſam inuenit, ſi ignorat, contemnit, & abiicit; ſi nouit, ingens refert lucrum: ſic nos, ſi naturam noſtram nouimus, & intelligemus nos infiniti lucri occaſionem ex ea capere poſſe, ſi rectè atque ordine eam tractemus. *Ex hac*, concludit Chryſoſt. *regium ſit indumentum; ex hac domus ſit regia, ex hac membra omnia regia. Ne abutamur in damnum noſtrum natura noſtra, paulumper ab Angelis minores nos fecit. Morte inquam; ſed hanc breuiſſimam accepimus. Nihil igitur prohibet nos Angelos fieri, ſtatim vt voluerimus. Velimus igitur, velimus.*

Quis enim non multo malit Angelus, quam diabolus aut certe bellua fieri! Quis non optet in iis numerari, quos S. Cyprianus, *flores Eccleſiæ & pulcriorem partem gregis Chriſti appellat?* Amemus & amplectamur tantam Caſtitatis præſtantiam, non vſque eo nos ipſi deſpiciamus, vt cum poſſimus

Sermo. de Virg.

hac

hac pulcherrima gemma, hac veſte ſplendididiſſima puritatis ornari; vel per ſocordiam, occaſionem hanc amittamus; vel, quod multo ſit inſanius, corã Deo & Angelis homines nullius animi: imò etiam fortaſſe ſordidi, atque intemperantiæ cæno aſperſi velimus apparere.

2. Inter omnia Chriſtianæ virtutis opera communi omnium ſententia, primę laudis & dignitatis martyrio deferuntur, at Caſtitas par illi eſt, quia martyrii genus eſt.

Nobiliſſimæ Virginis Romanæ ſpectaculum deſcribit Sanctus Hieronymus. *Virgini nomen erat Demetrias. Videbat hac conſtitutum eſſe à parentibus, ipſam in matrimonium locare; cum miro caſtitatis amore flagraret. Hærebat igitur, quid ageret: donec tandem decreuit animum ſuum conſtanter aperire parentibus, imitari ſe putabat tot virginum virtute, quæ fortiſſimè pertuliſſent martyrium, ut ſi effuſo ſanguine non poſſet, hoc certè audacia (ut ita dicam) genere illas imitaretur. Quid agis Demetrias (dicebat ſibi ipſa) cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus eſt, & audacia, quæ ſic in pace metuis: quid faceres in martyrio perpetiendo? quia tuo-* Ad Demet.

rum

Sanctus Ambroſius, cum S. Agnetis Martyris excellentem præſtantiam deſcripſiſſet, ita concludit. *Habetis igitur in vna hoſtia duplex martyrium pudoris & religionis; & virgo permãſit, & martyrium obtinuit.* Idem S. Gregorius Magnus, aliiq; Doctores grauiſſ. cõfirmãt. Lib. 2. de vir.

Præſtantiſſimum opus eſt ſacrificium, at Caſtitas à ſanctis vocatur ſacrificium & holocauſtum. Luxuriæ contrà turpitudo, inſania, ignominia quãta eſt? tanta vt propterea quaſi proprio nomine turpitudo, inhoneſtas, confuſio nuncupetur. Hæc homines reddit non ſimiles Angelis vt Caſtitas, ſed, vt loquitur ſcriptura ſacra, *equis & mulis quibus non eſt intellectus*, imò verò immundis etiam ſuibus. Scilicet hoc vitium ita oritur ex ſenſibus, id eſt, inferiore hominis parte, vt brutum ac beſtiis propriũ appellari poſſit; vnde libido ſic immutat hominem, vt neque ſit homo, qui belluarum opus exerceat, neque prorſus beſtia, qui rationem tametſi ea malè vtatur, non amittat. Quare & S. Auguſt. Tragelaphum, quem inter monſtra numerant aliqui Philoſophorum, libidinoſum hominem interpretatur, quod præſtantiam & pulchritudinem cerui ratione

ratione repræſentet: reliqua parte propter deformitatem, & quandam velut graueolentiam, hirco ſit comparādus. Clemens verò Alexandrinus, in eundē hominem poetici Centauri figmentū conuenire ait, qui ſurſum hominis, deorſum equi referat formam; Impuritatem eandem aptiſſimè ſacræ litteræ ſtercus appellant, caſtitas ſacrificium eſt; ſuauem ipſi Deo ſpirans odorem. Libido fœtida vt ſtercus, *Si benè ac rectè iudicas*, (inquit vere Cæſarius) *incomparabiliter grauiorem putorem reddunt cogitationes luxurioſæ, quā cloacæ.* Fœtorem quem anima libidinis immunda ſtercore exhalat; ſenſit olim S. Catharina Senenſis, de qua vir ſanctus Reimundus Capuanus, quo illa & cōfeſſionis exceptore & vitæ ſocio vtebatur, ſcribit in hanc ſententiam.

Lib. 4. ſtrom.

Hom. 5.

Fiebat aliquando, vt ſimul ambularemus locis vtrique noſtrum incognitis: Ibi, cum homines aliqui ſplendidiſſimè veſtiti, ſaltem etiam honore & potentia præditi, nos conuenirent; virgo hæc nullo modo poterat illis; nec verbum reſpondere, nec homines ſaltem aſpicere. Quod ſi inſtarem vehementius: tum illa quaſi voce indignabunda: Prius, inquit, *cōueniebat è flagitiis nos & laqueis Diaboli*

boli exires atque, ad vitæ emendationem accedere: tùm de rebus diuinis loqui. Nempè, quod homines iſti (vt poſt intellectum eſt) cooperti eſſent veteribus iam & infamibus flagitiis.

Accidit alias, vt Virgini ſanctæ in ſermonem veniret mulier, habitu externaq́; ſpecie honeſtiſſima. Huic illa non modò in os intueri non potuit, ſed neque fœminæ aduerſa conſiſtere, vſque eò vt cùm omninò non ferret, tergum illi planè obuertere cogeretur. Cum deinde ſecrete, rogaretur cauſam. *Tantum*, inquit, *ego fœtorem ex illa anima efflantem ſenſi*, (erat verò illa anima concubinæ) *vt cuiuis alteri hac graueolentia, ex imo ſtomacho, vomitu omnia commouere potuerit.*

Narratur & de S. Euthymio Abbate; *cùm aliquando propè hominem tranſiret, qui tùm primum aſſenſum animi nonnihil à turpi ſuggeſtione paſſus eſſet inflecti; tantum ſenſiſſe ex illo exhalare fœtorem; vt intelligeret, illo tacitæ cogitationis lapſu miſerum corpus Diaboli factam eſſe habitationem,* Sur. tō. 1.

Pachomius Abbas de ſeipſo refert, vt apud Palladium eſt: immundum hunc ſpiritum, ſpecie Æthiopiſſæ aliquando acceſſiſſe ad ſe tentandum. Quod cum cap. 29.

animaduerteret, inſignem ſe illi, vt procul abigeret, duxiſſe colaphum: ex eo deinde contactu intolerabilem in dextra hæſiſſe fœtorem, quem duobus ipſis annis vix eluerit.

Et nos non refugiemus, quantum poteſt, tam infamem turpitudinem: tam turpem infamiam; grauem, atque abominandum fœtorem? qui ſua teetritate, & locum vnde exhalat, infernum; & os, per quod exſpirat, Diaboli, facilè indicat.

PARS OCTAVA.

REMEDIVM SEPTIMVM,

Conſideratio exemplorum caſtitatis præſertim in adoleſcentibus.

SEptimò ponere ſibi ante oculos exempla tum Chriſtì Domini, qui virgo matrem ſuam vìrginem eſſe voluit, tum B. Virginis, quæ etiam vouit Virginitatem, & quantoperè his exoſa ſit luxuriæ immunditia, dicat Sodalis cum tentatur, *filius ſum Virginis quæ immundos ſummè auerſatur, non Veneris*, cogites B. Virg è cœlo inſpicere ſeu videre (vt verè videt, (ſi non corporis ſaltem animæ oculis) quid ſit acturus, pudeat té inſpectante matre caſtiſſima turpe qnid

quid operari. Iuuat etiam ponere ſibi ob oculos exempla alia Caſtitatis præſertim in adoleſcẽtib. mirè enim exẽpla ad imitationem prouocant, aliquot ex innumeris quæ poſſent adferri, in hoc genere aptiora ſeligam. Primum ſit D. Thomæ Aquinatis adhuc adoleſcentis. *Thomam nobiliſſimum genere Patre quidem Comite natũ, cum prima ætate ſe religioni conſecrare ſtatuiſſet; varijs & inauditis artibus parentes conati ſunt deducere de ſententia. Cum alia parum procederent, ad extremum, filio in carcerem incluſo fœminam impudicam ſubmittunt, quæ ad flagitium inuitaret adoleſcentem caſtiſſimum; hic cum primum tela venenata ad cor penetrare ſenſit, ad Christum & B. Virg. cõuerſus, Ne ſinas quæſo* (inquit) *Domine IESV, & tu ſanctiſſima mater & virgo Maria, vt tam immani me ſcelere obſtringam. His dictis rapit è foco titionem, eum minaciter fœminæ intentat, refugientem ad oſtium proſequitur, extrudit, occludit oſtium. Tum regreſſus ad cubiculi Angulum, eodem titione crucem in pariete delineat, ante quam ſupplex, humi ſtratus, profluentibus lachrymis petit à DEO, vt ſe perpetua Caſtitatis gratia dignaretur. Hac cùm maximè*

Surius tom. 2.

precaretur, ſomno oppreſſus, ſecundum quietem duos ad ſe Angelos adeuntes videt, qui allegatos ſe ad ipſum dicerent à DEO; auditas eſſe preces; ſignum futurum hoc cingulum: ſimul ſacro quodam cingulo ita lumbos adoleſcẽtis ſtringunt, vt ſentiens ille, cum clamore exiliret, & ſomno ſolueretur. Eſt ad hunc diem cingulum hoc Vercellis in Italia in monaſterio S. Dominici.

Hieron. in vita S. Pauli. *Egregium illud quod Diocletiani perſecutione adoleſcens in Ægypto fecit. Is cum ab hoſtibus ligatus non poſſet ab impudentia prouocantis ſe ad libidinem, liber euadere, præmorſam linguam in illius faciem repentè eiaculatus eſt, quo facinore obſtupuit prouocans, & ab impudentiâ deſtitit.*

In prato ſpir.c.60. *Virginem Alexandrinam fuiſſe* ſcribit Iohannes Moſchus, *quæ cùm ſuorum oculorum pulchritudine captum cuiuſdam adoleſcentis animum intelligeret; illos ipſos ferro ſibi eruit*; innumera ſunt ſimilia exempla in quibus ardor animi inde eminens imitandus eſt, factũ admirandum (nec enim ſine inſtinctu Dei peculiari, partem corporis licet ſibi præſcindere) quæ ſequuntur exempla & admiranda ſunt & pro modulo noſtro imitanda. De S. Benedicto etiam

Lib. 2. dia. ca. 2.

tùm

tũm adoleſcente hæc ſcribit S. Gregor. *Quadam igitur die, cum ſolus eſſet, tentator adfuit. Nam nigra paruaque auis circa eius faciẽ volitare cœpit, eiuſq; vultui importunè inſiſtere; ita, vt manu capi poſſit ab adoleſcente; niſi eam ipſe ſigno crucis abegiſſet. Tanta autem carnis tentatio aue recedente ſecuta eſt, quantam vir Sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam fœminam aliquandò viderat, quam malignus ſpiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne ſerui Dei animum in eius ſpecie accendit, vt dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deſerere eremum, voluptate victus, deliberaret. Tum ſubitò, diuina gratia reſpectus, ad ſeipſum reuerſus eſt; atque vrticarum et veprium iuxta denſa ſuccreſcere fruteta conſpiciens exutus indumento, nudum ſe in illis ſpicarum aculeis, & vrticarum incendijs proiecit: ibique diu volutus, toto ex eis corpore vulneratus exijt: & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis: quia voluptatem traxit in dolorem. Cumq; benè pœnaliter foris arderet: extinxit, quod intus illicitè ardebat. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendium. Ex quo videlicet tempore, ſicut poſt ipſe diſcipulis*

Digitized by Google

perhibebat, ita in eo eſt tentatio voluptatis edomita: ut tale aliquid in ſe minimè ſentiret.

Cap. 5. in vita

S. Bonauentura Cardinalis, de B. Franciſco ordinis Minorum Patre & Fundatore in hæc verba ſcribit. *Rigidus in diſciplina, ſupra cuſtodiam ſuam ſtabat, curam maximam gerens de vtriusque hominis puritate ſeruanda. Quapropter, circa conuerſionis ſuæ primordia, tempore hyemali, in foucam glacie plenam ſeipſum plerũque mergebat: vt domeſticum ſibi hoſtem perfectè ſubigeret & candidum veſtimentum pudoris à voluptatis incendio præſeruaret. Tolerabilius viro ſpirituali fore incomparabiliter aſſerebat, magnum ſuſtinere frigus in carne, quam ardorem carnalis libidinis, vel modicum, ſentire in mente. Cum autem apud eremum de Sarthiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hoſtis antiquus tertio, dicens: Franciſce, Franciſce, Franciſce, Cui cum quid quæreret reſpondiſſet, fallaciter ille ſubiungit. Nullus eſt in mundo peccator, cui ſi conuerſus fuerit, non indulgeat DEVS, ſed quicunque ſemetipſum pœnitentia dura necauerit, miſericordiam non inueniet in æternum Statim vir DEI per reuelationem cognouit*

gnouit hoſtis fallaciam, quomodo viſus fuerit eum ad tepida reuocare. Nam hoc ſequens indicauit euentus. Continuò enim poſt hoc, ad inflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipſum carnis tentatio apprehēdit. Quam vt præſenſit caſtitatis amator, depoſita veſte, corda cœpit ſe verberare fortiſſimè: Eia, inquiens, frater Aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum, Tunica religioni deſeruit, ſanctitatis ſignagnaculum præfert, furari eam libidinoſo non licet, quo vis pergere, perge. Inſuper & mirando feruore ſpiritus animatus, aperta cella foras exiuit in hortum & in magnam demergens niuem corpuſculum iam nudatum, ſeptem ex ea plenis manibus cœpit compingere maſſas: quas ſibi proponens, ſua ſic exteriori homini loquebatur, Ecce inquit, hæc maior tua vxor eſt, quatuor iſtæ, duo filij, & duæ filiæ, reliqua duæ, ſeruus & ancilla, quos ad ſeruiendum habere oportet. Feſtina igitur omnes induere quoniam frigore moriuntur. Si verò eorum multiplex ſolicitudo moleſtat, vni DEO ſolicitè, ſerui. Ilicò tentator victus abſceſſit, & vir Sanctus cum victoria in cellam rediјt. Quia dum benè pœnaliter arſit foris. Ardorem interius ſic extin- Iob. 4.

xit libidinis, vt deinceps tale aliquid minimè ſentiret.

Poſſent domeſtica adferri exempla petita ex annuis litteris Societatis Ieſu, in quibus de congregationis Virginis matris toto ferè orbe felici ſtatu certi habentur nuncii. Sunt ſcilicet in Congregatione Matris puriſſimæ, qui clamoribus & ſtrepitu (quod D. Bernardus adhuc ſecularis fecit, cum noctu ingreſſum quid ſentiens, quod pudicitiæ ſuæ inſidiabatur, *Latrones, Latrones*, exclamauit;) ſunt, qui conuitiis & contumeliis; ſunt, qui pugnis & calcibus; ſunt denique, qui telis & armis, depuleruut à ſe eos, qui caſtitati ipſorum tendebant inſidias.

Singulare eſt, quod de puero Sodali in litteris annuis Societatis Ieſu hoc anno Romà acceptis, ſcribitur. *Hic cùm ad luxuriam muneribus, verberibus*, catenis, continenti trium dierum inedia, denique metu mortis, admotis corpori (ni flagitio conſentiret) duobus pugionib⁹ ſollicitaretur; animo verè parthenico, caſtitatem vitæ ipſi præferens; malle ſe millies mori reſpondit, quàm ſcelere luxuriæ ſe inficere; in qua reſponſione conſtans ſemper permanſit.

PARIS

PARS NONA.

REMEDIVM OCTAVVM & optimum, præſertim dum feruet tentatio.

OCtauò, meditari frequenter ſeu attentè cogitare, præſertim verò in ipſo articulo quo feruet tentatio, non modò cogitare, ſed etiam, ac ſi præſentia forent & ſeſe ſpectanda obiicerent, repræſentare tùm intellectui, tum aliquo modo corpori, tùm ſenſibus, nouiſſima, præſertim & 1. Infernum. Spectare per imaginationem vaſta inferorum incendia; audire imaginariè vociferationes damnatorum inde erumpentes; imaginario olfactu fumum, ſulfur, & cloacæ cuiuſdam graueolentiam perſentire, & tangere quodammodo ignes illos.

2. Mortem; Imaginario viſu repræſentare ſe in lecto decumbentem, morbo oppreſſum, iam iam moriturum; ſepulchrum iam apertum ad excipiendum cadauer, vermes paratos qui cadauer rodant & abſumant.

3. Iudicium particulare; imaginario viſu repræſentando ſe ad tribunal Chriſti Iudicis adductum, accuſatum,

&c. Imaginatio auditu audiendo accuſationes dæmonum, ſententiam iudicis, &c.

4. Iudicium vniuerſale; nos videre homines reſurgentes, Angelos bonos & malos diſcurrentes; audire clamores hominum; accuſationes dæmonum, &c.

5. Gloriam cœleſtem; imaginando nos videre Chriſtum, B. Virg. Sanctos, pulchritudinem cœli, audire cantus Angelorum, &c. vide meditationes de nouiſſimis cap. vltimo.

6. Cogitare, quod ne forſan, iam iam te opprimet peccantem. Onan filius Iudæ, cum ſemen ſuum effunderet ſuper terram, ſeu impurè ſe pollueret (quod etiam nunc adoleſcentes improbi aliquando faciunt) Deo vltore ſubitò è vita ſublatus eſt.

Geneſ. 38.

Plurima ſunt alia ſimilia, tum antiqua, tùm recentia exempla: quid ſi tu nunc peccando ſic morereris? vnum & alterum recens ſubiiciam, cuius, in tentatione præſertim, memineris.

Bencius in annal. Societa. Ieſu. Delrius diſquiſit. magic. lib. 6. c. 2. ¶ 3.

In Auſtria anno 1591. (inquit Bencius & poſt ipſum Delrius) *quidam impuro tenebatur amore. Leuicula correptus febri, cùm iaceret noctu lecto affixus, ante ſe videre viſus rhedam flam-*

flammiferam, ſubiectumq́ equum flagrantem igne: tum rhedarius, informe monſtrum, tetrumque atque ipſo (vtar verbo ipſius) *malo dæmone truculentius, quo nil terribilius mortalium timori eſt, Quid ceſſas, inquit? quin conſcendis currum dignum promeritis tuis? horruit miſer ſubito pauore defixus: tandem recepto animo corripit gladium proximum lecto, vibratq́, vt ſubueniatur; interim magnâ voce domeſticos inclamans, trepidi accurrunt famuli, domuſq́ tota, ſopore diſcuſſo: quin etiam exciti vicini nonnulli, quærentes clamoris cauſam, dein prætexentes impoſitum fuiſſe auribus oculisq́ formidini allenandæ. Verùm cum fremeret adhuc eſſe in conſpectu, nec finiretur metus, inſinuaret ſe potius in pectora aliorum: intempeſta licet nocte venitur ad collegium: mittuntur duo, qui luſtrali aquà, crucis ſigno, & in cera conſecrata imagine agni timorem tantiſper leniunt, dum affirmaret æger dæmonem abſceſſiſſe in præſens minaci vultu, ſæuaq́ ira manifeſtum: detectis deinde peccatis, turpi perinde amore; quam triſti animũ terrore liberauit. Hæc Bencius, qui alibi, illud aliud nõ abſimile ſcribit. Iuuenis profligatus ac perditus, cum parentũ admonitu innouare ſe nollet ad honeſtatẽ vitæ, in*

Bencius in annal anni 1588. Bonif. lib 4. ca. 12.

nocturnis tenebris poſt ſtrepitum & fragorem ingentem, videre viſus Draconem horribili ſpecie: & ſtatim perterritus exclamat ad aſtantem; fer opem Draco diductis faucibus mihi interitum minatur: Mariam monitu aſtantis, cum inuocaſſet, diffugit tandem ſpectrum, audita vox, vt abiiceret ſarcinam peccatorum, adiret Societatis IESV patres, de tota vita conſilium daturos.

His vita ad pœnitentiam ſeruata, huic vindicta ſeueriore repentè erepta. *Oliſipone in Luſitania, Virginem quandam perditus perditè deperibat adoleſcẽs, captata occaſione in eius conclaue armatus irrumpit, ſolam fortè inuenit, amorẽ fatetur, orat, miſcet precibus dona, in omnem partem verſat puellæ animum.*

Bencius in annal. prouinciæ Luſit.

Quam vbi obſtinatam videt, ferrum è latere deripit, elatumq́; defert in pudicũ pectus, additq́; minaciter, hoc ego aut vitam tibi extorquebo, aut conſenſum. Mori mihi inquit illa, millies præſtat; ſimulq́; cum implorasſet opem caſtiſſimæ Virginis, ſexum audacia mutauit. Importunum latronem domo exigit ictum amoris furore, & pœna diuinitus inflicta, ferro. Per ſummos cruciatus ſe mori vociferantem, Non multos poſt dies ſanato vtcumque vulnere non autem

mor-

morbo, quam vehementer vlciſcatur DEVS expugnatores pudicitiæ malo coactus didicit ipſe, & ſuo alios docuit exemplo. Cum enim ad virginem iterum perrepſiſſet & aduerſus aſpernantem preces adieciſſet minas; eaque iterum propitiam ſibi DEI Matrem clariſſima voce inuocaſſet, Ecce tibi nouo memorabiliq; prodigio iuuenis, grauiſſimè vulneratus, oculiſq; caligine offuſis cubiculo pedem effert moxq; neceſſarijs ſacramentorum ſubſidijs deſtitutus repentina morte temeritatem luit. Cum feruet ergo tentatio, ſibi hæc reuocet in mentem adoleſcens, vereaturque ne ſi peccato ſe inquinet, morte ſubita ad tribunal horrendum Chriſti euocetur.

PARS DECIMA.

ALIA REMEDIA.

NOuum remedium eſt, ſæpè meditari, & dum feruet tentatio ponere ſibi ob oculos, quantum malum ſit peccatum mortale, & idcircò quanto ſtudio fugiendum, præſertim quatuor ob cauſas. 1. Quia DEO ſummè eſt exoſum. 2. Quia ex Diabolo eſt & Diabolo acceptiſſimum. 3. Quia tantam ma-

litiam continet quodlibet peccatum mortale, vt nullus homo(etiã ſanctiſſimus) nullus Angelus, (imò nec õnes ſimul Angeli) ſatis facere cõdigne poſſent omnibus ſuis meritis, pro vno etiã ſolo peccato mortali; ſolus filius DEI ſanguine ſuo prætioſo ſatis facere potuit: quàm ſtultum & iniquum pro breui delectatiuncula tam graue & grande debitum contrahere.

4. Quia maximis nos & bonis priuat, & malis ſubiicit; priuat gratia Dei, re toto mundo, pretioſiore; charitate & amicitia Dei; iure hæreditatis regni cœleſtis, &c. Inimicos nos Dei conſtituit; reos & ſententia lata mancipatos cruciatibus ignis æterni; mancipia dæmonum, &c. vide meditationes in cap. vlt. de peccatis.

10. In ipſo articulo quo feruet tentatio, ponere ob oculos Chriſtum præſentem, viuum, pro ſe cruci ſuffixum, pro ſe morientem. *Intuere* (inquit Hugo de S. Victore) *quomodo blaſphematur, colaphizatur, ſpoliatur, & flagellatur, clauis cruci affixus, ſputis deriſus ſpinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus ſanguis emanat, & inclinato capite emittit ſpiritum. Ita Redemptor tuus moritur pro te, & tu* Lib. 3. de ani. c. 23.

neſcis,

neſcis, cuiuſmodi ſordida cogitatione ſordidaris in mente? ſuffi- cere poteſt hac cogitatio ad excludendas omnes illicitas cogitationes. Hæc Hugo. Aſpectu ſolo imaginis crucifixi, multi miſerias turpium cogitationum, quibus vxabantur, euaſerunt.

11. Dei præſentiam ſibi ob oculos ponere; Audebis coram Deo, ipſo ſpectãte, committere, quod ſcis ſine grauiſſima ipſius iniuria & offenſione nõ poſſe committi? Coram Rege tale quidpiam non faceres; audebis animæ tuæ viribus, intellectu & voluntate vti ad repugnandum Deo, quas ipſe creauit?

12. Corpus noſtrum membrum eſt Chriſti; auderes luto fœdare Chriſti corpus, ſi ſe tibi viſendum viſibiliter ſiſteret: fœda peccati alluuione, turpiori ſane illud peccãdo inquinas. Toties in corpore tuo, tanquam in templo, tanquam in calice, ſeu pixide ſacra, Chriſti corpus in Euchariſtia excepiſti; iam fęcibus, templum hoc, vas hoc ſacrum deturpas? cum ignominia Chriſtum è templo eiicis, cui iam locum conceſſeras? cui tua, cui teipſum, cui omnia vel millies dare debeas?

PARS

PARS VLTIMA.

MODVS VTENDI PRÆdictis remedijs contra Intemperantiam.

NOn ſemper omnibus aſſignatis remediis vti cõtra luxuriam neceſſe eſt, ſed nunc his, nunc illis, nunc omnibus ſimul, prout cuique vtilius contra intemperantiam fuerit, vtendum: & vt diuerſa diuerſæ complexionis hominibus, eodem morbo laborantibus, præſcribitur medicina, ita alios alia contra luxuriæ febrim æſtuantẽ iuuant remedia. In vſu remediorũ horum modum hunc ſeruare debent omnes, citò vtantur, cum procul aduentantem inimicũ proſpiciunt, ſeu præuidẽt tentationem aliquam, eam quantũ poterunt, remediis deſcriptis impediant & præueniãt, ſi nõ potuerint impedire, cum primum flãmulam aut ſcintillam exiſtere ſentiunt, ſubitò meliori qua poterunt ratione obruant, extinguant. Hunc autem modum pugnæ ſeruare debent omnes, tùm quia ſi quis in hoc velut præludio ſtrenuè ſe gerat, tantò repentè ſuperior eſt hoſtibus, vt certam ſibi polliceri

poſſit

poſſit victoriam, tùm quia non ſolum grauiora impuritatis peccata cauere conuenit, ſed etiam minora, tum denique; quia qui per ſocordiam non repentè ſe intemperantiæ audenter opponit, ſed principio negligens aut hoſtē propiùs accedere, aut quod eſt grauius, ipſum animi limen ſubire permittit, in grauiorem lapſum facillimè corruit, & ita corruit, vt erigere ſe etiā cùm magnis laboribus vix poſſit, hoſtis enim hic (ſcilicet intemperantia) in ipſis carnis noſtræ medullis ſedem figit. dæmon fœdere cum carne noſtra inito nos oppugnat, eadem intemperantia faciliùs, citiuſque multo quàm alia vitia nos enecat; facillimè per cognationem cum carne admittitur; per vires quaſi iucūda quadam neceſſitate, voluntatem ad peccatum trahit; longè faciliùs vt docent Theologi, delectatione lethifera peccatur in luxuria quàm in aliis vitiis. *Diaboli primis titillationibus* (inquit S. Cyprian.) *obuiandum eſt, nec coluber foueri debet, donec in ſerpentem formetur.* Et S. Hieron. *Diabolus ſerpens lubricus eſt, cuius capiti, hoc eſt, primæ ſuggeſtioni, ſi non reſiſtatur, non eſt dubitandum, quin in penetrale cordis furtim illabatur.* Serm. de ieiu. in ca. 9. Eccl.

More

More ignis libido ſuccenditur (inquit S. Grego.) *& ſi negligenter extinguitur, adiacens ſtipula velociter inflammatur.* Peſtiferi ſunt primi intemperantiæ inſultus; quis non procul non à peſte tantùm, ſed à ſuſpecto etiam, de peſtis cõtagione loco fugiat? quis è ſinu, non abiicit quod peſte infectum eſſe nouit? Et tibi adoleſcens tantum erit vecordiæ, vt cum ſenſeris initia& velut ſcintillas turpium voluptatum in mentis ſecreta lapſarum; tamen non excutias, non timeas animæ mortem? Repetes hic exempla quæ ſupra attulimus, Benedicti & Bernardi adoleſcentum & D. Franciſci, quàm egregiè initiis tentationum reſtiterint.

In 1. Reg. cap. 15.

Non ita diu poſt obitum Sancti Franciſci, religioſi aliquot, quorum pleriq; cum illo vixerant, inter ſe habuere conſilium; in quo quiſque proferret, quid de huius vitii importunitare vincenda maximè ſentiret. Dicta ſunt à variis ſententia varia. Fuit, qui diceret, ſe cum impugnaretur obiicere ſibi deformitatem huius vitij, quod non modò abominaretur Deus; ſed ne homines quidem perditiſſimi, niſi occultantes ſe lucemq; fugitantes, admitterent Tum alius; Vt primùm, inquit tentationem hanc ſentio,

Digitized by Google

tio, prouoluor in genua, & cum lacrymis Virginis Matris auxilium imploro, neq; ego precandi finem ante facio, quàm hoſtis faciat impugnandi. Sequebatur vt tertius diceret Iuniperus. Ego inquit, cum procul aduentantem hunc inimicum proſpicio, portas animi bonis deſiderijs, ſanctiſq; cogitationibus occludo; & interius ſublata voce procul procul, exclamo, occupatus eſt diuerſorij locus. Erat tùm præſens ſanctiſſimus vir Ægidius, cariſſimus olim S. Franciſci diſcipulus: Is audito reſponſo Iuniperi, Ego, inquit, arma mihi Iuniperi aſſumo.

Hoc igitur modo obſiſtas intemperantiæ. 1. Citò obſiſtas. 2. Nõ ſolum illi titillãti te opponas; ſed ſtatis, & perpetuis, etiam à prima iuuentute, contra illam, etiam nondum ſæuientem, te munias remediis; frequentia Sacramentorum, meditatione, mortificatione, &c. Hinc non tempore tentationis ſolũ, ſed ſtatus, etiam à prima pueritia, voluntariæ diuerberationis ſui extat in Sodalitiis vſus. *Tripartita eſt Sodalitas* (inquit Bencius de Sodalibus Duacenſib⁹ in Belgio) *videas pueros non duodecimum egreſſos annum, magno impetu animi, ita præcurrentes ætatem in ſupplicijs corporis, & Sanctorum frequentatione* In annal. hiſt. collegii Duacen. Bonifa. lib. 2. c. 14.

one myſteriorum, vt relictum dicas iri grandiores, niſi ipſi iam ſpacia corripuiſſent. De Sodalibus Collegii Panormitani in Sicilia idem Bencius: *Domi ſua ab omnibus, dimidia hora matutina meditationi, quadrans verò veſpertina diurnarum actionum recognitioni datur. Sexta quaq; feria plerique in ſacello voluntarias de ſe pœnas verberibus ſumunt.* Idem de aliis Sodalitatibus ſæpè referunt annuæ litteræ Bencii. Probè ſcilicet boni Sodales norunt, non expectandos belluæ huius impetus, ſed præueniendos; præueniuntur ſtata mortificatione, ſtato etiam ſacramentorum vſu, meditatione, ſtatis aliis remediis.

In annal. in hiſt. collegii Panorm.

3. Etiam conſtanti opus eſt, forti, & audenti animo, vt eius impetus, etiam violentiores, elidas, etiam violento, ſi opus eſt, remedio. Hoc animo plures refert è Sodalitiis Bencius.

Benci. in annal.

Benci. in annalib. anni 1590.

Diſcipulus (inquit) *è congregatione collegij Monachienſis, neq; blanditijs, ſed neq; magicis artibus ad flagitium intemperantia pellici potuit. Diuionenſium Sodalium* (inquit idem) *quidam ſemel atq; iterum lupas ab ſe abegerunt lapidibus; vnam alij impudentiorem non ſatis habuerunt excuſſiſſe, magiſtratu coram accuſant, curantq; in carcerem detrudendã.*

Soda-

Sodalis Salernitanus ingerentem ſibi dæmonem libidinis faces, nec vllo abſiſtentem repulſu, tandem teterrimi odoris olfactu, guſtuque, fœdiſſimarum rerum abegit.

In annuis litteris hoc anno Romæ acceptis, in collegio Salernitano prouin. Neap.

Quidam cum libidinis ardorem, nec voluntaria diuerberatione, nec precibus ad Deum fuſis extinguere potuiſſet (fædum dictu; ſed tanta animi magnitudo nullius aurem erubeſcere poteſt) *hauſit è ſordidiſſimo loco, vorauitque teterrimam ventris facem, non ignarus quo ſe fuco pudicitia vellet oblini.* Multa ſimilia poſſem referre: addendum ſcilicet in hac pugna, & malis tam periculoſis, extrema, cum opus eſt, adhibenda remedia.

In annuis litteris collegii Catanzariens.

Quod ſi quis imprudens tentationi aditum præbuerit, imò, miſer, iam iam aſſenſione praua peccatum animo cõceptum gerat, ſaltem antequam ad rem ipſam perpetrandam deſcendat, aliqua vel omnia ſupradicta remedia ſibi in memoriam reuocet, infernum, iudicium, mortem iam iam forſan ſibi impendentem, DEI præſentiam, exempla Caſtitatis &c. ſibi ob oculos ponat: orationem DEO aut B. Virgini fundat, &c. facilè ab opere peccati complendo hac ratione retrahetur. *Sic*

olim

olim Gerardo adhuc adoleſcenti accidit, qui poſtea ſanctitate fuit illuſtris. Conſtituerat iam flagitium committere; priùs tamen, ad preces ſe recipiens, tanta luce diuinitùs perfuſus eſt, vt quo antea trahebatur ad malum, id illi poſt, putrida & ſanioſa caro videretur.

CAPVT XI.

REMEDIA CONTRA ALIA VITIA, PRAESERtim ea in quæ pronior eſt adoleſcentia.

PARS PRIMA.

REMEDIA CONTRA GVLAM.

LVxuriæ & Gulæ vitia, intemperantiæ peccata ſunt; diuerſa tamen ratione; ſcilicet, temperantia moderatur delectationes ſenſuum, tactus & guſtus; exceſſus in delectationibus tactus; luxuria eſt: in delectationibus guſtus; gula: quare remedia quæ attulimus cõtra luxuriam, applicari ferè eadem poſſunt contra gulam: non ita tamen peri-

Digitized by Google

periculoſum eſt hoc peccatum, nec tam facilè lethiferum.

Primum & principuum remedium eſt occaſiones omnes peccati gulæ vitare, potiſſimùm conſortium & conuerſationem cum perſonis deditis huic vitio; ſermones de rebus prouocantibus vitium gulæ, vt de conuiuiis lautioribus, &c nec audire ſæpè, nec miſcere; conuiuia nimis lauta fugere, &c. *Noli eſſe in conuiuijs potatorum*, (inquit Sapiens) *nec in commeſſationibus eorum.* Et poſtea. *Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venenū diffundet.* Difficillimū eſt in deliciis non excedere, & in multitudine ac nouitate ferculorum mediocritatem ſeruare, dum poſteriora nouitate delitiarum prouocant appetitum præcedentibus ſatiatum, vt pulchrè docet B. Bernardus, apologia ad Guilielmum Abbatem. Prouer. 23

2. Conſiderare incommoda animæ & corporis, quæ ex gula proficiſci ſolent. Animę quidē ſunt, primò luxuria. *Nam teſte B. Hierōymo, venter vino æſtuans citò ſpumat in libidinem* : & B. Paulus, *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Epiſt. 83. ad Oceanum. Epheſ. 5.

Secun-

Secundò, cordis aduerſus miſericordi-
Amos. 6. am obduratio vt ait Propheta *Bibentes in phialis & optimo vnguento delibuti nihil compatiebantur ſuper contritione*
Lucæ 16 *Ioſeph.* Ita diues epulo non eſt compaſ-
Eccle. 31. ſus Lazaro. Tertiò, Ira & homicidia. *Vinum* (inquit ſapiens) *multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit.* Sic enim B. Ioannes Baptiſta, in conuiuio Herodis, martyrium
Matt. 14 ſuſtinuit. Corporis autem incommoda ſunt; primò infirmitas. Vigilia & cho-
Eccl. 31. lera & tortura homini infrunito: Somnus ſanitatis in homine parco. Secun-
Eccl. 19. dò, paupertas: *nam operarius ebrioſus non locupletabitur.* Tertiò, mors iuxta
Eccl. 37. illud, *Propter crapulam multi obierunt.*

3. Conſiderare, quantoperè hoc vitiũ diſpliceat Deo: cùm, Primò, venter hominis Deus conſtituatur (vt ait Apo-
Phil. 3. ſtolut) *Quorum Deus venter eſt.* Secundò templum ſpiritus ſancti vertatur in ſordidiſſimã culinam, imò cloacam. Tertiò, membra Chriſti effici-
D. Aguſt. ſer. 231. de tempore. antur beſtiæ ſine ratione, adeoque beſtiis deteriora, quæ naturam vltra ſatietatem non grauant. Proinde Deus hoc vitium frequenter in iſta vita grauiter eſt vltus: dum Holofernes ebri-
Iud. 13. us à Iudith eſt occiſus: Ammon ebrius in con-

in conuiuio periit. filii Iob à dæmone 2 Reg. 13.
oppreſſi ſunt, & filii Iſrael ob eſum car- Iob. 1.
nium cōcupitum, diuinam iram ſuſti- Num. 11.
nuerunt. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira DEI aſcendit ſuper eos.*
Denique vniuerſum genus humanum, Pſal. 77.
gulæ primorum parentum pœnas etiamnum ſuſtinet.

4 Conſiderare, hoc vitium gulæ, ſicut aduerſatur naturę humanę, ita valdè gratum eſſe Diabolo, inimico eiuſ- Matth. 12.
dem naturæ, qui ambulans per loca a- Iob. 40.
rida, dum requiem non inuenit in ſobriis, quieſcit in locis humentibus.

5. Vt homo ſibi pœnitentiam ſtatuat die vno atque altero, aut etiam tertio, victitandi pane & aqua, cibumq;, quem fuiſſet ſumpturus, pauperibus erogādi, ſi in ebrietatem labatur, neque de hac pœna quicquam remittat.

PARS SECVNDA.

REMEDIA AD SVPERBIAM & inanem gloriam domandam, humilitatemq; comparandam.

PRimum, conſiderare, nihil vtilitatis ſequi ex inani gloria; talis enim quiſque eſt, qualis coram DEO eſt. Si quis veſperi, poſtquam incubuit, apud

ſe cogitet; quid omnis elapſi diei gloria iam illi proſit, inueniet nihil ſe niſi vanitatem conſecutum.

2. Conſiderare, quod quærendo gloriam, amittatur gloria, fugit namque gloria ſequentem, & ſequitur fugientē. Ideo omnis ſuperbus & glorioſus eſt cōtemptibilis, & meritò contemnitur; humilis autem exaltatur. Exempla in vtroque teſtamento in promptu ſunt, in Aman & Herode: contra, in Dauide & B. Virgine.

3. Ex inani gloria magnum ſequitur detrimentum, quia perit omnis bonorum operum fructus, vt dicitur,

Matth. 6. *Receperunt mercedem ſuam.* Nam ſicut aues non relinquerent intactas carnes, quas in aperto campo expoſitas viderent, nec latrones ſine damna dimitterent viatorem, qui in ſylua pecunias manu deferret: ita dæmones, qui bonis operibus inſidiantur, illa nobis merita furantur, quæ per inanem gloriam expoſita vident. Si autem non tanta ſit inanis gloria, vt omnia merita boni operis perdat, vſque adeo tamen eſt inimica virtutis omnis vana gloria, vt virtutis ſplendorem obfuſcet, etiam exigua: ſicut qui in ardenti ſole iter facit, non poteſt non in vultu obfuſcari.

4. Con-

4. Conſiderare (vt ait B. Bernardus) hunc ſtatum noſtrum non eſſe honoris & gloriæ, ſed contemptus potius, laboris, & exilii, inter vermes & beſtias, in quo omnia nos ad humilitatem prouocant; corpus ſordidum multiſq; malis obnoxium, tentatio dæmonis aſſidua, denique Chriſti & Sanctorum prædicatio & exempla. Ser. 3. in paruis ſermoni.

5. Qui laudari vult & videri, quærat laudem a Deo & Sanctis, omnibus, qui & plures ſunt, & nobiliores hominibus omnibus in terra viuentibus, eorumq; laus eſt ſolida. Sicut enim ſtultum eſt quęrere laudem puerorum, & interim à viris omnibus contemni; ita valdè imprudenter agit, quiſquis gloriam hominum quærit, & ſe ridendum & contemnendum proponit DEO ſanctisque omnibus, qui facta eius omnia intuentur.

6. De ſe ſuisque factis non miſcere ſermones, vel in laudem vel in vituperium, iuxta Poëtæ cuiuſdam dictum.

Nec te collaudes, nec te contempſeris ipſe;
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Qui enim ſe cõmendat, apertè laudem quærit, qui autem ſe contemnit,

 occul-

occultè eandem quærit, dum nempe cupit ſua facta ab aliis excuſari.

7. Frequenter, ſibi imperfectiones & peccata ſua ante oculos ponere; quia tam multa ſunt vitia cuiuſque, vt laudis omnem occaſionem tollant. Hoc autem tunc maximè faciendum videtur, quãdo gloriolæ præbetur materia.

8. In rebus abiectioribus libenter occupari, & cum humilioribus frequẽter verſari; Sicut enim humilitas eſt cauſa actionum humilium; ita ex humilibus officiis oritur atque fouetur.

9. Superiores omnes ſuos tanquam Chriſti vicarios, ex animo magni facere, internam eis externamque reuerentiam exhibere, eorum nomen, authoritatem & apud alios, quantum fieri poteſt tueri: Quia manifeſtum eſt ſuperbiæ argumentum, ſuperiores vel reprehendere, vel iudicare, vel parui facere.

10. Sæpius in Sanctorum cum Chriſto regnantium vitam moresque intueri, noſtraq; facta cum illis conferre. Tali enim comparatione intelligemus, nihil eſſe, quicquid hactenus egimus. Iuuabit etiam inſpicere perfectionem hominum multorum adhuc viuentiũ, atq; ex eorum vita conſiderare, quàm multa nobis deſint.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

REMEDIA CONTRA Inuidiam.

INuidia eſt dolor de bono proximi quatenus apprehendimus bonum illius, diminutiuum eſſe excellentiæ noſtræ: Item, gaudium de malo proximi, quatenus bonum illius contrarium, apprehenditur, vt diminutiuum excellentiæ noſtræ. Itaque inuidia duo continet. Primum, eſt dolor de bono proximi, aut gaudium de malo illius, in quo aliquo modo contraria eſt charitati, qua debemus proximum diligere 2 Continet appetitum nimium excellentiæ propriæ, ex illo enim homo mouetur ad concipiendum dolorem de bono proximi: quare inuidia humilitati eſt contraria, & quidem verè & propriè, vt docent Theologi. Quare remedia omnia ſupra tradita contrà ſuperbiam, valent etiam contra inuidiam. Præter quæ hæc etiam ſunt optima

Primum ex B. Gregorio. *Qui* (ait) *liuoris peſte plenè carere deſiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non anguſtat, quæ, & omnibus* Lib. 5. Moral. cap. 34.

vna eſt, & ſingulis tota, quæ tantò largior eſſe oſtenditur, quantò ad hanc percipientum multitudo dilatatur.

Hom. de Inuidia. 2. Ex D. Baſilio: Nihil exſtimare magnum eſſe in hac vita. *Nihil* (inquit) *rerum humanarum magnum, aut ſuprà naturam exiſtimemus, non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus.*

3. Frequens cogitatio de iis rebus, quæ ad fraternum amorem excitare poſſunt vt ſunt eadem natura, eadem Chriſti beneficia, eiuſdem hæreditatis promiſſio, quòdq; in veritate non plus merearis honoris, quàm quiuis alius, cum æqualiter omnes DEO dicant, *Pater noſter qui es in cœlis*: quinimò ſi vitia tua ſpectes, indignus ſis, cui vel minimus honor habeatur.

4. Conſiderare, cui per inuidiam ſimilis efficiaris. Nam ſicut de charitate

1. Ioan. 4. dicit B. Ioannes, *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et omnis, qui diligit, ex DEO natus eſt, & ſicut ille eſt, nos ſumus in hoc mundo*: Ita

1. Ioan. 3. de inuidia dicit idem, *Cain ex maligno*

Hom. 41. in Matth. *erat, & occidit fratrem ſuum.* Et D. Chryſoſtomus: *inuidia hominem in diaboli conditionem, atque in dæmonem immaniſſimum conuertit*:

5. Conſideratio damni atque malorum

rum quæ adſert inuidia, & contra bonorum, quæ adfert charitas. *Inuidia ſiquidem*, vt ait D. Baſilius, *nemini magis nocet quàm authori. Sicut enim* (inquit D. Auguſtinus) *erugo ferrum conſumit: ita inuidia ipſam animam, in qua eſt.* Omnibus grauis eſt inuidus, nemini charus, ridetur ab omnibus, illi nemo compatitur. Nam ſicut hoc vitium proprium eſt diabolo (vt ait D Baſilius) ita & ad inuidum affecti ſunt homines, vt affici ſolent diabolo. Contra verò charitas lætitiam parit, aliorum bona etiam noſtra facit, amorem aliorum conciliat, &c. vt eſt apud D. Chryſoſtomum, & D. Gregorium paſtoralis curæ parte 3. admonitione 11.

Hom. de inuidia.

Serm. 83. de tempore.

Hom. 14. ad pop. Ant.

PARS QVARTA.

REMEDIA CONTRA INObedientiam; ſeu remedia pro iis qui ſuis parentibus, Magiſtratibus, Præceptoribus, Confeſſariis, & aliis, in re quacunque, ſiue ſpirituali ſiue litteraria præfectis, amorem reuerentiam, & obedientiam debitam non reddunt, ſed moleſtiam exhibent.

PRimum, vt cogitemus, cuius loco ſint ſuperiores; nempè loco Chriſti, quem

quem repræſentant, quemadmodum imago prototypum. Proinde ſicut imagini Chriſti honorem omnem habemus, aut potius Chriſto in illa: ita ſuperioribus habendus eſt honor, talibus imaginibus conueniens; nempè non externa tantum reuerentia, ſed obedientia, interno amore, & externo obſequio.

2. Conſiderare quanta Parentes, Præceptores, & alii ſuperiores conferant in nos vel contulerint beneficia; quanta in emolumentum noſtrum ſeu pro nobis patiantur aut paſſi ſint; & quantum onus pro nobis ſuſtineant.

Hoc argumento monebat Tobias filiũm ſuum: *Honorem habebis matri* Iob. 4. *tuæ omnibus diebus vitæ eius.* Et B. Paulus Hebræos: *Obedite Præpoſitis veſtris,* Heb. 13. *& ſubiacete eis; Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis*: Qui tam multa pro nobis ſuſtinent, meritò ſunt honorandi à nobis. Nam licet mali ſuperiores de ſuis ſubditis ſint parum ſoliciti, non ideò tamen minus onus ſuſtinent reddendæ rationis pro nobis, quod eò erit illis grauius, quò negligentius in curam ouium ſuarum incubuerunt.

3. Con-

3\. Conſiderare, mercedem honoris, parentibus & ſuperioribus exhibiti. Si enim illi ſint loco Chriſti, ſanè quicquid illis præſtatur, cenſet Chriſtus ſibi præſtari: ſicut, quod fit Legato, fit Domino Legati.

4\. Conſiderare, quam grauiter puniuerit eos DEVS, qui parentibus aut ſuperioribus honorem non habuerũt, ſed moleſtiam exhibuerũt, iuxta ſcripturam, *Quam mala fama eſt, qui dereliquit patrem, & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.* Primò, Cham irriſo patre, maledictus eſt in ſua poſteritate. Secundò Eſau inobediens parentibus, amiſit nobiliſſimam benedictionem. Tertiò, filii Heli eodem die perierunt. Quartò, Abſalon perſequens patrem, ex arbore pendens confoſſus eſt. Quintò, Chore, Dathan, & Abiron à terra abſorpti ſunt, propter murmurationẽ in Moyſen: Sextò: Soror Moyſis eadem de cauſa, lepra percuſſa eſt.

Eccleſ. 3. Gen. 9. Gen. 26. 1. Reg. 4. 2. Reg. 18. Num. 16. Num. 12.

5\. Intueri reuerentiam Chriſti, quam habuit non tantum patri cœleſti, cui fuit obediens vſque ad mortem crucis, ſed etiam Matri & Ioſeph. *Et erat* (ait ſcriptura) *ſubditus illis.* Matrem ſuam in hac vita repleuit gratia, & ſuper mulieres omnes benedixit; poſt hanc vitã

Philip. 2. Luc. 2.

autem repleuit gloria, & ſuper omnes creaturas collocauit; nempè amixit Sole, hoc eſt, gloria DEI, & Luna, id eſt, vniuerſam Eccleſiam, tàm cœleſtem triumphãtem, quàm terrenam militantem, ſubiecit ſub pedibus eius, imponẽs capiti eius diadema ſtellarum duodecim, hoc eſt, dans ei gloriam omnem, quam habent ſancti vniuerſi in cœlo.

PARS QVINTA.

REMEDIA CONTRA IRAM, rixas, &c. & Impatientiam.

IRa& Impatientia oriuntur ex aliquo malo ſeu re aduerſa & moleſta, quæ imminet vel iam accidit, contra voluntatem noſtram, vel ex eo quod aliquid fiat ſecus quam velimus; hoc enim etiã vt malum apprehendimus. Ideò cum mala ſint varia multipliciaque, variis diuerſisq; ex cauſis Ira & Impatientia naſcuntur 1. Mala illa conſiderari poſſunt in vniuerſum quà mala ſunt; 2. in ſpecie, quà talia mala ſunt; quare poſſunt præſcribi remedia contra iram & impatientiam generalia; & poſſunt etiam præſcribi ſpecialia.

REME-

REMEDIA GENERALIA CONTRA *Iram, rixas, &c. & impatientiam.*

PRimum, Conſideranda incōmoda, quę ex ira ſequūtur. Quid enim prodeſt vindicta poſt acceptam iniuriam? An fortè vulnus tuum alieno vulnere curatum eſt? aut conuitium acceptum, conuitio reddito? Hæc porro aſſequitur, qui iræ obtēperat. 1. Corona gloriæ & mercede æterna priuatur: 2. Miniſter fit & inſtrumentum Diaboli: 3. Occidit animā ſuam, vt lædat corpus alterius. Similis eſt enim iracundus homini, qui vt aſinum occidat, ſe ipſum perimit, & illi qui ob immenſa debita, quibus ſoluendis non erat, coniectus in carcerē, oblatam ab alio ſolutionē magno faſtu recuſat; per eum quippe, qui nobis iniuriam facit, debitum, quo Deo obſtringebamur, tollitur, modò patienter iniuriam feramus. 4. Iratus homo vindictā petens, oſtendit Deo quomodo cupiat ab ipſo ſecū agi: nimirum, vt ſicut ipſe in alio non tolerat parua, ita nec à Deo in ipſo parua tolerentur; quemadmodum ſcriptum eſt *Qua mēſura menſi fueritis, remetietur vobis.* Et in oratione Dominica *D. mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus* Matth. 6. Luc. 6.

debitoribus noſtris Gregorius lib. 5 Moral. cap 13. adfert ſex alia detrimenta. *Nam* (ait) *per iram amittitur; Primò*
Iac. 1. *Sapientia, dum ratio cæcatur. Secundò Iuſtitia; ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Tertiò, ſodalitas; dum iracundi hominis conſuetudo nemini grata eſt.*
Prou. 22. *Noli.* (ait Sapiens,) *eſſe amicus homini iracundo. Quartò, Concordia; Dum pax perturbatur.* Quintò, Lux veritatis; *quia dum menti Iracundia confuſionis tenebras incutit, huic DEVS radium ſuæ cognitionis abſcondit. Sextò,*
Eſai. 66. *ſplendor Spiritus ſancti, ſuper quem, ait Propheta, requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? id eſt manſuetum.*

2. Ex D. Baſilio, vt ſtatim atque moueri te ſentis, iram cohibeas; & ſi in-
Hom. de Ira. ternam commotionem in pectore accenſam ſubitò extinguere nequeas, ſaltem vincas te non reſpondendo; Philoſophus quidam Auguſto Imperatori, *Domine* (inquit) *quoties ira commoueris, antequam verbum loquaris, recenſe 24 Græcorum litteras.* Optimum eſt, conari mentem ab eo quod excitat iram auertere, & aliò cogitationem transferre, præſertim ad Deum, orãdo, tuamq; infirmitatem curandam proponendo.

3. Ad-

3 Aduerſa quæ accidere poſſunt, & iram aut impatientiam concitant, præuidere, & ad ea perferenda ſe præparare; Iacula enim præuiſa minus feriunt.

4. Certiſſimè credere, nullum tribulationis genus, iniuriæ, ægritudinis, mortis, faſtidii, iacturæ bonorum, famæ, vitæ propriç, aut parentũ, vel aliud quidpiam graue & moleſtũ nobis contra voluntatem noſtram euenire, quòd non proficiſcatur à Deo, & ab ordinatione ac prouidentia diuina, vt docet S. Auguſtinus, & tota ſcriptura ſancta. Atq; hæc omnia immittũtur nobis ad vtilitatem noſtram, ex eodem paterno amore, quo filium ſuum licet ſanctiſſ. & dilectiſſimum eaſdem tribulationes & ærumnas ſubire voluit.

6. Cogitare, quoties & quanto tempore grauiter DEVM offenderimus. Nam ſi vel ſemel offenderis Deum, qui eſt infinitus, meritus es pœnam infinitam, & non tantum has temporales.

9. Cogitare de pœnis inferni toties promeritis.

7. Cogitare, quæ paſſi ſint Sancti, & inprimis Sanctus Sanctorum Chriſtus Dominus noſter, toto vitæ ſuæ tempore.

8. Cogitare de æterna gloria, ad

quam non patet aditus, niſi per multas tribulationes.

9. Cogitare de fructu tribulationum. Fructus autem eſt; Humiliare ſe coram Deo; Confugere ad Dei auxilium; ab hoc mundo ſe ſeparare; cæli deſiderio teneri; Chriſtum imitari; placere Deo; mortificare carnem tãtoperè nobis infeſtam; occaſiones multas diuinã Maieſtatem offendendi tollere; expurgari à peccatis, locupletari gratia; & poſtea multa gloria.

REMEDIA SPECIALIA CONTRA iram, & impatientiam ſurgentem ex eo quod iniurijs & contumelijs &c. afficiamur: ſeu remedia pro ijs qui iniurijs & contumelijs impetuntur.

PRimum. conſiderare iniurias Chriſto Domino noſtro illatas; & ſeruum non eſſe maiorem Domino.

Ioan. 13. 2. Cogitare, quoties iniuria affecerit Deum, vt meritò paucas exiſtimare debeat iniurias ſibi factas.

3. Cogitare omnes Sanctos iniuria affectos, contemptos, & malè habitos.

4. Cogitare, per iniurias perpeſſas hominem habere occaſionem illas cõdonandi.

Digitized by Google

nandi, & ita viciſſim promerēdi à Deo remiſſionē iniuriarū multò plurium; poteſt enim confidenter dicere; *Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

5. Cogitare, ſe habere occaſionem placendi Deo, vt fiat filius Dei vt in virtute, prçſertim patientię, multum proficiat, vt augeat gloriam in cœlo. Matth. 5.

6. Cogitare, ſe iniuria affici à Dęmone, qui hominem, vt dicit Anſelmus, poſſidet: & ideo eum vlciſci armis humilitatis, patiētię, charitatis, orationis, & aliis armis ſpiritualibus.

7. Intueri in eo, qui iniuriā infert, imaginem & ſimilitudinem Dei, eumque ſanguine Chriſti tecum redemptum.

8. Cogitare quod offendendo te, ſimul offendat Deum; & hanc offenſam pluris te debere facere, quàm propriam; & ideò orare pro illo.

9. Compati illi dum vides eum excidiſſe diuina gratia; quid verò peius eſſe poteſt, quam gratia Dei excidiſſe?

10. Suſcipere illas, vt cæteras tribulationes, è manu Dei, ſicut & SS. Martyres ſuas è manu Domini Dei ſuſcepêre, & ideò nihil eam ob rem cōqueſti sūt. Sic S. Iob iacturam bonorum, & filiorū omniumque aliarum rerum à Dæmo-

ne

Iob. 1. ne factam, tribuebat DEO, dicens, *Dominus abſtulit.* Non dixit, Dæmon abſtulit. Nam, vt probat S. Auguſt. ſciebat à Dæmone ne pilum quidem tolli poſſe, ſine voluntate & poteſtate DEI. Sic Dauid contumelia affectus à quodam ſuo ſubdito, eam tanquam à manu DEI profectam ſuſcipiebat. Vn-
Pſal. 66. de in quodam Pſalmo inquit: *Domine, opprobrium inſipienti dediſti me: obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.* Et alibi: *Domine, impoſuiſti ho-*
Pſal. 38. *mines ſuper capita noſtra.* Et omnia bella, ac iniurias ab inimicis acceptas, attribuit DEO. Scriptura tota plena eſt, quod DEVS immiſerit & immittat peſtem, bella, caritatem annonæ, & omnia alia mala pœnæ. Et ſi ne paſſerculus quidem cadit in terram ſine voluntate DEI, vt eſt in Euangelio, quo-
Matth. 10. modo citra voluntatem DEI homini fiet iniuria. Et ſi ille rationem habet minimi capilli hominis, cur non haberet aliarum rerum ad hominem ſpectantium? habet, & maximam.

11. Conſiderare exempla eorum qui iniurias patienter tulerunt. Miſſis Sanctorum exemplis, placet domeſtica, Sodalibus omnibus imitanda propo-nere.

Con-

Conuicijs prouocabant (inquit Bencius) *diuerſis temporibus duo, è Sodalitate Collegij Panormitani in Sicilia, & verè incitabantur ira ad referendam iniuriam, ſed vterque rexit ea cogitatione animum, quod de ſodalitio eſſet: hic admotam capulo ſua ſponte manum* (habebat enim gladium) *repreſſit, & aduerſarium molli ſermone placauit: cum ille à quo laceſſebatur, duxit in proximum templum, & ab admirante veniam petit genu flexus, quod ipſi cauſa iracundiæ fuiſſet; glorioſa prorſus qua ſe vicit vterque victoria.* In annuis litteris Societatis Ieſu.

Aliud ex Sodalitate Vaſſiſoletana in Hiſpania addam anno 1596. *Duo* (quæ humana fragilitas eſt) *ex hoc B. Virg. grege lectiſſimo, viri & factis & cõditione præſtantes, cum de re quadam in medio Regalis iudicii foro* (cancellariam vulgo dicimus) *vehementius, quã par erat, concertare cœpiſſent, vnus alterum, cùm mendacem appellauit, tum colapho in maxima litigatorum turba percuſſit: qui hanc iniuriam duplicem acceperat, memor ex congregatione ſe eſſe Virginis, & cui ſe viuendi ſecta dediſſet, animaduertens; hæc tantum effatus poſt alapam poſtq; conuitium; meis ſceleribus multò plura debentur, DEI*

ego

ego hæc amore perpetiar: hæc verba protulit, quietus aſſedit, non aliter atq; ſi nihil ei acerbum & triſte contigiſſet. At autor iniuria, celeriter agnita culpa multò plura præſtitit quàm quæ ab illo petebantur. Etenim eodem in loco eademq; auditorum, ſpectatorumq; frequentia ſe ipſe retexuit, palinodiamq; cantauit ſe inſanum & à mente deſtitutum illa effutiſſe, neque in illum cadere quem temere offendiſſet.

REMEDIA CONTRA IMPATIentiam naſcentem ex ægritudine.

COgitare de vtilitate ægritudinis. Et primo, quòd ſit nuncius Dei, ad nos miſſus, vt præparemus nos ad mortem.

2. Purgat à peccatis: bonumque ſignum eſt, pati in iis membris, quibus Deum grauius offendimus.

3. Debilitat corpus inimicum noſtrũ Vnde dicebat S. Paul. *Cum infirmor, tunc fortior ſum.*

2. Cor. 12. 4. Reuocat à malis: æger enim non poteſt ſe inebriare, ſuperbire, &c.

5. Prouocat ad bonum, vt ad confitendum, ad pœnitentiam agendam.

6. AEgritudo eſt ſignum diuini amoris Deus enim caſtigat, quos amat.

7. Eſt

7. Eſt loco Purgatorii, quod eſt ſpeciale donum DEI.

8. Eſt pignus æternæ ſalutis, & via ad portam cœli, & conformationem cum Chriſto.

9. Cogitare eam magno amore immitti nobis à DEO, & ad ſalutem noſtram.

REMEDIA CONTRA IMPATIENtiam & triſtitiam naſcentem ex morte Parentis, Cognati, amici, &c.

PRimū eſt, Cogitare, ſic voluiſſe Deum, cur ergo reſiſtis eius voluntati? Cur quotidiè dicis? *Fiat voluntas tua,* Et nō te cōformas illi? Vnde dicit Magiſter ſentēt. *Placeat homini, quod placet Deo, & ideò placeat, quia placet Deo.*

2. Cogitare omnem creaturam eſſe Dei & ideò cōtriſtari non debes, quando Deus à te repetit, quod tibi accommodauit: dicit enim S. Hierony. *Nihil de tuo ſuſtulit, qui tibi quod proprium erat donauit.* Et S. Auguſtinus ait. *Qui perfectè Deum amat, non contriſtatur morte cuiuſquam.* Vnde S. Iob in morte filiorum dicebat. *Dominus dedit Dominus abſtulit, ſicut placuit Deo, ita factū eſt. Sit nomen Domini benedictum.* Iob. 2.

3. Cogi-

3. *Cogitare, ſtatutum eſſe omnibus hominibus, ſemel mori, & ſi DEVS proprio filio non perpercit* (vt dicit S. Bernardus) *quomodo parcere debuit illis!* Vnde S. Ambroſius. *Quid abſurdius, inquit, quàm plorare ob rem omnibus communem?*

4. Quia mors hominem liberat multis miſeriis. Vnde Eccleſiaſtes ait
Eccl. c. 6. *Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit.* Quare Dominus noſter in
Iohan. 11. morte Lazari lætatus eſt dicens ſuis diſcipulis. *Lazarus amicus noſter mortuus eſt, & gaudeo propter vos.* Sed cum eum reſuſcitauit, fleuit, quia eum excitabat ad huius mundi ærumnas. Vnde Auguſt. in libro de Viſitat. infirmorum dicit. *O mors deſiderabilis, ô mors omnium præſentium malorum terminus, ô mors finis malorum & principium bonorum.*

5. Cogitare Deum ſcire & cognoſcere omnia, ac proinde videre, quid homini ſit melius. Fortè enim damnatus fuiſſet, ſi diutius vixiſſet, & ſic erit ſaluus. Aut certè diuturniore vita factus fuiſſet deterior: Vnde rectè dicit
Sap. 4. Salomon de quodam. *Raptus eſt ne*

mali-

Digitized by Google

malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius.

6. Cogitare ſuperfluum dolorem tibi nocere, & mortuo non prodeſſe. Vnde legimus Dauidem filio eius ægrotante amarè fleuiſſe, at eo mortuo à fletu ceſſauit, & DEO gratias agens, cœpit comedere. Rogatus autem cur id faceret, reſpondit, ſe ante mortem fleuiſſe, ad impetrandam fortè à DEO ſanitatem filii, quam cum eo mortuo, impetrare amplius non poſſet, ſe finem flendi feciſſe, DEI voluntatem illam fuiſſe intelligens. Eccl. 31.

7. Quia tibi & mortuo nocet ſuperuacanea triſtitia. Tibi quia non potes animum liberum ad orandum, nec pro te, nec pro defuncto habere. Quare dicit Sapiens: *Ne dederis in triſtitia cor* 2. Reg. 2. *tuum, ſed repelle eam à te, & memento nouiſſimorum, noli obliuiſci, neque enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis.*

8. Cogita multos damnatos ob nimium amorem erga filios, vel maritos, vel vxores, amicos & cognatos. Cum igitur incertum ſit, num filius, vel maritus tibi futurus fuerit cauſſa damnationis, ſi ſuperuixiſſet, non habes cauſſam plangendi.

9. Cogi-

8. Cogita illum reſuſcitandum,& iterum videndum. Vnde dicit S. Paulus: *Non contriſtemini ſicut gentes, quæ ſpem non habent.* Et Eccleſiaſtic. *modicum plora ſuper mortuum.*

2. Theſ. 4 Eccl. 22.

10. Conſidera, fortè eum quem deploras, eſſe bono loco, de quo lætari debes, quia poterit orare pro te.

Remedia contra iram alienam.

1. Benignè reſpondere; Reſponſio enim mollis frangit iram, dura verò magis accendit.

2. Tacere, vel abirè, dum tamen id alium ad iram magis non acuat.

PARS SEXTA.

REMEDIA CONTRA ODIVM proprium.

DEum non condonaturum tibi, ſi tu non condones aliis.

2. Qui odit, plus ſibi nocet cum ſit in peccato mortali, quàm illi, quem exoſum habet.

3. Denique conueniens eſt ignoſcere, niſi velimus ruere in infernum.

4. Cum odio iacturam facimus omnium bonorum, quia non placent Deo.

5. Diſſimiles ſumus Chriſto, qui igno-

Digitized by Google

ignouit iis, qui eodem tempore eum ſpoliabant, & bonis & fama, & vita; ſimiliter S. Stephano, & aliis.

CONTRA ODIVM ALIORVM.

1. Remedium, eſt, facere illis benè,
2. Seruire illis, vbicunque fieri poteſt.
3. Submittere ſe illis.

PARS SEPTIMA.

REMEDIA CONTRA DETRActionis vitium.

SEipſum primò, vitiaque ſua diligenter intueri. Sicut enim, qui domi multis negotiis diſtinetur, non habet otium aliena curandi; qui autem alienis occupatur, apertè declarat, vel non eſſe domi ſuæ, quod occupationem requirat, vel ſane ſi ſit, non rectè curari: Ita quid diligens eſt inſpector cõſcientiæ ſuæ tam multa in ea reformanda inueniet, vt non ſint illi curæ vitia proximorum: & qui alienis vitiis carpendis detinetur, indicio eſt ſua parum rectè curari. Nullus enim detractor conſcientiæ propriæ diligens eſt curator, & quò quis pluribus vitiis abũdat, eò plura eaq; minutiora in aliis carpit.

2. Detrahendo facilè eſt peccare mor-

mortaliter; cogita ergo quæ damna inferat peccatum mortale, quam exoſum DEO.

3. Conſiderare, hoc peccatum detractionis non ſola pœnitentia deleri, ſed ſicut in furto non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum; ita non tolli culpam, niſi fama ablata reddatur.

4. Conſiderare, detractorem eſſe cauſam peccati multorum: quicquid enim ab auditoribus ex auditis referendo committitur, id totum à DEO detractori imputabitur.

5. Cogitare, an vellet homo ea de ſe abſente dici, quæ de altero narrat. Et quæ tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

PARS OCTAVA.

REMEDIA CONTRA IVrandi conſuetudinem.

PRimò conſiderare, ſi de omni verbo otioſo ſit ratio reddenda in die iudicii, quanto magis de iuramēto, per quod irrogatur inſignis iniuria DEO, qui ad quaſuis leues nugas vocatur in teſtem. Sicut enim vir grauis, ſi ad nugas pueriles teſtis adhiberetur, exiſtimaret honoris ſui non haberi rationem:

Digitized by Google

nem : ita DEVS meritò indignatur, quoties inani iuramento, rei leuis teſtis vocatur.

2. Cogitare quòd in frequenti iuramēto ſit graue periculum periurii. Qui namq; iuramentis aſſueuit, ſubinde per malam conſuetudinem, etiam ea quæ falſa ſunt, iuramento confirmat; omne autem periurium eſt mortale peccatū adducens mortem æternā. Idem etiam quandoq; iuramento promittit, cuius poſtea pœnitet: ſicut Herodi contigit, qui ne iuſiurandum violaret, dedit ſaltatrici caput Ioannis Baptiſtæ. Chriſoſt. hom. 3. ad pop. Ant. Matth. 9.

3. Perpendere, quod nihil vtilitatis ex mala iſta cōſuetudine oriatur. *Quia* (vt ait B. Chryſoſtomus) *frequenter iuranti minus credi ſolet, etiā ſi ſeriò iuret*; Et longe facilius eſt, rem ſine iuramento confirmare, quam ſacramentum tam leuiter adhibere. Dęmon ſolus iuramentis oblectatur; quod per ea videat nomen ſacratum DEI prophanari. Hom. 7. ad pop. Antioch.

4. Si ſeriò quis ſtatuit hanc prauam iurandi cōſuetudinem deponere, proponat ad ſeptimanas aut menſes aliquot, certam aliquam eleemoſynam pauperibus erogare, pro quolibet iuramento, in quod lapſus fuerit: atque ne iſtius rei obliuiſcatur, curet ſe a fa-

Digitized by Google

miliaribus moneri, quoties iuraſſe aduertetur. Si pauper ſit, aliam ſibi pœnam irroget. Ita D. Chryſoſtomus. homil. 5. ad pop. Antioch. *Ego te,* inquit, *quendam docebo modum, quem ſi tenueris, ſuperabis omnino. Cum videris te ipſum, vel alium quenquam vel ſeruorum, vel filiorum, vel vxorem hoc malo captos, & continue commonefactos neque correctos, iube non pranſos cubare, & hanc tibique & illis damnationem impone, damnationem non damnum, ſed lucrum ferentem.*

5. Ex diuinis vltionibus, quæ iurantes & diuinum nomen blaſphemantes ſequutæ frequẽter fuerunt, metum aſſumere. Nã Leuitcor. 24. Blaſphemus iubetur lapidibus obrui: & nota eſt hiſtoria libro 4 Dialogo. B. Gregorii, cap. 18. de puero quinquenni, à dæmonibus è ſinu patris ob crebra iuramẽta abrepto; Vetera propè innumera omitto exempla, recentiora quædam, quia magis mouent, accepta à ſcriptoribus fide digniſſimis, referam.

* *Inſaniebat* (inquit Bencius, & poſt ipſum Bonifacius) *Vercellis in Italia, anno 1586. quidam iuuenis amore aleæ & ludi: quodam die veſpere cum haberet domi colluſores, orta eſt, vt ſæpè fit, inter*

eos

eos contentio. Cùm hic peierans audacius veluti liti ſinienda, ne viuam, inquit, innadat in me malus dæmon, ni hoc ita ſe habet. viſus iecisse fulmen eodem veſtigio temporis totum cubiculum intremuit, & tetra vmbra ante oculos videntum oberrans circum parietes apparuit: metu ille exanimatus in terram cadit; vbi primùm ad ſe rediit, multo magis pauidus, & vecors conſcientia veniã à Deo, eiuſq; matre ſuppliciter petit, votoq; ſe obſtringit curandi ſacri in proximũ diem beati Nicolai Tolentinatis, pedeſtriſq; itineris religionis cauſa ad Varalli montem ſuſcipiendi. Nihilo ſecius, fuliginoſa volitat effigies, circum cubiculum, & lucernam conatur extinguere; IESVM ille & Mariam in auxilium vocare. At ſocij, terribili ſpectro crucem ligneã, quacunque ferretur, opponere. Ab hora altera noctis ad diluculum vſque, formidoloſa durauit pugna: ita aleatores, renouantes ſubinde oleo infuſo ne deficeret lumen, æquauerunt nocti, in lucemq; tulerũt non ludum, ſed timorẽ; tum verò audito matutino ſigno Angelicæ ſalutationis, nocturnum mõſtrum, quod caua ſub imagine omnes terruerat, inimico offenſum ſono, procul nebulis obſcurum in ſuas te-

Digitized by Google

nebras receſſit , conſternatorum magis oculis, quam animos relinquens, Ad nos (ſcilicet ad Patres Societatis IESV) *illicò iuuenis exanguis. & attonitus, nec ſatis ſecurus viſus ſibi non ante miſeram mentem metu, quàm peccatorum vinculis abſolui. Hæc Bercius.*

Refert P. Martinus Delrius, duo alia ſeuerioris vindictæ exempla, in eos qui peierant, id eſt, in eos qui falſum iuramēto confirmant, vel promiſſis honeſtis iuramento firmatis non ſtant (horum enim vtrumq; periurium eſt) *Miles quidam,* (inquit ille) *per Marchiam iter faciens, cùm morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam hoſpitæ aſſeruandam. Poſt aliquot dies, cum conualaſcit, repetit ſaccum. Mulier auara cum ægre tantam pecuniam amitteret, delibarat cum viro, vtrum reddere debeat: Ineunt conſilium, vt mulier neget depoſitum. Quare cum miles ſuum repeteret, illa confidenter negat ſe quidquam accepiſſe, ſimulat ſe mirari impudentiam militis, qui auſit flagitare, cum nihil dederit aſſeruādum. Miles, indignitate rei motus, obiicit viciſſim hoſpitæ perfidiam. Quare maritus, tanquam defenſurus ſuam coniugem, extrudit militem domo, is ante fores irrita-*

tus

tus ſcelere hoſpita ſtringit gladium, veluti impetum facturus in virum, & ferit ianuam. Hoſpes implorat fidem vicinorum & queritur ſuas ædes oppugnari, accurrunt lictores, & militem, quod vim publicam feciſſet abducunt in carcerem. Poſt aliquot dies Senatus oppidi aliò mittit narrationem facti, & ſententiam perſcribi petit. Conſtabat ædes publicè oppugnatas eſſe, quare fertur ſentētia, vt miles vltimo ſupplicio afficiatur. Cumq́ iam inſtaret dies iudicij, venit Diabolus in carcerem ad captiuum, indicans ei, quā ſentētiam iudices laturi ſint, & pollicetur ſe hoc periculo eum liberaturum eſſe, & aduocati perſonam pro ipſo in iudicio acturum: In iudicium ducitur miles; adeſt etiam orator. Ibi cum actor peteret militem, propter vim publicam, capitali ſupplicio affici; miles reſpondit, ſe imperitum forēſium negotiorum, petere, vt liceat iſti ſuo aduocato pro ſe dicere, concedunt iudices. Ibi Diabolus de iure eruditè diſputat: non eſſe capitali ſupplicio afficiendum, cum à quo non ſit ortum rixa & tumultus initium: ait ab hoſpite militem vi extruſum & ſpoliatum eſſe; iubet quæri, & locum monſtrat. Ibi cum hoſpes vehementer negaret, addit etiam diras imprecationes, vt ipſum abreptum

Diabolus perderet, ſi feciſſet. Hanc imprecationem cũ inuocatione Diaboli cum aliquoties repetiuiſſet; ibi cauſidicus omiſſa iam diſputatione forenſi, adoritur hoſpitem, & comprehenſum per feneſtras & medium forum, omnibus perhorreſcentibus, cum fragore abducit, nec poſtea vnquam corpus hoſpitis inuentum eſt. Hæc fuit pœna falſum iuramento confirmantis; Non diſſimilis fuit promiſſionem iuramento firmatam violantis; quam refert his verbis Delrius.

In Saxonia virgo opulenta formoſo iuueni, at tenuioris fortunæ matrimoniũ promiſit. Hic quid futurum præuidens, illam prædiuitem & ſexus ratione mutabilem; fidem vix ſeruaturam eſſe puellæ reſpondit. Illa cõtra diris ſe execrari his verbis cœpit: ſi alteri, quàm tibi nupſero, tunc me Diabolus in nuptijs illis abripiat. Quid fit? poſt interuallum aliquod mutat animum, nubit alteri priore ſponſo ſpreto; qui eam ſemel atque iterum promiſſi diræq; imprecationis admonuit. Sed illa poſthabitis his omnibus nuptias cum altero ſponſo, relicto priore, celebrat. Ipſo die nuptiali, cognatis, amicis, & conuiuis hilaribus, ſponſa, vigilante conſcientia, redditur triſtior ſolito. Tandem Diaboli duo ſub ſpecie duorum equitum

quitum in ædes nuptiales adueniunt, excipiũtur, adducũtur menſæ, hiſq; remotis, choreæ; vniq; ex his ſponſa, honoris cauſa, tanquam peregrino adiungitur, cum qua bis ſaltauit, & tandem eam è conſpectu parentum & amicorum, ſummo cum gemitu & lamẽtatione, per oſtium, in altum ſuſtulit. Altero die parentes & amici mœſti, ſponſam quærunt, vt delapſam fortè ſepelirent: ſed ecce ijdem ſocij occurrunt, veſtes & aurum referentes, additis his verbis; Non in has res, ſed in ſponſam à DEO *nobis fuit poteſtas conceſſa.* Hæc fuit pœna periurii.

Narrat ibidem idem Delrius, Goduinum Comitem, cum periurio ſibi eſſet necem imprecatus, ſubitò panis bolo fuiſſe ſuffocatum. Caueant qui falſum dicendo, addunt; moriar; vel fruſtum hoc panis me ſuffocet, ſi falſum aſſero, &c.

Nec ſolùm periuria ſic vlciſcitur Deus, ſed temerarias Dæmonis appellationes, etiam non ex corde & voluntate verè inuocandi, procedentes, ſed (vt fit plerumque) ore ſolùm tenus, ex ira prolatas. Aliquot recentia ſubiiciam exempla, vt omnes ab hac nominandi dæmonis conſuetudine caueant diligentiſſimè.

Bencius in annal. collegii Anguenſis provinciæ Luſitaniæ Boniſ. lib 4. c. 9.

Aleator quidam miles, malè cedente ludo crumena verterat, quam iacturam vbi perſenſit, ad diras conuerſus, cacodæmonem contentiſſima voce inſanus appellat, & ad ſocios, num quis quid ad principem Satanam? vocatus ille adfuit truci (videlicet ipſi ſoli viſus) *aſpectu. Tum excuſſa homini audacia; conſternatus enim ſubitò ac penè exanimis cadit. Siſtit deinde ſe properè Sacerdoti Societatis IESV, trepidans confitetur: Monſtrum in præſens concedit; rurſus redeunti domum ſe offert manus iniectans, ſuamq́ue ſe prædam dictitans in infernum abducturum. Enimverò ille contremiſcere, quibusq́ue poteſt vocibus Dei matrē inuocare: perducitur interea à comitibus in ſacellum virginis, ſuperioris anni inclytum miraculo, vbi rurſus cum repentina corruiſſet formidine, iterat confeſſionem, atque omni tandem periculo liberatus ipſe ſibi exemplum ad morum & vitæ emendationem fuit.*

Delrius diſquiſ. Magic. lib. 3. p. 1. q. 7. ſ. 1.

Pari terrore commonitus fuit alter. *Quidam Hiſpanus* (ſcribit Delrius) *ſæpè à me viſus in Belgio, Capitaneus Brauo vocabatur, deditus ſupra modum aleæ, & in ludo diras iacere in ſe iuxta atque alios pronus, quadam die, cum damnoſi ſemper numeri lucrum iactu quærenti*

ſubſi-

ſiluerent, irâ efferueſcens in caput ſuderiſſima precabatur: & ſubitò corã illis, qui aderant, ab inuiſa manu. tabulatum vſque ſublatus, poſt aliquod tempus mortuo quàm viuo facie ſimilior in ſolum deponitur, furorem dauerroſum toto poſt vitæ tempore retinens.

In Sileſia (inquit Delrius) quidam nobilis, cum inuitaſſet conuiuas, & hora conuiuij iam inſtãte, & apparatu facto, ſpe fruſtratus eſſet excuſantibus ſe conuiuis, cur non comparerent, prorumpit iratus in hac verba: veniant igitur omnes dæmones, ſi nullus hominum mecum eſſe poteſt. His dictis domo egreditur in templum, vbi paſtor Eccleſiæ concionem habebat, & vt iracundiam concoquat, auſcultat aliquandiu: dum verò in templo moratur, veniunt equites in aream domus magni, & nigri & iubent ſeruum domus, vt dominum ſuum aduocet, eiq́; ſignificet adeſſe hoſpites. Seruus conſternatus abit in templum, & indicat hæc domino ſuo: qui neſcius conſilij paſtorem conſulit. Paſtor abrumpens concionem, hoc conſilium dat, vt tota familia domo exeat. quod cum fieret, & famuli ac ancillæ properarent, forte obliti infantem in cunis iacentem & dormientem ſecum

Delrius loco citato.

non auferunt. Dæmones incipiunt commeſſari & vociferari, proſpicereq́; per feneſtras formis vrſorum, luporum, felium & hominum, & monſtrare pocula vino repleta, aſſaturas, & piſces. Hæc vicini nobilis, paſtor & alij cum viderent; Ah, inquit pater, vbi infans meus? vix cum hæc dixiſſet, vnus ex dæmonibus vlnis ſuis infantem ad feneſtras geſtat, quaſi monſtraturus parentibus. Nobilis prorſus conſternatus, & ſolicitus de incolumitate infantis, fidum habens ſeruum, quem interrogat; quæſo tu dic quid agam? Seruus, Domine, inquit, commendabo & committam vitam meam Deo meo, & in nomine Domini ingrediar, & vt infantem auferam auxilio & beneficio Dei videbo. Bene, inquit nobilis, Deus tecum ſit, & iuuet te, animumq́; tibi confirmet. Seruus accepta benedictione à paſtore & reliquis, ingreditur, & ante conclaue in quo erant dæmones congregati, procidit in genua, & ſe DEO commendat, & hoc animo aperit ianuam, & videt dæmones horribili ſpecie ſedentes, ſtantes, obambulantes, ſerpētes & vno impetu occurrentes ad ſe, & vociferantes; Hui, Hui, tu, quid hîc tibi? ille ſudans, & tamen diuinitus confirmatus alloquitur dæmonem, qui infantem

fantẽ geſtabat: Tu, inquit, mihi infantem trade. Nequaquã, reſpondit iſte, iam meus iſte eſt infans; dic domino tuo, vt veniat & accipiat infantem. Cui ſeruus, Ego fungor iam officio meæ vocationis, in qua me Deus collocauit, & ſcio quicquid in hoc officio facio, id DEO gratum eſſe; quare ratione mei officij, & auxilio, nomine & virtute Ieſu Chriſti aufero abs te infantem, & patri eius reſtituo: atq; ita ipſe apprehendit infantem, & brachijs ſuis amplexus eſt. Iſti nihil aliud reſpondent, niſi vociferantes; Hui nebulo, hui nebulo, relinque infantem, relinque, alioqui te diſcerpemus. Ille nihil curans minas Diabolicas abijt incolumis, & incolumem infantem patri nobili reddidit. Dæmones poſtea aliquot diebus elapſis euanuerunt, vt in ædes denuò migrare tota familia nobilis potuerit.

Vides inconſulti dicti quàm graues pœnæ datæ. iſte proculdubio, nõ ex animo, ſed ore tenus ſolùm, proruperat in hæc verba (veniãt igitur omnes dæmones) vt ſolent pleriq; inconſultè, etiam ore tenus ſolùm, non ex animo, nominare diabolũ, imprecari ſibi vel alteri, diabolus te auferat, ad diabolum eas, in diaboli ſit poteſtate hic vel ille, &c. & tamen tam graues dedit pœnas,

dederunt ſimiliter & ſupradicti, dederunt & alii multi quos omitto; Caue adoleſcens inconſulte, ne iram DEI experiaris.

PARS NONA.

REMEDIA CONTRA *acediam.*

Primum, conſiderare beneficia atq; labores Chriſti pro nobis, quibus excitari debemus, vt aliquid ad eius amorem agamus.

2. Cogitare facilitatem operis boni, cuius difficultatem Chriſtus paſſione ſua ſuſtulit. *Confidite*, inquit, *ego vici mundum*, *Iugum meum ſuaue eſt*, *&* *onus meum leue*, *&* (vt inquit Apoſtolus) *mandata eius grauia non ſunt. Ero*, inquit Dominus, *quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* Itaque *ſuauiter equitat quam gratia DEI portat.*

Ioan. 16 Matth. 11. 1. Ioan. 5. Oſeæ 11.

Matth. 23. 3. Perpendere operis neceſſitatem. Nam infernus impendet non laborantibus; cum ſeruus malus & piger mittatur in tenebras exteriores, non aliam ob cauſam, quam quod talentum Domini ſui in lucrum non expendiſſet. ſicut ergo puer de virga cogitans, & operarius de inedia, excitatur, hic ad laborem

borem externum, ille ad literarum ſtudia: ita merito excitari debet ad diſcutiendam pigritiam, qui pœnas ſecuturas conſiderat.

4. Contemplari omnium creaturarũ indefeſſum laborem, ad voluntatem Dei. Sol enim & omnia ſydera immenſum iter quotidiana circumuolutione perficiunt: arbores & herbæ nobis flores & fructum producunt: beſtiæ quælibet ad naturæ rationem operantur, etiam minimæ formicæ, ad quas nos Sapiens remittit, indignum eſt ergo, vt ſolus homo ocio torpeat. Rom. 8. 2. Cor. 4. 1. Cor. 2. Rom. 6.

5. Videre quantus labor ſuſtineatur paſſim ab omnibus, ad conſequendos honores, opes, aliaſque iſtius mundi vanitates perituras, quantaque noſipſi fecerimus, aut faciamus ad animarum noſtrarum damnationem. Si ergo vera fides eſt in nobis, qua certiſſime credimus, non eſſe *condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & hoc leue ac momentaneum, operari in nobis æternum gloriæ pondus*: tantamque pro exiguo labore reddi gloriam, vt eam neque oculus viderit, neque auris audiuerit, neque in cor hominis aſcenderit: meritò omnis torpor eſt excutiendus, & manus

operi eſt admouenda, maximè cum exigua ſint, quæ à nobis Dominus poſtulat, nempè vt ſicut exhibuimus membra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibeamus membra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

PARS DECIMA.
REMEDIA PRO IIS, QVOS *pudet benè facere, ob reſpectus humanos.*

PRimò, Si non pudet te facere malè, cur pudeat facere benè?

2. Memento te breui moriturum, & coram Chriſto ſiſtendum, quanto tunc pudore ſuffunderis?

3. Si Chriſtũ non puduit, è cruce pendere nudum, cur pudet te bene facere?

4. Tot millia virorum & fœminarum vitam pro Chriſto profuderunt, & tu verecundaris amore illius aliquid boni agere?

5. Quid dices in die iudicii? quis tum erit pudor tuus, quæ confuſio?

6. Dum boni quidpiam agis, gaudio afficis totum cœlum: an ergo ob reſpectus humanos vis eos illo deſtitui?

7. Qui erubeſcit benè agere, erubeſcit etiam eſſe Chriſtianus, & quodammodo

Digitized by Google

odo vnà cum Petro negat Chriſtum. uid hoc pudore turpius?

8. Dominus dicit in Euangelio, Qui e erubuerit coram hominibus, eum ubeſcam & ego confiteri coram pa- e meo.

9. Pſalmus dicit, Deum confundere, & ſpernere illos, qui hominibus placēt. Et S. Paulus: *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.*

10. Cogita, quàm turpe ſit ob reſpectus humanos nolle facere, quæ DEO grata ſint, & Sanctis.

11. Promiſiſti in Baptiſmo, te renunciare Dæmoni, eiuſque operibus, ſolumque Deum amare velle: cur ergo non pudet opera Dæmonis exequi, diuina autem præſtare pudet?

12. Tota Scriptura clamat, vt ſoli DEO conemur placere, & mundum contemnere: & tamen erubeſcimus placere DEO, & mundo diſplicere.

13. Magna amentia eſt erubeſcere in bono opere; ea re enim æquè in hoc mundo, ac in altero reddimur contempti: non autem pudefieri in opere malo, eſt, vnde huius vitæ, & alterius pœnas nobis conciliamus.

14. Qui reſpectu humano arcentur à bono, quantum pudefient tunc in inferno?

15. Att

15. Ait Euangelium, *Seruum ſcientem Domini voluntatem, & non facientem, vapulaturum multis*, quid ergo illi fiet, qui ob reſpectus humanos neglexit facere voluntatem DEI!

16. Quotidiè dicis, *Fiat voluntas tua*, & tamen non facis illam, ad placendum hominibus.

17. Cogita, quantum in hora mortis ſis gauiſurus, cum recordaberis, te ob reſpectus humanos à bonis operibus non deſtitiſſe.

18. An putas Deum te velle donare priuilegiis, quibus nec filium ſuum, nec Sanctos vnquam donauit?

19. Putas te à Deo non videri? credis Deum, ludere? perſuadeſne tibi, te à Deo ob tales iniurias nō caſtigandum?

20. Cogita fieri non poſſe, vt bene ſit tibi apud DEVM, & pariter apud mundū: vt placeas Deo ſimul & mūdo.

21. Ob reſpectus humanos, ab edendo, ab ornãdo corpore, aliiſq; actionibus nō abſiſtis, & erubeſcis benè facere?

22. Si te quærentem theſaurum, alii irriderent, à cœpto nō deſiſteres, & pudet te quærere theſaurū diuinę gratię?

23. Conſidera ex vna parte Deum, & totum paradiſum: ex altera verò mundum, vtrius potius habenda ratio, nonne, prioris?

24. Ob-

24. Ob reſpectus humanos non ceſſas benè facere ei, qui te è vitæ periculo eripuiſſet: cur ergo ceſſabis DEO, qui non ſolum dedit, ſed etiam conſeruat vitam?

PARS VNDECIMA.

REMEDIA GENERALIA contra peccata, præſertim mortalia.

QVæ tradidimus contra Intemperantiam, vim quoque ſuam contra quodcunque peccatum, ſi applicentur, habent maximam.

Primum igitur generale contra peccata remedium eſt, occaſiones omnes peccati declinare, cum primis ſocietates malas fugere, bonas ſequi, otium vitiorum omnium fontem, continenti in re aliqua honeſta ſtudio, vitare.

2. Opem & auxilium à Deo; B. Vir. matre noſtra; Sanctis noſtris tutelaribus, contra peccata frequenti oratione petere.

3. Frequens Sacramentorum vſus, præſertim Confeſſionis.

4. Frequenter ob oculos ſibi ponere & meditari, amorem ſingularem, quo DEVS iuſtos proſequitur, beneficia ſingu-

ſingularia quæ illis in hac etiam vita contulit.

5. Præſtantiam virtutis, vitii fœditatem mente ſæpè recolere.

6. Vitam tot Sanctorum iam in cœlo cum Chriſto regnantium ſanctiſſimam, tot Sanctorum Epiſcoporum, religioſorum, Eremitarum &c. meditari; tot millium recordari martyrum, qui atrociſſimis tormentis maluerunt mori, quam inquinare animum vel vnico peccato mortali, ſcilic. negationis externæ fidei, quo peccato multa alia grauiora ſunt, quàm peccati ſordē facilè pænitentia potuiſſent poſtea eluere. Et tu, ſtulte adoleſcēs, inquinas te non vna, ſed pluribus noxis lethiferis, tam facilè, tam leui captus delectatiuncula, imò per ludum & iocum; tam parui gratiam DEI pendis, quam, ne vel ad breue tempus perderent, tot martyres vitam profuderunt.

7. Et optimum dum feruet tentatio remedium eſt, non ſolum intellectui, ſed etiam ipſis aliquo modo ſenſibus ad viuūm ſubiicere, nouiſſima, eaque quaſi præſentia forent ſpectare; preſertim æterna inferorum tormenta; quibus ſe cruciandū in perpetuum addicit, quicunque peccato mortali ſe aſtringit.

8. In

In memoriam reuocare graues
as; quibus Deus in ipſo actu pec-
in ſontes animaduertit. Reuo-
in memoriam exempla ſupra de-
ꝛta cap. 10. pa. 15.

Cogitare quibus bonis nos priuet,
ous malis ſubiiciat quodcumque
catum mortale quam ſit DEO exo-
n; vt diximus cap. 10. p. 16.

). Ponere ſibi ob oculos Deum præ-
tem, aut Chriſtum cruci affixum.

PARS XII.

EMEDIA AD EXTIRPAN-
dos defectus particulares.

Nueſtigare cauſam & radicem defe-
ctus, nam ferè ſolent in nobis vnum
vel duo vitia dominari, à quibus alia
omnia proficiſcuntur. Vnde illis extir-
patis, reliqua quoq;, facilè extirpãtur.

2. Memoria tenere remedia, quæ ſunt
contra illa, iiſque, cum opus eſt, vti.

3. Oppugnandum ſumere defectum
præcipuum, odio habendo ſimul reli-
quos donec expugnentur, vel ſaltem
debilitentur.

4. Sæpè renouare propoſitum vin-
cendi illos: iram item renouare contra
lum.

5. Sæpè

5. Sæpè cōgitare de remediis, eaque adhibere.

6. Maius particulare auxilium ad illum expugnandum à Deo petere.

7. Commendare ſe alicui peculiari ſancto, qui eodem vitio laborarit, gratia autem Dei fuerit ab eo liberatus.

8. Crebiò examinare conſcientiam de hoc peccato, conferendo vnum diem cum altero.

9. Imponere ſibi, ſi recidat, bonam pœnitentiam, accōmodatam peccato.

10. Magnum animum habere ad vincendum: id enim certum eſt victoriæ ſignum. Spem quoq; ingentem habere victoriæ conſecuturæ.

11. Perſeuerare in pugna, nunquam animo deiici, etiam ſi millies cadas quotidiè; Is enim ſolus vincitur, qui abiectis in terram armis ſe turpiter victum profitetur.

12 Quamuis tibi nullum progreſſum videare feciſſe, non ideò nullus erit Nam horologii vmbra, etiam ſi eam creſcentem non notemus, tamen creſcit. Similiter homines, arbores, gramina, creuiſſe animaduertimus, ſed actu creſcentia non videmus; Sic non videmus quomodo creſcat virtus, ſed ſi perſiſtamus, ſuo tempore notabimus eam.

Digitized by Google

eam creuiſſe. Quanquam in ipſo labore pugnaudi, in patientia, humilitate, non exiguus eſt fructus, imò magnum apud diuinam maieſtatem meritum.

PARS XIII.

DE MALIS PECCATI *venialis.*

PRimò obligat ad pœnam. vel præſentis vitæ, vel Purgatorii, quæ grauior eſt, vel etiam ad pænam inferni, quæ grauiſſima eſt, ſi homo in aliquo peccato mortali decedat.

2. Maculat animam ſicut mortale, totam obſcurat

3. Imminuit feruorem caritatis ſicut aqua flammam ignis.

4 Debilitat vires animi in bonis operibus exercendis: ſicut onus impoſitum reddit equum ad ambulandum tardiorem.

5. Retardat gloriam æternam, cùm detineat in Purgatorio.

6. Minuit bona æternæ gloriæ, quia poterat boni aliquid fieri, quo tẽpore commiſſum eſt peccatum veniale.

7 Eſt diſpoſitio ad peccatum mortale, & ideo conuenit, ab eo abſtinere, non

non conſiderando quod parua ſint, ſed quod DEVS, cui diſplicent, ſit magnus, vt dicit S. Hieronymus.

8. Magnum obſtaculum ponit recipiendę nouę gratię, vt Doctores traduat. nam, non licet vel pro omnibus huius mundi bonis peccatum veniale committere.

PARS XIIII.

REMEDIA AD CAVENDA peccata venialia

PRimum, mane proponere, ſe potius moriturum, quam ſcienter peccatum veniale admiſſurum.

2. Fugere occaſiones, negotia, & alias conuerſationes quæ cauſam præbent peccandi.

3. Statim dolere, ſi in aliquod peccatum lapſus fuerit, poſcere veniam à DEO, & proponere emendationem.

4. Examinare conſcientiam veſperi, & voluntariam aliquam aſſumere pœnientiam.

5. Crebrò commendare ſe DEO, & Sacramenta frequentare.

PARS

PARS XV.

DE MENDACIO ET MODO *celandi aliquando veritatem ſine peccato.*

PAtet, ex iam dictis cauendum diligenter adoleſcenti quodcunque mendacium, eſt enim ſemper peccatum, ſaltem veniale. Mendacium propriè eſt locutio contra mentem, cum videlicet aliud exterius loquimur ſeu ſignificamus, verbis, nutibus, vel alia ratione, aliud interiùs ſentimus. Vnde ſi dicas verum, cum putes aut dubites eſſe falſum, mentiris; quia contra mētem loqueris, aliter enim loqueris, ſcilicet affirmas aliquid; aliter in animo ſentis, ſcilicet vel dubitas, vel contrarium iudicas; ſi dicas falſum, cum prudenter credas eſſe verum, non mētiris, etiam ſi poſtea deprehēdas, quod dixiſti, falſum fuiſſe; quia contra mentem non loqueris

Mendacium triplex eſt; iocoſum, quod cauſa voluptatis vel ſuæ, vel alienæ, dicitur; Officioſum, quod cauſa vtilitatis vel propriæ, vel proximi; aut mali alicuius à ſe vel proximo auertendi gratia, profertur; vtrumque autem

autem tale eſſe debet vt nemini noceat; Pernitioſum, quod alicui iniuſte nocet. Hoc tertium eſt peccatum mortale, cum grauiter nocet; veniale, cum leuiter. Duo priora peccata ſemper ſunt, ita vt nec (vt poſt D. Auguſt. docent Theologi) pro conſeruatione vitæ propriæ, imò omnium hominum liceat vel ſemel officioſe mētiri; peccata tamen venialia ſolùm ſunt.

Lib. de mendacio cap. 6.

Non modò fugiendum mēdacium, ſed & amphibologia omnis, æquiuocatio, tacitaque mentis reſtrictio in ſermone; ſtudioſo virtutis adoleſcenti cauenda eſt. AEquiuocâ oratione vtitur, qui verba ambigua aut artificioſè compoſita, in alienam, à propoſito eius quo cum loquitur, ſententiam vſurpat: tacita mentis reſtrictione in ſermone vtitur, qui oratione exterius falſa, per aliquid tamen quod tacitè & mente ſola addit verâ, vtitur. v. g. Petit à te ſocius librum aliquem; cum poſſis illi commodàre vel concedere vel denegare, reſpondes illi, (non habeo) cum tamen habeas, mente ſubintelligendo, (quem tibi velim commodare) non mentiris, quia contra mentem non loqueris, nec enim librum habes ita vt velis illi commodare; verba tamen

men illa quæ effers, exterius falſa ſunt, habes enim librum, & tacita tua mentis in ſermone reſtrictione, ſocius deluditur. Calliditas hæc noxam mendacio non multò abſimilem continet; candida dedecet pectora, inimica veritati eſt, dictis hominum fidem penè omnem abrogat, ciuilem hominum inter ſe tollit è medio conſuetudinem. Hoc peccato peccat adoleſcẽs qui calliditate prædicta, præceptoris aut alterius in re litteraria aut alia præfecti, ex officio iureq; ſuo ſciſcitantis aliquid, interrogationem iuſtam conatur eludere. Placet tamen aduertere, non ita illicitam eſſe tacitam mentis reſtrictionem, vt nũquam prorſus ea liceat vti: licita eſt ex iuſtâ neceſſitate & ratione, ſi petens ius non habeat quærẽdi quod quærit, aut iniuſtè te cogat ad reſpondendum ſuæ petitioni. Si aliquis criminis verè reus, non iuridicè rogetur, poteſt reſpondere; non feci; mente intelligendo in carcere, &c. Noſti peccatum alicuius occultum; Inquirit iniuſtè de eo alter; inſtat importunè; potes reſpondere; te neſcire an fecerit; vel, non feciſſe, mente intelligendo, (eo modo vt illi poſſis dicere) vel aliquid ſimile. Accepiſti aliquid ſub ſecre-

to, quod ſi alteri diceres, fidem iuſtè datam violares, & alteri forſan nocumento eſſes; inſtat alius importunè vt hoc ſecretum illi patefacias; ſi neges te illi patefacturum, inimicitiam eius incurres; reſpondere potes; te neſcire; ſubintelligendo (ita vt poſſis illi patefacere) non enim ita ſcis. Quærit iniuſtè alius, an hoc vel illud peccatum, quod occultè commiſiſti; admiſeris; potes ſimiliter reſpondere, non feciſſe. Denique quoties iniuſtè cogeris, ad reſpondendum petitioni alicui; quoties, ſi ad mentem reſpondeas interrogantis te iniuſtè, impendes tibi malum, quod potes calliditate ſupradicta auertere; toties tacita mentis reſtrictione vti, licet in oratione.

PARS XVI.

DE GRAVITATE PECCAtorum quibus ſupra remedia ſunt præſcripta, quando ſcilicet ſint lethifera, & quando venialia.

PRimò de luxuria ſatis ſuprà diximus. Exceſſus in cibo, & potu, mortalis eſt,

eſt, quãdo corpori damnum infert notabile; ebrietas eſt mortalis, cum quis ex tanto potu, aliqua ratione præuidet ſe in ebrietatẽ incurſurum, & ad tempus rationis vſum amiſſurum, & tamẽ bibit, vel alios inducit ad bibendum. Veniales communiter ſunt reliqui exceſſus, cum quis nimis præproperè, lautè, ardenter, ſtudioſe comedit.

2. Inuidia eſt triſtitia de bono alterius, in quantum æſtimatur diminutiuum excellentiæ vel gloriæ propriæ, ſeu de bonis alterius, inquantum alter excedit ipſum in bonis, ſeu quod ab alio exceditur. Triſtari, non propriè de ipſo bono alterius, ſed de ſuo potius defectu, quod ſcilicet, non etiam ipſe bonum illud habeat, non eſt inuidia, ſed æmulatio, in ſtudio pietatis & litterarum & aliis rebus honeſtis, laudanda: v. g. videt adoleſcens ſocium, deuotum, doctum, præmia doctrinæ, diligentiæ, virtutis referentem, Præceptori aliiſque præfectis charum, &c. triſtatur de illo bono, non quia in altero ſit, ſeu alius habeat, ſed quia ipſe eo caret, ſeu quia in eo non eſt, bona æmulatio eſt, eò melior quò de bonis præſtantioribus eſt, nec enim æmulator tam de bono alterius

quàm de defectu ſuo maloque, quod non ſit deuotus, triſtatur, quæ triſtitia ſancta eſt; ſolum à bono proximi excitatur ad triſtitiam cōcipiendam ob defectum in ſe talis boni. Sic cum pueri aliorum laudibus mordentur, vel victi in lachrymas erumpunt, non quia alii excedunt, hoc enim inuidia eſt, ſed quia ipſi non proficiunt, ſicut illi, æmulatio bona eſt. Inuidia & æmulatio oriuntur inter æquales, vel ferè æquales, & præcipuè ex illis bonis in quibus eſt gloria & honor. Triſtari de bono alterius, vel delectari illius malo abſolutè, quia malum illius eſt, ex diſplicentia illius perſonæ, non inuidia, non æmulatio, ſed odium eſt; quod mortale eſt, cum quis graui malo alterius ſic delectatur, aut illud optat; veniale, cum leui. Inuidia in re graui lethifera eſt, ſi voluntate conſentiente concipiatur; eoque peior, quo in bonis maioribus, vt in bonis ſpiritalibus; in re leui, venialis eſt, vt pueris ſolet accidere, qui in leuibus ſolent inuidere.

3. Ira eſt appetitus vindictæ inordinatus; vt cum propria authoritate, vel ex odio, non ex amore iuſtitiæ, vult quis inferre malum ei à quo eſt ſibi malum illatum. Mortalis eſt, ſi malum

quod

quod optatur inferri, graue ſit; Venialis, ſi leue ſit; v. g. cum ex ira ſubita adoleſcentes mutuò paucis aliquot leuibusque ſe cædunt pugnis, abſque notabili damno, peccatum veniale eſt, dummodo graue malum inferre non optent, hoc. n. peccatum mortale eſt. Cauendum præſertim à percuſſione Clerici, hæc enim excommunicatione punitur; quanquam illa ſi leuis ſit, (v. g. puerum Clericum vno vel alio leui ictu percutere,) nec mortalis eſt, nec excommunicationem inducit.

4. Detractio eſt denigratio alienæ famæ, vt ſi alterius peccatū occultum aliis patefacias, vel à te confictum efferas. Peccatum eſt mortale, ſi id quod referatur, grauiter proximi famam lædat, ſiue verum ſit, occultum tamen, ſiue falſum; ſi id quod narratur parum lædat, erit veniale. Hinc fit primò narrare defectus veniales proximorum, vel generalibus ſolùm nominibus peccatorum pronunciare de aliquo, illum eſſe ſuperbum, auarum, iracundum, nō eſſe mortale, niſi conditio perſonę talis eſſet, vt in ea huiuſmodi defectus cenſeantur magni mométi; vt ſi quis diceret de viro graui & religioſo, aſſuetum eſſe mendaciis, tunc enim detractio eſ-

Digitized by Google

ſet lethifera. 2. Ob eandem cauſam ordinariè non eſt peccatum mortale reuelare defectus naturales (niſi inde aliquod notabile damnum ſequatur) ſiue illi defectus ſint animi, vt ſi verè, dicas quempiam eſſe ignarum, parui iudicii, parui ingenii; ſiue corporis, vt eſſe cæcum, gibboſum, &c. 3. Quando ratione conditionis perſonæ peccata, etiam mortifera, non cenſentur, notabiliter lædere famam, non eſt peccatum mortale horum reuelatio: vt ſi quis dicat militem commiſiſſe duellum, habere concubinam; vel de quibuſdam iuuenibus, verbi cauſa de iis, qui venerea non ducunt dedecori, ſed potius de illis aut alio peccato ſeſe iactitant, referas rem veneream, aut aliud peccatum de quo ſe iactant, non eſt peccatum ſaltem lethiferum. 4. Præ cæteris vitiis peccata carnis maximæ ſunt infamiæ perſonis honeſtis, ſuntque quædam perſonæ, quæ ex quibuſlibet inhoneſtis infames redduntur, vt moniales, puellæ honeſtæ, religioſi ſui nominis curam habētes, & huiuſmodi: quare ſi quid venereum vel falſum, vel verum occultum de his referatur; facilius detractio fit mortalis, quam ſi aliquod aliud peccatum m. referretur. Minuitur

nuitur grauitas detractionis, ſi res non aſſerendo ſed dubitando, vel ex auditu aliorum, præſertim, qui parum fide digni ſunt, referatur, ſi etiam apud vnum tantùm non apud multos, licitum eſt reuelare peccatum occultum alicuius, cum neceſſarium eſt vel ad eius emendationem ei qui poteſt mederi, vel ad conſilium in animæ tuæ ſalutem à ſecreta perſona petendum. Si hæc eadem peccati reuelatio, vni ſecretæ perſonæ fiat in eoſdem fines, ſine neceſſitate imprudenter & indiſcretè, peccatum veniale ſolum eſt, dummodò aliud notabile damnum ei, cuius reuelas peccatum inde non immineat.

Audiens detractorem ſi illum inducat interrogando vel alio modo ad detrahendum, vel ſaltem placeat ei detractio, vel magis, vel non multò minus peccat quàm ipſe detraheret; ſi verò non placeat ei peccatum, ſed ex timore vel negligentia, vel etiam verecundia quadam omittat repellere detrahentem peccat quidem, ſed plerumque ſolùm venialiter; quandoque hoc poteſt eſſe mortale, v. g. propter aliquod periculum graue, quod audiens norit conſequens. Proxima de-

Digitized by Google

tractioni eſt contumelia, quæ eſt dehonoratio alicuius v. g. cum quis exprobrat alteri peccatum aliquod, tu es fur, &c. vel defectum aliquem, tu es ſpurius, hebes, &c. Hæc noxa lethifera eſt, ſi exprobratio grauem dehonorationem contineat; venialis, ſi leuem. Quando ratione conditionis, perſonæ exprobatio rerum etiam grauium, non cenſetur notabiliter dehonorare, illa nõ eſt lethifera; v. g. ſi puer dicat ex ira fratri ſuo, tu es filius meretricis; contumelia hæc non eſt grauis: ſic ſæpè graues non ſunt cõtumeliæ inter perſonas vilis fortis, vt inter viles famulos, pueros qui ſæpè rixari ſolent, & inuicem conuitiis ſe conſpergere, vt in os veniunt, quibus perparum ſolet adhiberi fidei, &c.

5. Iuramenta non ſunt modi iſti loquendi; certè, in veritate, &c. nec etiam iſti, in conſcientia mea, in fide ingenui viri, in bona fide, in fide mea; Imò nec iſte, per fidem meam, fides enim humana ſignificatur: ſi tamen fidem Chriſtiãnam intelligeres, iuſiurandum proferres; quin & ſi, putãs te per prædictos alios loquẽdi modos iurare, id eſt, Deum in teſtem inuocare, illis vſus es, reipſa, iuraſti; & ſi mendaciũ illis con firmaſti,

maſti, peieraſti. Iuramenta ſunt; per fidem Chriſtianam, moriar, diabolus me auferat, per Crucem Chriſti, &c. Iuſiurandum diligenter cauendũ, ſi quod verò vnquam efferas, vide ne contra mentem tuam, ne malum, ne ſine neceſſitate iures. Contra mentem iurare, peierare eſt; periuriũ omne peccatum mortale eſt: quare ſi quid, etiam leuiſſimum, quod putas vel dubitas falſum eſſe, iuramento confirmes, peccas m. ſi aliquid etiam leue, facturum te aſſeras, vel promittas cum iuramento, quod tamen cum iuras non intendis præſtare, noxa lethifera te inquinas, hæc enim, periuria ſunt; ſi quid iuraſti quod prudenter credebas omninò verum, etiamſi poſtea comperias fuiſſe falſum, non peieraſti; ſicut contraria ratione, ſi quid iuraſti, quod putabas aut dubitabas falſum, etiam ſi poſtea verum fuiſſe agnoſcas, peieraſti. Promiſſionem iuramento firmatam tempore ſuo non implere, ſi fuerit de re graui & honeſta, mortale eſt; ſi de re leui, veniale: honeſtum eſt non implere, ſi fuerit de re mala, vt de vindicta aliqua ſumendâ; vel de re minùs bona & honeſta; ſeu quam non præſtare melius eſt quàm præſtare; ſic non debet iuramen-

tum implere, qui iurauit ex ira ſe non commodaturum ſocio librum, vel non amplius cum illo colloquuturum. Iuramentum, etiam non obligat quoties poſt illud emiſſum occurrit aliquid quod rationabiliter obſtat executioni iuramenti. Aduerte tamen, hæc & ſimilia iurare ſine intentione cum iuras præſtandi, mortale ſemper, etiā in re minima, eſſe, quia ſemper eſt peierare. In peccato mortali religionem iuramenti inducere, v. g. crimen alterius occultum cum eius notabili infamia, cum inreiurando reuelare, aut peccatum aliquod lethiferum ſe admiſſurum iurare, duplex peccatum mortale, eſt, quia in malo graui iuras. Iurare ſine neceſſitate peccatum eſt, non lethiferum, ſed veniale, modò nec malum, nec falſum iures, intra rationem tamen venialis graue valdè eſt.

6. Qui vtitur fraudibus in ludo, contra leges ludi peccat, teneturque tum ad reſtitutionem eius, quod ſic lucratus eſt, tum etiam ad reparationem dāni quod incurrit, qui alioqui lucraturus erat; quia eſt huius damni cauſa iniuſtè, ſi tamen erat dubium an eſſet lucraturus non tenetur ei rem ſuam quam

quam expoſuerat dare, tenetur tamen rem, quam ab eo ſic lucratus eſt, reſtituere. Fraus in ludo noxa mortalis eſt in re notabili, venialis in re leui. Fraudes tamen ſeu aſtutiæ communi conſuetudine receptæ, vel in quas expreſſe aut tacitè ludentes conſentiunt, ſunt licitæ, nec reddunt obnoxium reſtitutioni, vt ſi videat colluſorem errantem in numerandis ſignis, & non moneat, quia nō cenſetur ludenti prodeſſe quod per negligentiam non aduertit. Vel ſi quis aduertens ſe certò lucraturum, roget aduerſarium velit ne deponere duplum. Hoc tamen non eſt vniuerſè verum, ſed tātùm vbi conſuetudine id eſt receptum. Qui ſimulat ſe parùm peritum, ſicque alterum pertrahit, qui alioqui ludere noluiſſet, tenetur ad reſtitutionem eius quod ille fraude alterius perdit.

Peccat mortiferè filius, qui notabilem ſummam accipit occultè ex bonis parentum, ipſis meritò inuitis, & tenetur ad reſtitutionem, eſtque verè furtum; ſumma verò quæ ſi ſubripiatur à ſeruo, erit notabilis & furtum mortale; nō ſemper erit notabilis nec furtum mortale, accepta à filio, parenti, præſertim prædiuiti. Peccat etiam lethiferè filius,

rè filius, ſi expendat in res malas, aut vanas, vt in ludum, compotationem, &c. notabilem ſummam contra voluntatem parentum ex iis pecuniis, quas parens ei ad honeſtos vſus dedit, v. g. ad emendos libros, veſtes, &c.

Hæc de prædictorum vitiorum qualitate dicta ſufficiant; quæ placuit adnotare, quia aliqui ignoratione culpabili grauitatis harum noxarum, in illas facilè corruunt, quas, ſi ſcirent, vitarent, alii ex conſcientia erronea grauiùs multò delinquunt, quàm delinquerent; v. g. qui putat iurare ſine neceſſitate eſſe peccatum mortale, iurando peccat mortaliter, qui ſi ſciuiſſet ſolùm eſſe veniale, peccaſſet ſolùm venialiter. Idem dicẽdum eſt de aliis quibuſcunque noxis venialibus. Nec rarò adoleſcentes ex ſimili conſcientia ſeu iudicio falſo peccant mortiferè, quare operæ pretium iudicaui, eos prædicta docere, non quò conſcientias illorum laxarem, ſed informarem.

Nemo porrò leues ducat noxas, quas veniales cum Theologis nuncupaui. Hæ veniales nuncupantur, ſolùm vt à lethiferis ſecernantur; ſolùm quod Deo infinitè non diſpliceant; hoſtes Dei nos non conſtituant; æternis nos non

non addicant ignibus: Veniales non dicuntur, quod leue quid ſint, ideoque leui ſit ducendum religioni eas admittere; grauiſſimum malum, ſummopereque fugiendum eſſe, noxam quamcunque, facilè comprehendet, qui expenderit noxam quamcunque DEI Maieſtatem infinitam offendere; DEO grauiter, licet non infinitè vt peccatū mortale, diſplicere; ignibus purgatorii nos addicere; aliaque alia grauiſſima mala, quæ ſupra p 13. deduximus adducere. Adde eiuſdem ſpeciei, vt docēt Theologi, ſæpè eſt peccatum mortale & veniale, & in grauioribus venialib. delinquentem parum à mortalibus abeſſe; v. g. Detractio in re non ita graui, vt notabilis cenſeatur, venialis erit, non longè tamen diſtans à mortali, vnde eadem ſi creſcat aliquanto, ita vt notabilis fiat, lethifera erit; Idem de deceptione in ludo, odio, furto, &c. dicendum; Sanè quàm grauiter DEO ſit exoſa, v. g. iuramenti ſine neceſſitate prolatio, vel Diaboli ore tenus, non ex animo, imprecatio, quamque graue malum ſit, quod tamen veniale peccatum eſſe ſupra diximus, (idem autē dicendum de aliis ſimilibus noxis, licet non lethiferis, vt detractione,

Digitized by Google

contumelia, deceptione, &c. non lethiferis, ſimilia enim peccata ſimili odio Deus proſequitur, ſimiliaque mala ſunt) patet ex grauibus pœnis quibus DEVS in huius noxæ ſontes animaduertere voluit; Memineris adoleſcens, quid contigerit in Sileſia nobili illi, qui ore tenus, temerè in hæc verba proruperat, in quæ nòn raro prorumpunt aliqui, (*veniant igitur omnes dæmones*) quid illis aliis duobus, ob dæmonem, ore ſolùm tenus, non ex corde inclamatum, vt in hoc c. p. 8. retulimus. Ex graui ſanè animaduerſione cognoſcet, quam graue malum ſit, quamque Deo exoſum hoc peccatum, ex eo ſolùm quod Deo non infinitè diſpliceat, nec æterna pœna puniatur; veniale nuncupatum; & conſequenter quàm grauia mala, quamque Deo exoſa ſint reliqua peccata ſimilia; venialia nuncupata. Vindictæ illæ ſupra notatæ leuiores ſunt, pœnis, quibus in periuros animaduerſum retulimus in eodē capite ex autoribus fide digniſſimis, Bēcio, in ānal. Societ. IESV, Bonifacio hiſtor. Vir. lib. 4. c. 9. & Martino Delrio diſquiſ. Mag. lib. 3. p. 1. q. 7. ſ. 1. quia periurium lethiferum eſt peccatum, graues tamen valdè ſunt, grauitateque

ſu a

Digitized by Google

ſua graue odium DEI in hæc peccata teſtantur; teſtantur etiam quam præſtò adſit Dæmon ad ea quæ ab iſtis imprecatoribus, ore licet tenus, optantur inferenda mala; quod placet hoc alio exemplo ex annuis litteris Societ IESV hoc anno Romà acceptis deſumpto, confirmare.

In annuis litteris Societ. Ieſu hoc ãno Romà acceptis. in hiſt. Collegii Auenionenſis.

Nobilis adoleſcens, cum cœlo tonante, calceos induere:, & cacodæmoni alterum quia anguſtior eſſet, deuouiſſet, (quod ſæpè iuuenes imprudentes faciunt) *audita verba ſenſit, fulmen enim maxima vi in pedem incidit, calceumq; exuit, & qua vi deciderat, eadem dimidiatum calceum carpentoratum detulit ad Energumenum, quem vt vidit; Benè habet* (inquit) *reliquus calceus meus erit.* Diſce adoleſcens, nõ euocandum tam facilè tam facilem ad inferenda, ore tenus optata, ſupplicia, hoſtem.

PARS VLTIMA.

QVOMODO PRÆDICTA *peccata ſint explicanda in confeſſione.*

IN peccati mortalis confeſſione explicari debent tria; grauitas, ſpecies, numerus; Primò dici debent ea, ex

quibus

quibus Confeſſarius iudicare poſſit, an peccauerit mortaliter, vel venialiter; in qua peccati ſpecie; & quoties. Exempla ponamus in confeſſione peccati luxuriæ & detractionis. Qui confitetur ſe delectatum, v. g. rebus turpibus cogitatis. 1. Debet aperire an omnino inaduertenter, aut renitente voluntate; an ſemi plenè aduertenter voluntarieque; an denique plenè, aduertẽter, voluntarieque delectationem cœperit; primum enim nullum eſt peccatum; 2. Veniale 3. eſt mortale. Idem eſt faciendum in explicatione cuiuſcunque actus grauiter mali qui poſſit fieri inuoluntariè, vel inaduertenter, vt inuidiæ, odii, periurii, &c. Inde enim pendet an ſint peccata grauia an leuia; Inde pendet an v. g. inuidia in re graui ſit peccatum, & quàm graue.

2. Non ſufficit dicere, delectatus ſum rebus turpibus cogitatis, lectis, &c. concepique deſideria turpia, ſed debet dici, quarum rerum turpium erat deſiderium & delectatio, an cogitatæ pollutionis in ſe vel in alio; an peccati cum fœmina coniugata, vel cœlibe, conſanguinea, religioſa, &c. hæc enim omnia peccati ſpeciem mutant; an ſolum delectatus fuerit, an verò etiam

prauum

prauum deſiderium conceperit; an deſiderium complere tentauerit, aut etiam compleuerit? hæc enim omnia diuerſa ſunt. Dicendum an cum pollutione, prauum aliquod aliud deſiderium habuerit, &c. 3. Explicandum an ſocium peccati adhibuerit, excitauerit; quoties hoc vel illud peccatum diuerſis temporibus commiſerit, eodemque tempore iterauerit; v. g. quoties deſideria praua interruptis vicibus multiplicauerit. Similiter, qui peccatum detractionis confitetur, explicare debet, an grauis vel leuis fuerit detractio; quoties, quot perſonarum famam, quotque aſtantibus grauiter læſerit; an grauiter vel leuiter alium percuſſerit: an Clericum, &c. An ſine neceſſitate, an verò etiam ſine veritate iurauerit; credens eſſe verum quod aſſerebat, aut dubitans, &c. Denique ea omnia explicet pœnitens, quæ ſupra diximus reddere noxam venialem, aut mortalem; an admiſerit aliquid putās eſſe peccatum lethiferum, quod non erat alias; ſpeciem, & numerum peccati, vt poterit, patefaciat; iuxta ea etiam quæ dicta ſunt ſupra c. 4. p. 5. In quo cap. examen pro confeſſione facienda propoſitum eſt, non quod longa

eorum

eorum omnium quæ in illo habentur, ſeries ſit texenda, ſed vt quiſque ea, præſertim grauiora, in quæ incidit, excipiat, & confiteatur, longa vitata, vt poterit, ſerie; & vt qui ob defectuum propriorum cognitionem, (etiamſi his ſcateant) vix inueniunt in confeſſione de quo ſe accuſent, & in examine quotidiano, in quo examine ſtatum tempus impendant, in penitiorem ſui notitiam veniant.

CAPVT

CAPVT XII.

EXERCITIVM PARTIS REGVLAE VIII.

De virtutibus quibus lucere debent Sodales, vti de miſericordiæ officiis erga pauperes, ægros, & vita functos exercendis

PARS PRIMA.

VIRTVTES QVÆ SODALES maximeq́; adoleſcentes decent.

ANte omnia ſe offert Dei timor, non tam virtus, quam virtutum omnium fons, & principium. *Initium ſapientiæ*, ait Dauid, *timor Domini*. Quam ſit hic omnibus neceſſarius, innumeris propè locis ſacra ſcriptura docet. *Si non*, inquit Sapiens, *in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua*. Timor autem hic duplex eſt; Seruilis, pœnæ ſcilicet, ideoque imperfectus, & aliquando deſiturus; & Filialis, culpæ nimirũ, perfectus, perpetuus. Prio-

1. Timor DEI.

Priorem, excitant tria potiſſimè. Vindicta quam exercuit DEVS, etiam in hoc mundo, in peccatores: Meditatio mortis & iudicii: & conſiderata pœnarum gehennæ æternitas. Filialem tria ſimiliter animæ ingenerant: admirabilis Dei poteſtas & imperium in omnes & ſingulos homines, ipſorumque penitiores conceptus & cogitationes; inæſtimabilis pretii gratiæ Dei vera cognitio, a qua excidere, ſupra res mundi omnes extimeſcere debemus; verum enim eſt illud B. Thomæ pronunciatum; bonum gratiæ vnius, maius eſt quàm bonum naturæ totius vniuerſi: poſtremò peccati horror, & deformitas, & quod nihil magis eo oderit Deus, cuius vel vmbram in filio ſuo vnigenito animaduerſam Pater æternus ad ipſam vſque Filii eiuſdem ſui dilectiſſimi mortem perſecutus eſt. Odium id peccati agnoſcens Dauid; *Mane* inquit, *aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* (Pſalm. 5.)

2. Humilitas.

Ex hoc Dei timore, naſcitur ſumma in hominibus cura bonæ conſcientiæ, ſui cognitio, ipſaque virtutum omnium origo & cuſtos humilitas: ad quam via, teſte D. Bernardo, eſt humiliatio, (Serm. 34. in Cant.)

&de-

& depreſſio. Vnde qui non poteſt humiliari, non poterit vnquam ad humilitatem, prouehi. Alii cum rancore humiliantur, alii patienter, alii libenter. Primi rei ſunt ſequentes innoxii, tertii iuſti. Qui autem dicere poteſt, *Bonum mihi Domine, quia humaliaſti me*, is verè humilis eſt. Non poteſt id dicere qui inuitus tolerat, multo minus, qui murmurat. Hæc ſanctus vir omnia.

Humilitatem ſequitur Obedientia, ipſius Princeps filia, de qua ſuperius aliquid diximus. Vnicam, tantum veri obedientis deſcriptionem ex D. Bernardo adiiciemus. *Verus obediens*, ait, *mandatum non procraſtinat, ſed ſtatim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & ſe totum intùs colligit, vt mandatum peragat imperantis, neq; attendit quale ſit, quod præcipit, ſed hoc ſolo contentus eſt, quia præcipit.* 3. Obedientia.

Obedientiam comitatur Patientia, altera humilitatis filia; ad quam egregia eſt B. Auguſtini exhortatio. *Fili ſi ploras, non cum indignatione, noli cum typho ſuperbiæ vnde plangis? quod pateris medicina eſt, non pœna, caſtigatio, non damnatio. Noli repellere flagellum, ſi non vis repelli ad hæreditate; noli attendere quam pœnã habeas in flagello: ſed quem locum in teſtamento.* 4. Patientia. Super Pſal. 99.

Supe-

5. Sobrietas.

Superiores ſequitur Sobrietas, corporis tutela, pudicitię munimentum, magiſtra ingeniorum, vitiorum profuga, virtutum omniū ſingulare ſubſidium.

6. Caſtitas.

Sobrietatem conſequitur Caſtitas, cuius pulcherrimæ virtutis conſeruandæ ſtudio innumeri vtriuſq; ſexus viri & fœminæ pueri & puellæ non modo corporis voluptates mundique delicias auerſati ſunt, ſed etiam familiæ, generiſque propagationem, quæ tanti apud homines ducitur; immò vitam ipſam, qua nihil carius homini, contempſerunt; imò leonibus, flammis, gladiis, horendiſque cruciatibus non libenter tantum ſed alacriter etiam obiecerunt. Caſtitatem autem ſex conſeruant, ait Caſſiodorus, Sobrietas, operatio, aſperitas, cultus, inhibitio ſenſuum, raritas ſermonis, euitatio oportunitatis, perſonæ, loci, & temporis. Eandem iuuant, & augent Oratio, Meditatio nouiſſimorum, cultus B. Virginis, Mortificatio interior cogitationum & affectionum, Mortificatio externa corporis, aſperaque ipſius tractatio per ieiunia, vigilias, cilicia, verbera, &c. & frequens Sacramentorum vſus.

Super Pſalmos.

Maximè illuſtrat & hominibus gratos

Digitized by Google

tos efficit omnes ſui ſtudioſos Manſuetudo. *Manſueti autem ſiue mites ſunt*, ait B. Auguſt. *qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt in malo, ſed vincunt in bono malum.* Et B. Hieronymus: *Mitis eſt quem, non rancor, vel ira afficit, ſed omnia æquanimiter ſuſtinet, nõ irritat nec irritatur, non nocet nec nocere cogitat.*

7 Manſuetudo.

Omnes has virtutes ornat, & decorat Modeſtia, vox quædam corporis & animi motus, ait B. Ambroſius, & ex motibus externis homo cordis noſtri abſconditus aut leuior, aut iactantior, aut turbidor, aut contra grauior, & conſtantior, & purior, & maturior æſtimatur. Immodeſtia malam naturam indicat, naturam bonam corrumpit. Adoleſcentes autem maximè decet & ornat modeſtia, quibus, etiamſi pauperes & abiectæ conditionis ſint, plurimum ornamenti accedit ex benè compoſitis moribus. Contra quoſcunque etiam diuites & nobiles deformant argumenta omnia immodeſtiæ, & incompoſiti animi, qualia ſunt contentiones, maledicta, conuitia, reſponſationes aduerſus imperata maiorum, iniuriæ in alios irrogatæ, arrogantia, contumacia, quæ omnia modeſtiæ contraria B. Paulus dicit. Maxi-

8. Modeſtia. 1. Offic. 11.

Maximè autem omnium modeſtię aduerſantur, verba aut geſtus turpes, quos inter turpiſſimus, & modeſtiæ inimiciſſimus, ludus deſultorius. ſiue ſaltatio, viua imago leuitatis, *Vbi ſaltatio (ait B. Chryſoſt.) ibi Diabolus*. in veſtitu denique non minus neceſſaria eſt adoleſcentibus modeſtia; Nam S. Hieronymus iuuenes nimium ornatos, comptoſque, peſtes vocat, & venena pudicitiæ. Quod ſi periculum tale in veſtium cultu tibi non adſit vt perpetuum, certè eſt peccatum adſit inanis gloriæ, ſine qua S. Gregorius delicatas, & ſumptuoſas veſtes nunquam eſſe cõfirmat.

Hom. 40. in Euang.

9. Conſtãtia & perſeuerãtia.

Has omnes coronat Conſtantia, ipſiuſque, teſte D. Bernard. filia perſeuerantia. Sicut enim væ his dicit Scriptura, qui perdiderunt ſuſtinentiam: ita beatus à Domino dicitur qui perſeuerauerit vſque in finem *In caſſum ergo bonum agitur, ait D. Gregorius ſi ante vitæ terminum deſeritur*. Et B. Hieron. *Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed Finis; non inchoaſſe, ſed perfeciſſe virtus eſt*. Danda igitur eſt enixè Sodalibus opera, vt in bono, quod per Dei gratiam inchoarunt, ac in pietatis exercitiis, quæ in hac Congregatione ſuſceperunt, conſtanter vſque ad vltimum vitę

Lib. 1. Moral. c. vlt. Ad furiam.

diem

diem perſeuerent, *Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo*, ait Sapiens, *frater eſt ſua opere diſſipantis.* Molles ſunt ac flaccidi, qui ad primam tentationem ſuccumbunt, qui quamcumque in partem à prauis Sodalibus trahi ſe ſinunt, quos ſtatim laborum tædet, qui minimo negotio à bono propoſito deſiliũt; qui denique manum mittentes ad aratrum, ſtatim reſpiciunt retrò; ac propterea, teſte Deo ipſo & iudice ſummo, apti non ſunt regno Dei. Prou. 8. Luc. 9.

Quapropter, qui perſeuerare vult in finem, opus in primis habet animo alacri, generoſo, conſtanti in Dei timore, cultu, obſequio, ac bonis operibus exercitato & aſſuefacto, qui vim ſibi nõnũquam afferat; qui nec impiorum improbriis, nec multitudine peccantiũ nec dæmonum fremitibus, nec mundi, carniſque blanditiis, nec denique moleſtiis, ac difficultatibus vllis fatigatus acceptum ſemel Sãctæ vitæ propoſitum deſerat; obiiciatque illud Saluatoris oculis ſuis perpetuò, *Regnum cælorum vim patitur, & violenti* (non molles, non diſſoluti, non inconſtantes) *rapiunt illud.* Deinde vtile ac neceſſarium eſt, vt quò propius ad metã accedit, eò curſum intendat magis, nũ-

Y quam

quam verò remittat, ne fortaſſis in tam propinqua victoria alius brauium auferat. Hinc B. Franciſcus poſt ſtigmata dominicæ Crucis in corpore acIn vita eius c. 14. cepta, poſt multorum annorum labores maximos, paulò ante mortem dicebat fratribus; *Incipiamus, fratres, ſeruire Domino Deo noſtro, quia vſque nunc parùm profecimus.*

9. Charitas.

Lib. de laude charitatis.

Vniuerſæ legis plenitudo eſt charitas Dei & proximi, in qua commendanda totus eſt Chriſtus, S. Ioannes Euangeliſta, S. Paulus, cæteriq; Euangeliſtæ, Apoſtoli, Doctores. *Sola enim eſt,* ait B Auguſtin. *quæ vincit omnia, & quæ vbicunq; fuerit, trahit ad ſe omnia. Scientia ſi ſola inflat, quia vero charitas ædificat ſcientiam non permittit inflari. Non numeroſitas operum, non diuturnitas temporum, ſed maior charitas melior q; voluntas auget meritum. In charitate pauper eſt diues, ſine charitate omnis diues, eſt pauper.* Hæc omnia B. Auguſtinus. Videant ex his quàm cæci, & amentes inſaniq; ſint, qui charitatem Dei vel proximi tam facilè lædunt, lacerant, violant. Efficax & ex toto corde (vt iubemur) charitas erga Deum, obſeruatione præceptorum DEI, oblationeq; prompta ſui ad ſeruitutem

Dei,

Dei, tanquam vltimi finis ſui, (quæ oblatio deuotio nuncupatur) continetur. Charitas erga proximum, in operibus miſericordiæ tum ſpiritalis, tum corporalis exercendis conſiſtit; de deuotione ſeu deuota aduerſus Deum charitate, & officiis miſericordiæ; quia multa ſunt dicenda, de illa ca. ſeq de iſtius in hoc c. tractabimus, poſtquam media, ad ſupradictas virtutes omnes comparandas indicauerimus.

PARS SECVNDA.

ADIVMENTA OCTO AD has virtutes comparandas.

SIcut ſola apud Deum libertas eſt, ait B. Hier. *non ſeruire peccatis? ita ſumma apud Deum eſt nobilitas, clarum eſſe virtutibus.* Scientia ergo, & omnis eruditio, generis & familiæ ſplendor, honores & diuitiæ, & quicquid in mūdo, magnum eſt, & excelſum, magno illi excelſoq; Deo, & Angelis eius fœtet, ſi à vera virtute deſtitutum ſit. Ad Celantiam.

Quocirca Chriſtianorum omnium prima & poſtrema cura, induſtria, ſolicitudo, ſtudium, in vna virtutis exercitatione collocari debent, vt nimirum quotidiè eant de virtute in virtutē donec videatur Deus Deorū in Sion. Ea eſt Pſal. 84.

ſcientia, ea veritas, quam per coæternam ſibi ſapientiam, Chriſtum Ieſum, dedit Deus in ſalutem plebis ſuæ: cuius ſcilicet beneficio, *ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum* (dæmonum, & vitiorum) *liberati, ſeruiamus illi omnes in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus vitæ noſtræ.*

Luc. 1.

Adiumenta autem ad harum virtutum, acquiſitionem oportuna non pauca ſunt. 1. eſt, maturum earum ſtudiũ, à primis ipſis (quo ad fieri poteſt) annis. Mollis enim & flexibilis adhuc ætas, antequam flagitiis, prauiſq; moribus corrupta ſit, ad virtutẽ, & omne bonum eſt aptiſſima. Propterea Propheta Hieremias; *bonum eſt*, inquit, *viro cum portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua.*

1. Adiumentum. Maturum virtutis ſtudium.

Thren. 5.

2. Aſſidua virtutũ exercitatio & cultus, quocirca quoties datur occaſio (& datur ea ſæpè, & propè quotidiè) aliquos virtutum harum actus facere Sodales debent, vt longo earum vſu, & frequentatione actuum, ſenſim habitus quidam virtutis comparetur; quem conſequi & excipere ſolet oblectatio quædam, & facilitas cuiuſque virtutis exercendæ.

2. Aſſidua earum exercitatio.

3. Vſus quidam & conſuetudo bonorum

rum virorum, quorum exemplis, monitis,& reprehenſionibus nõnunquam ad virtutis perpetuum ſtudium inflammemur. Ea fuit ſanctorum quotidiana praxis,vt veluti ſimulacra quædam ſpirantia & actuoſa, proborum virorum, ſiue Superiorum & magiſtrorum, ſiue ſibi æqualium, ac etiam inferiorum, mores obſeruarent, & ad eorum normam ſuos poſtea componerent. 3. Vſus & conſuetudo bonorum.

4. Priuata conſuetudo, & vſus amici alicuius intimi, virtute & moribus conſpicui, qui ſincerus ſit & fidelis, ac egregiè in Domino amicus. De quo Spiritus ſanctus: *Amicus fidelis, protectio fortis, qui inuenit eum, inuenit theſaurum.* Inter duos ergo amicos lex ſit & vinculum mutuò ſeſe obſeruandi, notandi, admonendi, reprehendendi; ac ſingulis ſeptimanis præſtituto die aliquo ſincerè, & candidè aperiendi, ſi quid præter virtutem & officium in geſtu, verbo, opere ab alterutro factum ſit, quouis loco, & tempore. Incredibile, eſt quanta eius intimæ & ſanctæ amicitiæ vtilitas ſit, & voluptas. Tali inter ſe amoris vinculo nexuque coniuncti fuerunt olim duo illa Orientis lumina, Baſilius, & Gregorius. 4. Priuata cõſuetudo alicuius amici. Eccleſ. 19.

5. Quotidiana ſui ſub veſperum diſ-

5. Quotidiana ſui profectus diſcuſſio. cuſſio; quantum ſcilicet ſingulis diebus in virtutis operatione vel promouerimus, vel receſſerimus.

6. Nouiſſimorum Meditatio. 6. Stimulos mirabiles ad virtutum cultum ſufficit crebra nouiſſimorum meditatio; vt nimirum quas tunc optabimus virtutes, & earum multiplicata opera, iam nobis ea conquiramus, & amplificemus. Propterea ſequenti parte ſubiicimus de iis aliquid.

7. Exempla Chriſti, B Virg. & SS. obſeruãda. 7. Vitæ Chriſti, & B. Virginis, Sanctorumque exempla, tanquam perfectæ virtutum omnium ideæ, perpetuò oculis noſtris propoſita eſſe debent.

8. Oratio. 8. Denique frequens SS. librorum lectio, verbi Dei auditio, Sacramentorum frequentatio, & oratio, eximia ſunt ad virtutes omnes comparandas vel conſeruandas præſidia. Præclara eſt, & planè aurea B. Thomæ Aquinatis oratio, cuius initium (*Concede mihi miſericors &c.*) ad virtutes propè omnes obtinendas aptiſſima. Eam tu pete ex Officio B. Virginis, ac ſi voles, quotidiè & verbis, & factis exprime; petas & inde oratioes ad varias virtutes obti inendas.

PARS

PARS TERTIA.

DE CORPORALIBVS MISEricordiæ operibus.

MIſericordiæ opera ad corpus ipſum ſpectantia, ſunt. *Eſurientes paſcere, Potum dare ſitientibus, operire nudos, Captiuos redimere, Hoſpitio peregrinos excipere, Aegros inuiſere, Mortuos ſepelire, Omnibus deniq; miſeris pro facultate, & neceſſitate ſubuenire.* Propria autem Chriſtianorum ſunt hæc officia, quibus proinde à Chriſto Domino dicitur; *Eſtote miſericordes, ſicut et pater veſter miſericors eſt.* Et iterũ; *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Nam in primis miſericordiæ opera alumnis ſuis vitam æternam conciliant, ſicut colligitur ex vltima magni Iudicis ſententia. 2. Per ea ſatisfacit homo pro peccatis ſuis, & ab igne purgatorio liberatur. 3. Augetur per eadem fiducia in Deum, ac internum animi gaudium. *Eleemoſyna*, ait Tobias, *ab omni peccato liberat, fiduciaq; magna erit coram ſummo DEO omnibus facientibus eam.* 4. Conſequitur per ea ſæpè

Lucæ 6. Matth. 5. Eximia bona operum miſericordiæ. Matth. 25. Tobiæ. 4.

homo bonorum temporalium copiam, quod innumeris exemplis probari poteſt.

Conditiones in exercitia miſericordiæ neceſſaria.
1. Propter Deum. 2. Abũdãter
3. Hilariter.
4. Humiliter.
5. Ex bonis proprii.
6. Sine ſpe remunerationis.

Cæterum vt tantos fructus ea pariant, debent primùm præſtari ex vnius Dei amore, ſiue propter Deum, non ob humanum aliquem reſpectum, cognationis, affinitatis, priuati amoris &c. 2. Abundanter, ſecundum cuiuſque facultates, & proximorũ neceſſitates. 3. Alacriter, hilarem enim datorem diligit Deus. 4. Cum magna humilitate; Diues enim dat rem vilem, & accipit regnum cœlorum; vnde non eſt, quod pauperibus ſe præferat, quia plus ab illis accipit, quàm donet. 5. Ex bonis propriis, non alienis; *ſecus ſi fiat* (ait B. Iſidorus) *non eſt officium miſerationis, Iniuſtitia eſt ad reſtitutionem obligans.* 6. Sine ſpe remunerationis ſibi à proximo faciendæ, alioqui mutuum eſſet, non eleemoſyna. Poteſt tamen à paupere ſperari oratio. Vtile autem eſt, ad has conditiones exactè ſeruandas, in quouis paupere quamtumuis vili, & lacero, Chriſtum Dominum mentis oculis intueri, qui dixit iuramẽto etiam interpoſito, ad fidem magis omnibus faciendam. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.*

PARS

PARS QVARTA.

DE SPIRITVALIBVS MISEricordiæ operibus.

IGnorantes docere, peccantes corrigere, dubitantibus rectè conſulere, per ſalutẽ proximi Deum orare, mœſtos conſolari, ferre patienter iniurias, offenſam remittere, opera ſunt miſericordiæ ad ſalutem animæ pertinentia, quæ eò prioribus excellunt, quo anima corpore præſtat, & quo animarum ſalus curæ Deo magis eſt quam corporum. Et quidem, ſi ex penuria, & paupertate excuſari nonnulli poſſunt ab executione corporalis miſericordiæ, à ſpirituali tamen præſtanda miſericordia vix poſſunt vlli excuſari, & minimè certè apud Deum excuſabuntur Sodales, literatique viri, ſi cum facultas datur (& datur ea ſæpè) eã præſtare omiſerint. Quocirca ingenii, iudicii, memoriæ, eloquentiæ, ſcientiæque munera, tanquam credita ſibi à Deo talenta, ad ſuam, & aliorum ſalutẽ expendere debent, nunquam verò in terra defodere, occultareue, niſi plagis vapulare multis velint: multò verò minus in ſuam aliorumve perniciẽ (quod diabolicum planè eſt) conuertere Duo

Vix vlli ab exercendis his Miſericord. operibus excuſantur.

autem potiſſima ſunt ſpiritualis miſericordiæ officia; Ignorantes docerē, & peccantes corrigere; hoc eſt, ab errore ad veritatem; & à peccato ad virtutem proximos inducere. Primum fit exponendis Chriſtianæ fidei elementis, ſiue catechizandis rudibus in iis quæ ad fidem de Myſterio S. Trinitatis, de incarnatione Filii Dei, de peccato originali, de generis humani per Chriſtum mediatorem redemptione, de animæ immortalitate, de gloria æterna promiſſa bonis, & æterna gehenna præparata malis; Item de reali preſētia Chriſti Ieſu in Euchariſtia, & aliis id genus ad fidem, & ſalutem neceſſariis. Secundum verò declarandis Decalogi, & Eccleſiæ præceptis, Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ neceſſitate; vſu & fructu; operibus Iuſtitiæ Chriſtianæ, quatuor nouiſſimis, &c. Ad hæc autem alacrius obeūda, in memoriam reuocāda eſt primum dignitas animarum. 2. Chriſti IESV vita & labores & mors pro earum ſalute ſuſcepta.

Quomodo peccantes corrigendi.

3 Gloriæ magnitudo propoſita iis qui hæc caritatis officia proximis detulerint *Qui docti fuerint* (ait Daniel) *fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad iuſtitiā erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

PARS

PARS QVINTA.

QVÆ CHARITAS ET SIBI *& alijs infirmis Chriſtiano exercenda ſit, & quid in hora mortis ad mortem piè obeundam faciendum ſit.*

NVlla maior excercendæ charitatis vel ſibi, vel aliis impoſita eſt Chriſtiano homini neceſſitas, quam vt in graui aliqua infirmitate corporis, animæ benè & maturè conſulatur.

Prima ergo cura verſari debet circa animæ ſtatum: vt ſcilicet ægrotus toto cordè ſe cōuertat ad Deum, agnoſcatq; immiſſum morbum, tanquā ſalutare quoddam pharmacū contra peccata omnia præteritæ vitæ tanquam ſymbolum aliquod mortis aliquando ſubeūdæ, ſignum fragilitatis humanæ, &c. propterea patienter & libenter tanquam donum Dei, non ſine gratiarum actione accipiandū. Hebeat ergo ægrotus curam magnam inſtituēdę integræ confeſſionis, cogitet num facienda aliqua vel famæ vel pecuniarum, vel aliarum rerum reſtitutio; num recōciliandus ſit, abs ſe lęſis, & id genus alia ad ſalutem pertinētia expendat. Quibus peractis præparet ſe ad dignè ſumendum

1. Cura circa ægrotum eſt animę ſalus.

venerabile Sacramentum cum ſumma humilitate, fide, ſpe, & dilectione.

2. Eſt bonorum diſpoſitio.

Secunda cura eſt vt ſi ingraueſcit morbus, & periculum aliquod vitæ deterendæ immineat, curentur maturè ea quæ ad corporis, & bonorum diſpoſitionem ſpectant; hæc enim omnia ad ſalutem & quietem animæ faciunt. Itaque (ſi coniugatus ſit) vxori, liberis, conſanguineis, & iis quorum curam ſuſcepit, familiæque ſuæ prouideat, ea que expediat quæ ad officium ſuum, vel adminiſtrationem pertinent. Deinde cogitet quæ ad ſepulturam, vel exequias ſpectant, vt omnia abſque pompa ad decentem moderationem reuocentur. Tum verò de bonis diſponat (ſi ante non fecerit) per iuſtum, & pium teſtamentum: Si præter bona, quæ creditoribus (quibus primum ſatisfieri debet) & hæredibus debentur, ſupereſt facultas ad faciendum aliqua pia legata, non deſit infirmus officio ſuo, quandoquidem ea conferunt ad maiorem ſatisfactionem pro pœnis, & maius meritum beatitudinis: ſi modò referantur ad bonum finem, ad DEI gloriam, & proximorum ſalutem, non in aliquam vanam ſui memoriam. Ea porro legata in pri-

mis

Digitized by Google

mis ægroto cordi ſint, quæ ſunt maioris caritatis, quæque ad proximos iuuandos videntur magis opportuna, Videlicet,

Quæ ſpectant ad animarum in purgatorio ſubuentionem;

Vel, ad religioſorum paupertatem, patientium ſubſidium;

Vel, ad pauperum, qui honeſtè mendicare non poſſunt, auxilium;

Vel, ad ſtudioſorum egentium leuandam penuriam;

Vel, ad captiuorum redemptionem;

Vel, ad pauperum puellarum dotationem;

Vel, ad orphanorum, viduarumque ſuſtentationem;

Vel, ad pauperum, propter debita carceribus incluſorum, liberationem;

Vel denique ad hoſpitalium, aliorumque piorum locorum, aut operum ſublationem ſpectant.

3. Adhæc curandum ſeriò & diligenter, vt ſacræ Vnctionis Sacramento muniatur infirmus, idque maturè fiat, priuſquam in delirium, vel ſenſuum hebetudinem incidat. 3. Cura eſt de Sacra. Extremæ Vnction.

4. Præterea debet præ cæteris iuuari ægrotus in his, quæ pertinent ad exercitationem fidei, ſpei, caritatis, virtutiſque 4 Iuuandus infirmus in iis quæ pertinent

ad exercitationē fidei ſpei &c.

tiſque patientiæ. Subinde ergo erit illi recitandum Symbolum, repetendaque fidei ſuæ proteſtatio. Excitandus etiam erit in ſpem maximam diuinæ miſericordiæ Sed & inflammandus ad caritatem; vt Deum ſuper omnia amet illi ſeſe totum donet, & permittat, ſuāque omnem voluntatem cum diuina conformet, corpus & animam in manus eius reſignet, &c. Et quicquid eſt in morbo doloris, vel pœnarum, generoſè, fortiter, & patienter ſuſtineat, nihil per impatientiam dicat, aut faciat, ne meritum patientiæ, quod eſt maximum, perdat; ſed potius cum gratiarum actione dolores omnes, tanquam flagellum quoddam paternum excipiat, ad præteritarum culparum ſatisfactionem, maioremque gloriæ ſuæ coronam. Nec omittat virtutem obedientiæ exercere; in qua & cum qua, inclinato capite, Chriſtus mortuus eſt, cùm erga medicos corporales, & eos, qui illi adſunt, iuuant, & curant; tùm erga ſpirituales medicos, quorum dicto in omnibus auſcultet.

5. Debet ægrotus crucifixi Ieſu ſemper eſſe memor.

5. Sed & ægrotus frequenter oculos ſuos in effigiem Chriſti crucifixi, quæ ſemper illi debebit eſſe propoſita, conuertat; ab eo patientiæ, & cæterarū virtu-

virtutum perſeuerantiam imploret, feliceimq; egreſſum ex hoc mundo merito paſſionis eius impetret. Inuocet etiam crebrò, B. Virg. in auxilium, recitando ſæpè verſiculum; *Maria mater gratiæ*, &c. Inuocet quoque S. Michaelem Archangelum, Angelum cuſtodem, ſanctum ſuum Patronum, & alios, in quibus habere deuotionem eſt ſolitus, & demum SS. omnes, vt intercedant pro eo, eumque adiuuent ſuis ſuffragiis, & meritis. Habeat & aquam luſtralem, qua adſpergatur, & cætera precum adminicula, quibus excitetur.

6. Agonizantem iuuant in primis oratio Sacerdotis. 2. Orationes aliorum præſentium. 3. Eleemoſynæ, vota, ieiunia, afflictiones corporis, piæ aliæ actiones, & miſſarum præcipue ſacrificia, quibus omnibus petatur, vt Dominus infirmo ſit propitius; & vel ei reſtituere dignetur ſanitatem, ſi ad melius ipſi ſeruiendum expedit: vel ſi ex hoc ſeculo transferre in aliud volet, ipſum benè diſponat ad æternæ felicitatis & gloriæ conſecutionem. 4. Aqua benedicta, cereus ſacer imago crucifixi. 5. Commendatio animæ ſecundum communem Eccleſiæ ritum. 6. Quæ agonizãtem iuuent.

6. Re-

6. Remotio ab agonizantis aſpectu, eorum omnium, qui bonam eius præparationem ad moriendum impedire poſſunt, vt eſſe ſolet perſæpè, filii, & vxor, qui potius humanos affectus quàm ſpirituales prouocarent: ſecus, ſi eſſent ſpirituales & ad iuuandum infirmum idonei crederentur. Sed & tempore morbi, non debet permitti, vt amici, conſanguinei, & affines, cum infirmo de rebus huius mundi agant, quando potiſſimum teſtamentum, voluntatemque ſuam vltimam conſtituit, & declarauit.

PARS SEXTA.

QVOD MISERICORDIA *vita defunctis merito impendenda ſit.*

EA duobus officiis continētur, oratione & precibus, aliiſque ſubſidiis pro ſalute animæ præſtandis; & obſequio, quod deferendo corpori ad ſacram ſepulturam debetur. Vtrumque munus, magnæ caritatis & miſericordiæ officium eſt; Sodalibus, aliiſque Chriſtianis, non propinquis tantum & notis,

& notis, ſed externis quoque, & ignotis, non omittendum id potiſſimum quod animæ defertur, quæ eo amplius aliorum auxiliis opus habet, quo minus ſe iuuare poteſt: & quo grauior, & terribilior eſt ignis, ad quem non omnino expurgatæ animæ amandantur, donec perſoluerint vel per ſeſe patiendo, vel per alios ſatisfaciẽdo vſque ad vltimum quadrãtem. Qualis quantusque ſit ignis purgatorius, beatus Auguſtinus alicubi docet: *Grauior* inquit, *erit ille ignis, quam quicquid poteſt homo pati in hac vita.* Et alio loco, *Hic ignis etſi æternus non ſit, miro tamen modo eſt grauis; Excedit enim omnem pœnam quam vnquam paſſus eſt aliquis in hoc mundo.* Idem cum D. Auguſtino ſentiunt D. Gregorius, SS. Beda, Anſelmus, Bernardus, & alii. Quocirca manifeſtum euadit nullam maiorem vlli mortalium præſtari poſſe miſericordiam, quam animabus in eo igne agentibus. *Non ignorabat id beata Chriſtina, vulgò mirabilis dicta; quæ è viuis ablata, cum deducta ab Angelis fuiſſet ad locum tenebroſum, ac horrendum, animabus hominum plenum, ibiq; tormenta vidiſſet horrenda, terribilia, narrationem omnem ſuperantia, acce-*

piſſetq;

piſſetq́; purgatorium eſſe; tandem deducta ad Chriſtum, oblationem ſibi factam videret vel beatitudine iã perfruẽdi vel reſumpto corpore, per opera pœnitentiæ ſatisfaciendi pro animabus à ſe in purgatorio viſis. Reſpondit ergo velle ſe eius rei cauſa, corpori reſtitui, quod & factũ eſt. Vidiſſes ergo illam nunc in ardentes fornaces ſeſe proijcere, nunc in ignem, nunc in cacabos grandes bullienti aqua plenos; nunc ſub aquis gelu conſtrictis multos dies continuos hærere; nunc in mortuorum ingredi ſepulchra, ibiq́; diu iacere; nunc in patibulis inter latrones dies aliquot dependere; nunc alia id genus pœnitentiæ explere opera, in quibus omnibus tantos perſentiebat dolores, vt inclamaret aliquando altiſſimè, & parturientis inſtar eiularet: ſed tamen illæſa ſemper, & ad nouos dolores integra, ex igne, & incendijs emergebat.

PARS VII.

SEPTEM SVFFRAGIORVM *genera, quibus defunctorum animæ iuuantur.*

PRimum, lachrymæ. 2. Oratio: quæ duo quam proſint ægrotis, fidem faciunt

faciunt exempla plurima. S. *Odilo Abbas Cluniacenſis cum audiret in quibuſdam Siciliæ montibus, & ſpeluncis animarum vociferationes accepiſſet, à ſe, religioſiſq́ſue ordinis, gemitus, lamentationibus opem implorantium; decreto generali conſtituit, vt per ſua omnia monaſteria, poſtriduè SS. omnium, Animarum in Chriſto quieſcentium memoria fieret. Quam quidem miſericordiæ pleniſſimam conſtitutionem comprobauit poſtea Romana Eccleſia, & vbique locorum fixam eſſe ratamq́ voluit.* Hac vero ætate P. Franciſcus Xauerius, vt in eius vita ſcribitur, ſingulari cura & pietate animas defunctorum proſecutus eſt. *Itaque Malacæ cum eſſet, quod eſt nobile Indiarum emporium, poſt ſolis occaſum vrbem obiens, incolas tintinnabulo excitatos, ſolemni carmine ſiue cantu admonebat, vt pro cruciatis purgatorio igne animis, proq́ hominibus in peccato mortali exiſtentibus diuinam clementiam implorarent. Illo abeunte ad alias Inſulas Indiarum, promulgandi Euangelij cauſa, ciuitas Malacenſis inſtituti, deſiderijq́ Sancti viri memor certum conſtituit hominem, qui altera manu laternam, altera tintinnabulum gerens, idipſum primis tenebris faceret.*

Quod

Quod inſtitutum ab vrbe Malaca in Iuraia Moluci, vltimiq; orientis vrbes, atque oppida manauit, hodieq; viget, magno mortuorum, viuorumq; bono.

3. Suffragium ſunt ieiunia, & corporis aſperitates S. Dominicus ſingulis noctibus ter catena ferreâ in dorſum ſuum ſæuiebat; primò quidem pro ſeipſo; tum pro peccatoribus in mundo degentibus; tertio pro animabus pœnas in purgatorio luentibus.

4. Vigiliæ. 5. Eleemoſynæ. 6. Reſtitutiones, piaque legata quæ à morientibus fiunt,

7. Miſſæ ſacrificium, quo nihil præſentius.

CAPVT

CAPVT XIII.

DE DEVOTIONE.

PARS PRIMA.

QVID EA SIT, QVI ILLIVS ſint effectus.

DEuotio, aliud nihil eſt, quam actio quędam voluntatis vltro ſe offerentis (quod ipſum deuouendi verbum indicat) ad ſeruitutem DEI, tanquam vltimi finis ſui. Ab hac oblatione proficiſcitur, vt D. Thomas ratiocinatur, promptitudo quædam ipſius voluntatis ad alacriter complectendum, & hilariter exequendum, quicquid illa cognoſcit pertinere ad ſeruitutē Dei. Hæc prompta voluntas oritur ex ardenti precationis ſtudio, ex meditatione de DEO beneficiis in nos collatis; quatuor nouiſs. quæ actiones ſanctæ, deuotionis ſunt cauſa; & quia cauſæ nomen etiam deuotionis illis ſæpè attribuitur, vt nimirum quis deuotus dicatur quando orat, meditaturque libenter, & feruidè. Quia etiam ex illa promptitudine voluntas-

Deuotionis definitio.

1. 7. q. 82. artic. 2.

Deuotionis cauſæ.

luntatis in Dei obſequium, & ex feruida oratione, & meditatione, ſæpè emergit dulcedo quædam, quam deguſtat animus, cùm deſiderio incenditur benè viuendi, placendi Deo, aggrediendi aliquod opus ad illius obſequium pertinens, fit vt ea dulcedo vulgi vſu vocetur deuotio, cum non propriè ſit deuotio, ſed deuotionis effectus fructuſque, quem communicare ſubindè & ſæpè iis ſolet Deus, qui expediti & prompti ſunt ad illi obſequendum, & ex animo famulandum.

Deuotionis autem huius effectus, ſunt, admirabilis erga Dei, B. Virg. & Sanctorū, cultum affectus; diligens accuratumque audiendæ ſæpè rei ſacræ, & verbi Dei ſtudium; diligēs ſui cuſtodia; erga omnem virtutem ſtudium ingens; mirifica erga res ſacras propēſio; in obeundis Sacramentis vigil ſemper, & excitatus animus; in oratione, reque omni ad DEI gloriam pertinente interior quidam ſenſus & affectio; ſingulare quoddam deſiderium perfectionis ſuæ, promouendæq; in ſe & proximis ſuis omnibus religionis; pietatis, & amoris DEI; denique zelus ardens honoris DEI defendendi, & iuuandarum animarum; in quibus omnibus & ſingu-

Digitized by Google

& ſingulis exercitiis, vir deuotus eam ſubinde haurit voluptatem, vt æternam quaſi felicitatem, cælique delicias prægustare videatur. Claudat hunc locum precatio ſuauiſſima, quam à DEO edocta ſancta quædam virgo tradidit, à quouis deuoto adoleſcente meritò quotidiè vſurpanda.

Adoro te, ſancta Trinitas, DEVS meus: gratias ago pro custodia, prouidentia, & bonitate tua, & omnibus beneficijs tuis, quibus cœlum, terrã, maria & omnia, quæ in eis ſunt in tempore & in æternitate imples. Offero tibi animam meam cum omnibus viribus ſuis; dignare hanc oblationem accipere Deus meus. Offero tibi cor meum in cor & in amorem vnigeniti filij tui, vt tibi ſemper ſeruiat, te amet, te reuereatur. Offero tibi voluntatem meam, fac de me quod tib. placet, ne relinquas me Domine in me, ſed aſſume me, vt ſim totus in te. Laudo te, & gratias ago tibi pro infinitis beneficijs in me collatis, & in gratiarum actione rogo B. Virginem Mariam, omnes ſpiritus cœleſtes, õnes beatas animas, vt mecum tibi gratias agant, ſuauiſſime Domine mi; impetrent mihi miſericordiam tuam pro omnibus peccatis meis & pro omni-

Precatio quotidiè à deuoto Adoleſcente meritò vſurpãda.

omnibus creaturis, quas ego tum diuinæ maieſtati commendo, & à me ipſo repudio, conformans me per omnia voluntati tua. Domine mi, tolle à me quicquid tibi diſplicet in me, & da mihi quicquid tibi placet: dirige & poſſide me ſecundum beneplacitum tuum, Amen.

PARS SECVNDA.

ADOLESCENTIBVS MAximè deuotionem conuenire.

Deuotio. quare maximè pueros & adoleſcentes deceat

Hanc ſui deuotionem tametſi omnis ſexus, omnis conditio, omnis ætas DEO debeat; præcipuè tamen adoleſcentes debent. Non ſolùm deuouenda eſt vita, ſed quam primùm etiam, & in ipſis initiis deuouenda. Sic à pueritia pietatis ſtudioſiſſimi & planè dicati DEO fuerunt D. Thomas Aquinas, B. Gregorius magnus, S. Benedictus, Paulus prim⁹ Eremita, Ludouicus rex, Dominicus, Edmundus, Remigius, & ſexenti alii; & merito: Primò quia vt vita, ita quod vitæ optimum eſt, debet DEO dedicari; *at quemadmodum ex amphora*, inquit Seneca, Epiſt. 110. *primum, quod eſt ſinceriſſimum effluit, grauiſſimum quodq; turbiũ ſubſidit;* ſic in ætate noſtra, quod eſt optimum, primum

primum eſt. Id exhalare in aliis potius pati, DEO fæcem reſeruare æquum non eſt.

2. Quia cum ea ætas improuida ſit & quaſi cærea, niſi ad virtutem maturè ſe flectat, flectet ad vitium. 3. Ea ætas omnium eſt aptiſſima diſciplinæ, cum veluti tenera arbor in omnem partem facilè deducitur. non ita prouectior ætas, cum obcalluit vitiis aut vanitati.

4. Quicquid tum addiſcitur firmius inhæret vixque obliterari poteſt.

5. Ineſt in illis annis vigor quidam mentis, dum adhuc eius vires nullis aliis vel operibus vel cupiditatibus diſtractæ ſunt ac diminutæ: ac ſic, ſi vt ſunt integræ atque illibatæ Domino offerantur, earum curſus intenſior ad virtutem erit.

6. *Bonum eſt*, inquit propheta, *viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua; ſedebit ſolitarius & tacebit quia leuauit ſe ſuper ſe*: quod B. Thomas ideò dictum interpretatur, quoniam qui ab ineunte ætate iugum Chriſti ſuſtulerint, ſeipſos multò facilius ac melius ſupra naturam ſuam naturæq; inclinationes erigunt: quam ad rem Anſelmi quoque adfert authoritatem, qui eos qui à pueritia in monaſteriis

Threa 3.

Opuſc. contra retab. à relig. c. 3.

Anſel. lib. de Similì.

Z nutriti

Digitized by Google

nutriti ſunt, Angelis comparat, qui verò in prouectiori ætate, comparat hominibus. Denique ſic homo dum diuturniori tempore virtutem colit, maiorem in cœlo gloriã promeretur. Eſt hęc vtilitas, & cęterę quas diximus, euidenter declarata viſione quadam cœleſti, quam Humbertus vir clariſſ. Generaliſque Magiſter fratrum Prædicatorum narrare ſolebat: *religioſum quẽdam vita functũ apparuiſſe aliquando de nocte fratri, ſocioq; ſuo, magno ſplẽdore collucentem, cumq; eum ex cella eduxiſſet, oſtendiſſe magnum numerum hominum candida veſte, mirabiliq; luce micantium, qui pulcherrimas cruces humeris deferebant; erat autem omnium iter in cœlum. Poſtea modico interuallo alius ſequebatur ordo, isq; multo pulchrior, multoq; lucidior, quorum vnuſquiſq; ornatiſſimam crucem, non iam humeris, ſed manibus geſtaret. Deinde tertius ordo omnium longè ſplendidiſſimus, & ſpecioſiſſimus, quorum item cruces forma, & pulchritudine reliquorum cruces ſuperabant, neque eas ipſi portabant, ſed ſuus, qui ſingulos præibat, Angelus, vt ij alacres & ludibundi ſequerentur.*

Quod ſpectaculum cum ille miraretur, expoſuit ei ſocius, primos illos eſſe

qui

qui prouecta iam ætate religioſam vitam amplexi fuiſſent, ſecundos qui in virili, poſtremos autem, quos adeò expeditos, hilareſq́; vidiſſet, eos eſſe qui in adoleſcentia.

PARS TERTIA.

QVÆ DEVOTIONEM excitent.

QVatuor conſiderationes deuotionem promouent & accendunt, quatuor ſcilicet cauſarum, ob quas potiſſimùm DEO ſeruire, DEO nos deuouere, toti illius eſſe ita debemus, vt ne pedem quidem niſi ex nutu illius, moueamus.

1. Eſt, quod DEVS eſt author & Parens vitæ noſtræ, eandem vitam ita conſeruat, vt ſi vel vno temporis momento, à conſeruatione vitæ noſtræ continenti eiuſdem veluti productione, deſineret, &, vt ſic loquamur, quaſi oblitus noſtri, nos nobis relinqueret, eodem momento in nihilum relaberemur. Etiã inter homines, cum multa ſint iura habendarum rerum, vt emptione, & donatione, tamen nulla iuſtior & grauior eſt cauſa, quam ipſius rei productio, qui quoduis opus mani-

bus ſuis perficit, eius operis idem omni iure ac lege Dominus eſt. *Ecce* (inquit D. Bernard) *in ianuis eſt, qui fecit cœlum & terram; & creator tuus eſt, tu creatura; tu ſeruus, ille Dominus; ille figulus, tu figmentum. Totum ergo quod es, illi debes, à quo totum habes; illi præcipuè Domino, qui & te fecit, & benè fecit tibi, qui tibi miniſtrat ſyderum curſus, aëris temperiem, fœcunditatem terra, fructuum vbertatem; huic reuera totis viribus ſeruiendum, ne fortè indignationis oculo te reſpiciat, & deſpiciat & conterat in æternum.*

De quadrup. debito.

Secunda cauſa ob quam ſeruitutem debemus Deo, ex hominis fine petitur. Nam quæcunque res propter alteram facta ſit, eam illi ſubiectam ac veluti mancipatam eſſe oporet; propterea nobis ſeruiunt bruta animantia, & omnes res nobis natura inferiores: At homo nullum alium habet finem nec habere poteſt, quàm ipſum Deum; cur igitur quam ſeruitutem ſeruiunt illi bruta, non ſeruiet ipſe Deo. Boues terram homini ſubigunt, nulla ſua vtilitate, tanto labore; Equi modo oneribus ferendis, modò curſu, modò paſſu, homini deſeruiunt; idem præſtant reliquæ res inferiores creatæ: cur homo

idem

Digitized by Google

idem non præſtabit Deo, cui eſt longè inferior, quàm beſtiis ſit ſuperior, & qui propter Deum creatus eſt?

Tertia cauſa eſt, quia ita Deo obnoxii ſumus quaſi ſerui emptitii: *Non eſtis veſtri* (inquit Paulus) *empti enim eſtis pretio magno.* Hoc autem pretium magnum eſt ipſe Chriſtus totus (vt ait S. Bernardus) nobis datus, totus in noſtros vſus expenſus. *Primò* (inquit idem Diuus Bernardus) *Chriſto IESV debes omnem vitam tuam, quia, ipſe vitam ſuam poſuit pro tua, & cruciatus amaros ſuſtinuit, ne tu perpetuos ſuſtineres.* Addit deinde multa in hanc ſententiam, quam ſic ad extremum benè cõcludit: *Cum ergo ei donauero quicquid poſſum, nonne iſtud eſt ſicut ſtella ad ſolem, gutta ad flauium, lapis ad montem, granum ad aceruum?* Atque idem etiam alibi de hoc ipſo, *Etſi,* inquit, *cætera taceam, hoc ſolo certè non immeritò ſibi vendicat vitam noſtram, quia pro ea poſuit ſuam. Nemo igitur ſibi viuat, ſed ei, qui pro ſe mortuus eſt. Cui enim iuſtius viuam, quam ei qui ſi non moreretur ego non viuerem? cui commodius, quam promittenti vitam æternam? cui magis ex neceſſitate, quam flammas perpetuas minitanti?* Denique Bernardus idem alio

1. Corintheor. 6.

Serm. 3. circum.

Serm. de quadrup. debito.

Epiſt. 143.

De diligendo DEO. loco optimè, & vberrimè; vt appareat quam hic ſenſus ei certus, & fixus fuerit. *Si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro refecto hoc modo? Nec enim tam facilè refectus, quam factus. Nam qui me ſemel & tantum dicendo, fecit, in reficiendo profectò & dixit multa, & geſſit mira, & pertulit dura, nec tantum dura, ſed & indigna. In primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe, & vbi ſe dedit, me mihi reddidit. Datus ergo, & redditꝰ me pro me debeo. & bis debeo. Quid DEO retribuam pro ſe? Nam etiam ſi me millies rependere poſſem, quid ſum ego ad Deum.*

Quarta cauſa ducitur ex præmii quod nobis paratum eſt, infinitate: id autem eſt ęterna, & immortalis gloria, *in qua*, vt ait Aug. *& nos Deus poſſidebit, & Deus poſſidebitur à nobis, idque vtrumque propter nos.* Ergo cum ille nos poſſeſſurus ſit, & hoc ad beatitudinem pertineat, inchoemus iam nunc hanc ipſam beatitudinem, & ab eo poſſideri velimus: rurſusq; cum illum poſſeſſuri ſimus, nō graue nobis videatur, quod talis, ac tāti boni poſſeſſio, noſtri ipſorum tam parua, tenuique iactura emenda ſit. Hoc enim in ſumma eſt pretium, quo Deus illam gloriam, illam

In Pſal. 21.

illamque felicitatem æternam emin voluit, nempe dandis nobiſmet ipſis; *tanti valet* (inquit Auguſtinus) *quantum es tu; te da, & habebis illam.* Serm. 64. de verb. Dom.

Ob has & alias-cauſas (quas longum eſſet perſequi) conſtat hominem non eſſe ſuum ſed Dei, & quicquid eſt, quidquid habet, quidquid valet, non ſibi ſed Deo vni ſeruire debere, eique ſemper dirigi. Hinc Diuus Bernardus; *Dignus planè eſt,* inquit, *morte, qui tibi Domine Ieſu recuſat viuere, & mortuus eſt; & qui tibi nõ ſapit, deſipit, & qui curat eſſe niſi propter te, pro nihilo eſt, & nihil eſt. Propter temetipſum Deus feciſti omnia, & qui vult eſſe ſibi, & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia.* Rectè etiã Cyprianus. *Ipſe,* inquit, *de ſeruo tuo exigis ſeruitutem, & homo hominem tibi obedire compellis, & cum ſit vobis eadem ſors naſcendi, conditio vna moriendi, corporum materia conſimilis, animarum ratio communis, niſi tibi pro arbitrio tuo ſeruiatur, niſi ad voluntatis obſequium pareatur, imperioſus, & nimius ſeruitutis exactor, flagellas, verberas, fame, ſiti frequenter, & carcere affligis: & crucias, & nõ agnoſcis miſer Dominũ Deum tuũ, qui ſic exerces in homine dominatũ.* Aug. etiã: *Quid* (inquit) *tã tuũ*

Serm. 20. in Cant.

Tract. 29. in Iob.

quàm tu, & quid tam non tuum quàm tu, ſi alicuius es quod es? Nam vt iumentum, quicquid eſt, hominis eſt; ſic homo & multo magis totus eſt DEI.

PARS QVARTA.

STATVM VITÆ ELIGENdum ex DEI beneplacito & maximo conſilio, non temerè.

QVæ ſi ita ſe habent, quæ culpa, vel potius quàm multæ culpæ in vna culpa erunt eius, qui ductus communi errore; (quo plerique etiam non mali putant, ſatis eſſe præcepta Dei ſeruare, de reliquo licere cuique rationes ſuas pro libito moderari, cuique) præcepta quidem diuina ſanctè obſeruat, in reliquo ſui iuris eſſe vult, atque ex voluntate ſua, non ex voluntate DEI, vitam ſuam, actioneſque gubernare? quam grauis culpa erit eius, qui certam vitæ rationem ſeu ſtatum, (rem vnam omnium maximam, ex qua vitæ totius ratio pendet) eligit & init, non ex diuinæ voluntatis diſpoſitione & vocatione, ſed ex ſuis placitis aut emolumentis? Quid tam non tuum quàm tu?

Dei

Digitized by Google

Dei es, quod es; igitur totus ſoli Deo impendi debes. Magis Dei es quàm iumentum ſit hominis; vt igitur illud bonum habetur iumentum, quod nihil impetu ſuo facit, ſed ita ſe mouet, vt ab hero ſuo mouetur: ſic igitur homo tum hominis explet officium, cum eius & voluntas & opera omnia DEO vni ſeruiunt, & ad Deum diriguntur. *Neceſſe eſt* (inquit S. Gregorius) *vt homo in cunctis ſuis motibus, ſub diſpoſitione diſciplinæ religetur, & tanquã domeſticum animal loris vinctum ſeruiat, atque æternis diſpoſitionibus reſtrictum viuat.* Et paulò infra. *Reſtat ergo vt ſi eſſe iam ſimiles pullo onagri nolumus, in cunctis quæ appetimus nutum prius intimæ diſpoſitionis exquiramus.* Quod ſi, vt ex Gregorio retulimus, & patet ex præallatis cauſis; Dei nutu ac voluntate actiones vitæ noſtræ ſingulas moderari debemus, maximè ſanè in totius vitæ noſtræ eligendo & ineundo ſtatu; ex quo reliquum vitę noſtræ pendet, prius diuinæ diſpoſitionis nutum & voluntatem exquirere, & ex illa ſtatum vitæ certum inire debemus. Neq; enim in manu ſerui, cuiuſmodi omnes ſumus, eſſe debet, vt in domo heri ſui ordinem ac ſtatum accipiat quem ipſe

10. Moral. 10.

velit, ſed quem herus præſcribit ac decernit. Ob aliam etiam rationem in ſtatu vitæ incundo errat grauiter bona pars hominum, ſcilicet, cum vitæ ſtatus, & ratio totius ætatis degendæ, vna ſit res omnium maxima, & quæ maximo egeat conſilio, tamen hoc videmus, nihil eſſe fermè inter homines, quod maiori negligentia, minori cura agatur. Ac in cæteris quidem actionibus, ſiue prætermiſſū, ſiue ignoratum eſt quidpiam, non plus incommodi accipitur, quam quanti quæque earum rerum eſt in quibus neglectum ſit aliquid. In hoc autem tanquam vitæ omnis cardine, ſi erretur, totam viuendi rationem aberrare neceſſè eſt. Sunt autem homines ferè omnes in hoc ita oſcitantes, vt ad eum ſe vitæ curſum applicent, in quem eos vel caſus aliquis, vel tenuis aliqua occaſio, ſiue ſpes commoditatis impulerit.

Tertiam prædictis duabus grauiorem, addamus rationem, ob quam non temerè, ſed ex Dei nutu eligendus cuique eſt vitæ ſtatus, ex D. Gregorii epiſtola ad Mauritium Imperatorem ductam. *Licet multi ſint* (inquit ille ſanctus) *qui etiam in ſæculari habitu bonam vitam ducere poſſunt; tamen pleri-*

Epiſt. 16. lib. 2.

que

quæ ſunt, qui niſi omnia reliquerint, ſaluari apud Deum nullatenus poſſunt. Ponamus igitur hunc vel illum adoleſcentem, v. g. Franciſcum, eſſe vnum ex his plerisque; ſanè ille ſi ſtatum vitæ ſæcularis ineat, ſaluari apud Deum nullatenus poteſt: cur autem quiſquis Dei voluntate non exquiſita, commodis ductus propriis, ſtatum ſæcularem eligit, meritò, ne ſit ex illis pleriſque, non timebit? non eſt cauſa cur non metuat; cauſæ multæ ſunt cur metuat, igitur omnes qui illo modo ſtatum eligunt, æternæ damnationis periculo, nemine excepto, ſe exponunt; nec periculo ſolùm plerique; multi inde damnationem incurrunt; cuius principium & origo prima, fuit illa electio temeraria, ex qua ſequitur nec rarò damnatio æterna; docet id quotidiana experientia multorum, qui quod nulla habita vel DEI vel ſalutis ſuæ cura, ad coniugia, ad Eccleſias, ad Canonicatus, ad animarum miniſterium, ad religioſa inſtituta prouolarunt, in grauiſſima ſalutis ſuæ diſcrimina ſæpè incurrerunt. Errant, igitur dupliciter & peccant ii, qui ſuam vocationē ſine timore DEI, corrupto affectu, quod carnis

impetum mundiq́ue ſequantur iudicium, leuiter auſpicantur.

Sibi igitur alto defigat pectore adoleſcens Chriſtianus, maximi momenti eſſe hanc ſtatus vitæ electionem, quæ in omnem vitam retinenda eſt, imò in hanc, cardinem totius vitæ, atque omnium actionum, ipſiuſque æternæ gloriæ verti; proinde in hac maximè, tunc inquirendam & complendam Dei voluntatem, (certum enim eſt non omnes à DEO ad vnum idemq́ue vitæ genus vocari) maturumq́ue adhibendum conſilium. Non differat tamen nimium hanc electionem adoleſcens, maturioris prætextu conſilii; vltra pubertatis annos illam non differat, quia flos vitæ DEO libandus eſt, & ſi ſemel mundi vanitatibus abripiatur, non facilè DEI nutus in hac electione poſtea intuebitur.

PARS QVINTA.

QVOMODO STATVS VITÆ ſiue ſæcularis, ſiue Religioſa ſit eligendus.

ALiquot præceptionibus modum benè eligendi trademus.

Prima

Prima præceptio eſt, non eſſe in toto hoc negotio vel expetendas, vel expectandas reuelationes diuinas, aut miracula quædam, ſignaue extra naturæ ordinem. Cuius ea cauſa eſt, quoniam cum Deus nobis lumen mentis, atque intelligentiæ inſeuerit, quod fide inſtructum, diuinaque adiutum gratia ſatis ſufficit ad omnia, quæ ſaluti noſtræ conueniant cognoſcenda, id à nobis adhibere, excercerique vult, & ipſe eo nobis tanquam interprete loquitur, & indicat quæ oportet. Quamobrem magnopere falluntur, qui in iſta deliberatione Angelum aliquem de cœlo ad ſe delabi cupiunt, aut in ſumma aliquod eiuſmodi ſignum diuinæ voluntatis requirunt, quod nihil dubitationis admittat: quod non eſt faciendum, neque omnino aliud exigendum quam ferat communis vſus, ac mos Dei cum hominibus. Hic autem eſt Dei mos, vt licet ſuo nos lumine adiuuet, hoc tamen ſit lumen fidei, non autem apertæ viſionis, ac proptere a obſcuritatem ſemper aliquam habeat admixtam.

Secunda præceptio ſit, Componendum eſſe animum noſtrum ad eam, quæ maxima eſſe poſſit, æqualitatem,

ita vt nihilo plus in vnam, quam in alteram partem propendeat, ſed hoc vnum cupiamus, DEI placitum, quodcunque id fuerit, explere. Hoc enim eſt in primis officium boni, ac fidelis ſerui, vt antea diximus, quod niſi faciat, non tam DEO quam ſibi, ſuæque voluntati ſeruit: qui autem id fecerit, is facilè, tanquam nube omni diſcuſſa, DEI lumen, ac lucem accipiet. Sic e-
Grad. 26 nim Climachus quoque ſcribit, in diuina voluntate indaganda, neceſſariū eſſe nos ita cōparare, vt noſtra omnis voluntas ceſſet, ac in neutram partem magis vergat: nam cum ea ab omni proprio affectu penitus purgata, ac nudata fuerit, aptam fore ad DEI inſtinctum percipiendum.

Tertia præceptio. Qui Dei voluntatem ſcire cupit, ſegreget ſe paululum, prout poterit, à ſtrepitu negotiorum & occupationum ſuarum, vt quaſi aurem admoueat, & audiat quid in ſe loquatur Dominus DEVS ſuus. animus enim aliarum rerum curis, amoribus, delectationibus occupatus, diuinam vocem exaudire non facilè poteſt: Secretum conſilium, ſecretum quærit auditum. Ante omnia ſi opus eſt purget

get ſe diligenter generali omnium peccatorum confeſſione, quod iuuat vt depulſis tenebris, DEI lumen ingredi poſſit. Deinde dedat ſe meditationi paulò diligentiùs, Sacramēta frequentet, petat à DEO, B. Virg. Sanctisque, aſſiduè agnitionem voluntatis Dei, animo ſit cupido cœleſtis huius doctrinæ, docili & attento ad audiendum quid loquatur in ſe Dominus. Deniq; animo planè obfirmato ac deliberato ſit, ſe omnia perfecturum, quæcunque à Deo audierit. Sunt enim qui non bona fide, nec ſincerè agunt cum DEO, ſed curioſitate quadam ducti, ſcire volunt eius voluntatem, non vt faciant, ſed vt ſciant, & vt aliquo modo officio functi videantur, qui quidem tantum abeſt; vt officio ſatisfecerint, vt illa ipſa maior ſit culpa, tanquam ſerui, qui Domini voluntatem intelligit, nec tamen exequitur. Quin etiam hoc ipſum impedimento eſt, ne iis DEVS lucem ſuam impertiat, quam ſe fruſtra impertiri videt, ac maiore etiam illorum damno. His factis, vno è duobus vel vtroque modo hic ſubiiciendo, ad quem ſtatum à DEO vocetur, agnoſcet.

Quarta præceptio. Cum duæ ſint animi

Digitized by Google

nimi partes voluntas & ratio, duo etiam eſſe ſolent genera vocationum, alterum quo voluntas accenditur religioſæ vitæ deſiderio, totumque hominem eo rapit, ſine vlla cunctatione, aut hæſitatione, & potius cum magna voluptate: Alterum eſt, cum ratio illuminatur, vt mundi vanitatem, ac periculum; contra verò religioſi ſtatus quietem, ſecuritatem, & alia illius bona agnoſcat, etiamſi affectus non ita incenſus ſit, tradiuſque ac lentius rationis ductum ſequatur: Et quidem, ſi verum quærimus, hæc optima eſt vocationis ratio, quæ à ſapientibus viris, & harum rerum benè peritis, fortaſſè etiam magis probetur, quam altera illa, quæ in ſolius volūtatis motu conſiſtit. Hæc enim certior eſt, minusque erroribus patet, quoniam lumine nititur: quin etiam, vt illi iidem aiunt, aliquanto præſtantior eſt; quoniam ratio, ac mens ea eſt, qua homo maximè belluis præſtat, præſertim cum ad tarditatem illam, pigritiamque voluntatis ſanandam, multa ſint remedia, multique ſtimuli, quibus impellatur, & incitetur, meditando, & cogitando ea, quæ ad rem faciunt: Quod cum ita ſit, valde ii quoque errant, qui vocari

ſe à

ſe à Deo nō putant, niſi eos animorum motus ſentiant, vt toti ardeant, & quaſi rapiantur ad religionem, nulla difficultate, nulla moleſtia. Nam & hoc naturæ noſtræ conditio tam grauis, tamq́ue terrena non patitur, vt ad res tam arduas ſine labore, & ſudore conſcendat; & diuinæ ſapientiæ mos eſt, non deſtruere naturam, ſed iuuare; nec hoſtem noſtrum omnino perimere vt non habeamus cum quo pugnemus, ſed potius gratiam, & robur nobis ſuppeditare, vt pugnādo vincamus, id enim nobis ipſis vtilius, & ad multa ſalubrius eſt. Hoc igitur poſito, quod ad hanc DEI voluntatem cognoſcendam, mentis noſtræ ratiocinationem, ac iudicium adhiberi oporteat; hanc in eo viam, ac methodum certiſſimam præſcribunt cum Theologis ſpiritualium rerum magiſtri. Primum vt vnum illum finem nobis proponamus, cuius cauſa facti, & nati ſumus. Hic vero finis nullus eſt alius, quam vt Deum amando, & colendo ad æternam felicitatem perueniremus. Deinde, vt omnes vitæ degendæ modos, de quibus conſultatur, quaſi ob oculos proponamus, ſingulosque accuratè examinemus, atque exploremus quid in iis inſit

com-

commodi, quid incommodi ad finem illum conſequendum, idque demum ex omnibus complectamur, quod tum ex ſua, tum ex noſtra ipſorum natura ad hunc finem aptiſſimum iudicetur. Et quia duplex electio eſt facienda, eligens 1. proponat ſibi vitam ſæcularem & religioſam, videatque in vtraque quid commodi, quid incommodi ad finem illum conſequendum, habita ratione naturæ propriæ, complexionis, virium, &c. eamq; complectatur quam omnibus expenſis aptiſſimam iudicauerit. 2. Electione ſtatus ſæcularis vel Religioſi facta, ſi ſæcularem elegit, proponat ſibi varios ſtatus ſæculares, Eccleſiaſticorum, aulicorum, militum, mercatorum, iudicum, &c. Similiterq; videat quid in his omnibus viuendi rationibus commodi & quid incommodi inſit ad vitam æternam conſequendam, eamq; ſequatur quam eo modo quo diximus, aptiſſimam iudicauerit. Si vitam religioſam prælegit, varios Religioſorum ordines ſibi proponat, videatque quid in ſingulis commodi & quid incommodi ad perfectionem maiorem & gloriam æternam conſequendam inſit, eamque ex omnibus complectatur, quam ad hoc aptiſ-

aptiſſimam, habita etiam ratione propriæ naturæ, virium, complexionis, &c. viderit; vt qui in aliquem locum profecturi ſunt, iter illud accipiunt quod certius, breuius, commodius exiſtimāt; quis longum, periculoſumque vult traijcere mare cum diſcrimine vitæ, naue quaſſata, ſi poſſit benè inſtructa? ad quæ neceſſarium eſt cognitionem aliquàm ſtatuū omnium habere.

Denique in electione meminerimus nos certiſſimè morituros, atq; inſuper rationem etiam Deo reddituros de totà villicatione noſtra. Quare quod tūc ſe quiſque feciſſe volet, id nunc faciat, & quod in illa hora magno mercaretur à ſe electum, eligat in præſenti. Quid enim ſtultius, quam id committere in re tanta, cuius ſcias futurum vt te pœniteat, ſine vllo fructu?

PARS SEXTA.

DE DIVERSIS VITÆ ſtatibus.

QVia, vt dixi ſupra, qui è multis vitæ ſtatibus certum aliquem delecturus eſt, debet ſibi oc oculos ſtatus ſingulos ponere, & quæ in iis commoda & incōmoda ad finem vitæ noſtræ,

ſcilicet

ſcilicet ad gloriam æternam inſint, diſpicere; propterea habenda eſt ante electionem notitia ſingulorum ſtatuum diuerſarum viarum, quibus ad vitam peruenitur æternam.

Status vitæ duplex eſt, ſæcularis, & religioſus. Sæcularis varii ſunt ordines, aulicus, militaris, forenſis, mercaturæ, &c. Religioſi ſtatus varii etiam ſunt ordines, pro varietate finis quem quiſque ſibi præfigit, & mediorum ad illius finis conſecutionem, quæ quiſq; propria habet.

Sæcularis ſtatus multa habet, quibus homines ducat ad vitam æternam: eleemoſynas, honeſtam familiæ gubernationem, &c. Idem neceſſarius eſt ad humanam ſocietatem conſeruandam, & gubernandam, quare DEVS multos ad hunc ſtatum vocat; agnoſcendum tamen quod obuium cuique eſt vt abundat commodis carnis, quæ inimica eſt ſpiritui; ita plurima grauiaque habet ad finem gloriæ æternæ conſequēdum incommoda. Plenę ſunt ſcripturæ ſanctæ, plena ſanctorum Patrum de periculis vitæ ſæcularis monumenta; quare nemo ſe tot periculis obiicere, nemo hunc ſtatum inire niſi exquiſita Dei voluntate, niſi vocatus à Deo ad il-

lum.

Digitized by Google

lum ſtatum, debet; qui ſi vocet, gratiā ad reſiſtendum tot periculis largietur. Incommoda ſeu pericula hæc vitæ ſæcularis ſunt multiplicia, quatuor ſolùm indicabo.

1. Tot peſtifera exempla quibus mundus abundat, luxuriæ, ambitionis, auaritiæ iniuſtitiæ, periurii, & aliorum omnium peccatorum; *omne quod ineſt mundo*, ait ſcriptura, *eſt & concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ*; id eſt, mundi ſtudia ſunt, & corporis delectationes quærere, & diuitiis augendis vacare, & honores ac dignitates ambire. Ioh. 2.

2. Cohortationes ad illa aut mala, aut vana, qui enim his ſe dedunt, tibi cum illis verſanti eadem ſuadebunt.

3. Leges mundi; Beatos diuites, curandum eſſe corpus, voluptates omnes exquirendas, honores ſpectandos, ſi quis conuitium dixerit verbere appetendum, ſi quid grauius fecerit, vulnere; hæ leges toto diametro Chriſti legibus ſunt oppoſitæ; illis viuit mundus. Quàm grauia pericula creent hæ leges, cohortationes, exemplaque, experientia, lapſuſq; frequentiſſimi grauiſſimique luce clarius docent. *Proclinis eſt* (inquit D. Hieron.) *malorum imita-* Epiſt. 7. de Specta.

mitatio; & Cypri. *Citò* (inquit) *in hoc aſſueſcimus quod audimus ſcelere.* Facilè eſt ab aliorum omnium iudiciis conſiliis, exemplis trahi, ſi non initio ſaltem poſt aliquot annos. Procliue eſt cum videris præſentia iſta laudari, opes, honores, & reliquas vanitates tam ardenter exquiri, in aliorum ſententiam aut imitationem, ſaltem poſt aliquot annos ire; ſi vitio non eas, aderũt cateruæ contradicentium, qui partim ſuadendo, partim irridendo, partim detrahendo pertrahent. Difficillimum ſane eſt hos omnes impetus ſuſtinere, nihil facilius quam illis abripi.

4. Eſt mundi ſcopulus ex occaſionibus peccandi, quæ frequentiſſimè imò ferè ſemper ſæculares circumſiſtũt, neque eas effugere licet, quia coniunctæ ſunt cum rebus ipſis quas vident, audiunt, tractant, cum negotiationibus quæſtuoſis, litibus forenſibus, diuitiarum conſeruatione & augmento, &c. Quam in ſententiam S. Leo commodè: *plena omnia periculis, plena laqueis; incitant cupiditates; inſidiantur illecebræ; blandiuntur lucra; damna deterrẽt; amaræ ſunt obloquentium linguæ. Mitto alia pericula; prædicta, iũcta fragilitati humanæ naturæ tã facilè vincũt,* quam

Serm. 5. quadrag.

quam grauia ſint patet, etiam ex tot peccatis quibus repletus eſt mũdus. Mundus totus (inquit S. Ioan.) *poſitus eſt in maligno.* Propterea *dilatauit*, inquit Eſai. *infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino.* Hæc omnia qui expenderit, ſimulq; fragilitatem & infirmitatem ſuam in his periculis ſi cõmoretur, quam ex ſuo vſu aliorumque lapſibus quiſq; percipere poteſt, ſi ſapiat, rem tanti momenti, ſcilicet ſalutem & vitam, non centum annorum, ſed æternam, tot periculis, aleæq; incertæ non obiiciet, ſtatum ſæcularem non inibit, niſi maturo conſilio, & prius exquiſita agnitaque voluntate Dei; qui ſi vocet ad ſtatum ſæcularem, (vt ſpectat ad eius prouidentiam plures vocare, quò mundus conſeruetur & ſuſtentetur) vires ſine dubio gratiamque ad pericula ſuperanda dabit; Deum vocantem ſi ſequaris, tutus ibis. 1. Ioh. 5. Eſai. 5.

Varii ſtatus ſæcularis ordines, varia propriaque habent, prętet communia ſupra dicta, tùm cõmoda, tùm incommoda ad vitam æternã. aulica militarisque debitam Principi ſeruitutẽ reddit, Remp. defendit, quod honeſtum eſt, & cõſequẽter vtile ad vitam æternã: ſed obnoxia eſt aulica ambitioni, libidini, crapulæ, inuidiæ, detractioni, ſimula-

ſimulationi, ſingularibus certaminibus, &c. Militaris iiſdem peccatis obnoxia eſt, rapinis etiam, cædibus, periuriis, blaſphemiis, &c.

Mercatores Reip. neceſſitatibus negotiatione ſua ſubueniunt, quod honeſtum eſt: ſed obnoxii ſunt periuriis, fraudibus, vſura, aliiſque iniuſtitiæ peccatis, in emptionibus, mutuationibus, cambiis, & aliis contractibus, quia hęc peccata ad reſtitutionem omnium illorum obligant. Forenſis vita iuſtitiam tuetur, ſed obnoxia eſt mille ſceleribus iniuſtitiæ, periuriis, lucris iniuſtis, fraudibus, &c. quibus non rarò fit, vt iniuſtè inſontes priuentur bonis omnibus, imò vita ipſa; quæ omnia peccata ad reſtitutionem damnorum quæ inferuntur in perpetuum obligant, magno ſanè vitæ æternæ periculo, difficilis enim hominibus forenſibus videtur reſtitutio.

Ordo denique ſæcularis Eccleſiaſticus, ſua habet commoda, vt patet; ordinatus enim eſt ad colendum Deum; ſed multis eſſe expoſitum periculis patet ex mala multorum Eccleſiaſticorum vita. Præter communia illa ſæcularis vitæ pericula, obnoxius eſt ſimoniæ, gulæ, luxuriæ, otio, vitiiſque ex

otio

otio manātibus: ſi coniunctum habet onus procurationis redituum, aut curam animarum, res eſt, vt S. Bernardus ait, Angelicis humeris formidanda. *Nemo aſſumat ſibi honorem*, monet Apoſt. *niſi qui vocatur à DEO, tanquam Aaron.* Propterea huius tantæ rei electio poſtulat multas ad Deum preces, multa pietatis opera, conſilia ſapientū, maturam deliberationem. Denique ad hoc vitæ genus per vim potius trahi oportet, quàm vltrò, cū æterna pernicie, ad id, per ambitionem contendere.

Cauendum maximè, iis omnibus qui Eccleſiaſticum ſtatum capeſſunt, ne mundi, vel commoditatum terræ huius cauſa, illotis quaſi manibus, ad ſacerdotia & beneficia, ſtatumq́ue eum prouolent, niſi malè iacto fundamento tam ardui ſtatus, turpiter poſtea in mille vitia prolabi, ac demum ad infernum corruere velint præcipites. Neque enim Eccleſiaſtica vita niſi propter Eccleſiam, Deumque deligenda eſt. Hæc de ſtatu ſæculari, eiuſque variis ordinibus.

Status religioſus, cum religioſa in eo nō viget, ſed deerit diſciplina, multa habet damnationis æternæ incurrendæ pericula; cum tamen in eo viget

 feruor,

feruor, vt caret commodis carnis, ita ſanè abundat ſpiritualibus bonis; (ſed Deus non omnes ad hunc ſtatum vocat, plures vult in ſæculari ſtatu conſiſtere) omnem peccandi, id eſt, declinandi à via beatitudinis æternæ occaſionem præſcindit, dum diuitiis, carnis voluptatibus, honoribus, propriæque voluntati, peccatorum ferè omnium fomitibus, per vota paupertatis, & Caſtitatis, obedientiæ, nuncium mittit; certiora, altioraque omnia, quæ poteſt, ad conſequendam beatitudinem media complectitur. Vulgare eſt aureum illud D. Bernardi dictum. *In religione homo viuit puriùs, cadit rariùs, ſurgit velociùs, incedit cautiùs, irroratur frequentiùs, quieſcit ſecuriùs, moritur confidentiùs, purgatur citiùs, remuneratur copioſiùs*; hæc Bernardus paucis quàm plurima commoda huius ſtatus, & maxima, ſi attentè expendantur, complexus. Vtilitatum huius ſtatus hanc aliam placet inire ſummam. Prima eius vtilitas eſt perfecta remiſſio culparum omnium tanquam in altero baptiſmo.

Homil. Simile eſt reg. cœl. hō. quær. bonas.

2. Sancta ſobrietas quæ carnem coerceat.

3. Commoditas vacandi DEO.

4. Fuga

Digitized by Google

4. Fuga & ſeparatio ab omnibus rebus, quæ animæ nocere poſſunt.

5. Exequi in omnibus diuinam voluntatem, quæ per voluntatem ſuperiorum tanquam per certam diuini beneplaciti regulam innoteſcit.

6. Facit vt DEI præcepta facilius ſeruentur.

7. Eſt ſchola virtutum omnium.

8. Vberior influxus gratiæ in religione quàm in ſtatu ſæculari communicatur.

9. Vberius meritum ex vi ſtatus.

10. Communio & participatio omnium bonorum operum quę fiunt in religioſo, cui quis ſe addixit, ordine.

11. Fraterna coniunctio, mutuum in rebus omnibus auxilium, bona exempla quæ maximè ad virtutem trahunt, ſicut mala à virtute retrahunt.

12. Ductus præpoſitorū ſapientia pietateq; inſignium, regularumq; lumen.

13. Mortis ſecuritas quam adferre ſolet hic ſtatus ita à mundo remotus, ita cœlo cœleſtibuſque propinquus. His omnibus quaſi coronidis loco, ad ea videlicet cuſtodienda, accedit DEI ipſius & B. Virginis amor, patrocinium ac tutela; quæ omnia commoda ſtatui religioſo ineſſe fuſè docteque

probat & explicat Platus in ſuo pio eruditoque opere, cui titulus eſt, *de bono ſtatus Religioſi.*

Varii ſunt Religioſi ordines, pro varietate vel finis proximi quem diuerſæ Religiones intendunt, vt contemplationem, ſalutem animarum, &c. vel mediorum quæ ad finem intentum

2.2.q.vlt. a.vlt. conſequendum eligunt. Docet B. Thomas eum qui ad religionem accedit nō poſſe ambigere, an à diuino numine

Pſal. 142. moueatur, *cuius eſt* (vt ait Dauid) *ducere in terram rectam*; cum videlicet ſibi conſcius ſit, non ſe vllo prauo fine ad hoc impelli, ſed deſiderio virtutis ac diuini obſequii; In hoc tamen vel illo ordine Religioſo complectendo, tum nos errare difficile non eſt, tum dæmon multas nobis tenebras offundere poteſt.

Sæpè enim perfectionis deſiderio flagrantes eò flectit vbi perfectio minimè vigeat, vt illorum deſideria euaneſcant; ſæpè etiam præpoſtero quodam feruore inflammat, vt plus oneris ſuſcipiant, quam corporis vires ferre queant; & in ſumma ad hoc omnes eius inſidiæ nituntur, vt modo ad nimium, modò ad parum impellat. Quare ne in inſtituti quoque delectu vllus error

error cõtingat, duo ſunt videnda: primum, vt ſit ipſum quam maximè perfectum; deinde vt perfectè, & exactè ſeruetur. Nam licet aliqua familia ſanctiſſimas habeat conſtitutiones ac decreta, ſi deinde eis nulli pareant vel pauci pareant, id quidem parum prodeſt, nec debet vllus ita ſibi confidere, vt ſe multitudini reſiſtere poſſe ſperet, & cæteris errantibus rectam viam tenere. Itaque non tam illud videndum, quis ſit antiquior ordo, aut etiàm ob res olim geſtas, vel ob antiquos patres nobilior, & clarior, ſed quis in præſenti ſanctior, ac regularum ſuarum obſeruantior, & præſertim illius premæui ſpiritus quo quiſque ordo fundatus, ac cœptus eſt. Cuius ſi ſigna aliqua, ac veluti indicia quærantur, hæc eſſe poterunt. Primum, ſi rerum omnium communitas exactè ſeruetur, nemo vel pecuniam vel aliud quicquam proprium teneat. Alterum, ſi floreat charitas, & concordia, nulla ſint iurgia, aut contentiones, animorumque diſſidia.

Tertium, ſi procul abſit ambitio, & honorum affectatio, potiùſq; hæc munera in ſpeciem honorifica declinẽtur.

Quartum, obedientia in ſuperiores incorrupta ſeruetur, neque vllæ in ea

exceptiones, aut limitationes introductæ ſint. Quintum, ſi ſit quam rariſſima cum carnalibus propinquis communicatio, eaque vt debet ſpiritualis. Denique, ſi animarum zelus conſeruetur, eaque cauſa, nullus labor, nulla fatigatio defugiatur. Hæc ſunt potiſſima, & maxima.

Accedunt deinde alia minuta, nec tamen contemnenda, cuiuſmodi eſt, præter cætera, ipſa ordinis amplitudo, ſi copioſus ſit & magnus, multaſque in partes diffuſus, & multas, ac varias nationes complexus; ſic enim & doctrina ac prudentia vberior efficitur, & maiora ſuppetunt ad res gerendas adiumenta, & quò maior hominum copia, eò etiam maior copia bonorum operum, ex quorum mutua communicatione, ampliores etiam conſequētur fructus: Idem enim euenit quod in flamma, vt quò maior ſit lignorum copia, eò maius confletur incendium, cuius incendii vis in ſingula etiam ligna redundet, vt facilius, & celerius, & magis etiam ardeant, quam ſi ſeparatim quodque arderet. Sed hoc quidem quodcunque eſt, extrinſecum eſt: illud eſſentiā attingit, quod paulò ante dicere cœperam de ipſius inſtituti per-

perfectione, cuius perfectionis, quoniam in tanta varietate multi ſunt gradus, ſi eorum inter ſe contentio & comparatio facienda eſt, nimirum adhibendus eſt auctor Beatus Thomas, qui hanc ipſam quæſtionem ita diſſoluit. *Vltima*, inquit, *rei perfectio in ſui finis conſequutione poſita eſt.*

Opuſc. cō. imp. relig c. 1.

Quare ex duobus potiſſimùm ſpectanda eſt inſtituti cuiuſque religioſi maior perfectio; primum ſi finem habeat nobiliorem, deinde ſi inſtrumenta ad eum finem conſequendum aptiora. Nam quæ præſtantibus operibus diriguntur, illa etiam præſtantiora ſunt iudicāda; & quæ his operibus efficiendis tùm plures, tùm efficaciores continent rationes, eadem etiam meliora ſunt, & præferenda. Sed tamen quia nemo poteſt nouam vitam inchoare, niſi eum veteris vitæ pœniteat, & ob hanc cauſam qualibet religio, per quam ſcilicet homo nouam vitam aggreditur, quidam pœnitentiæ ſtatus eſt, ideò tertia quoque comparatio fieri poteſt in paupertate, & aſperitate, cæteroq́ue eiuſmodi rigore. Sed tamen priores illæ duæ comparationes cum religionis natura, & eſſentia magis coniunctæ ſunt, atque ex iis magis, vel minus perfecta æſtimāda eſt;

tũ quia perfectio vitæ magis in interiori iuſtitia, quam in exteriori abſtinentia, collocanda eſt; tum quia hæc auſteritas maiora bona, & maximè in proximum, impedire poteſt. Hæc ferè ſanctus Thomas, quæ breuiter, & vniuerſim dicta, ad vniuſcuiuſque ordinis dignitatem æſtimandam facilè applicantur. Quod autem extremo loco dicit de auſteritate, idem confirmari poteſt auctoritate S. Gregorii Papæ cognomento Magni. *Longè altioris eſt meriti, propriam voluntatem alienæ ſemper voluntati ſubijcere, quam magnis ieiuniis corpus atterere, aut per compunctionem ſe in ſecretiori ſacrificio mactare.* Verùm vt ad beati Thomæ regulam de æſtimanda religionum dignitate redeamus, ad eandem regulam pertinet quod alibi ab eodem Doctore ſcriptum eſt; *primo loco eas collocandas, quæ ad docendum, & prædicandum referuntur; quoniam cum eiuſmodi opera ex abundantia contemplationis promanent, vtrumque bonum tùm contemplationis, tùm actionis, coniunctum complectuntur; ſecundo verò loco eos ordines ponendos, qui ſolam retinent contemplationem; tertio qui ſolam actionem; In his autem ipſis generibus, & quaſi claſſibus, præſtare illos, qui ad plu-*

Lib. 6. in lib. Reg. ca. 2.

2. 2. q. 188. a. 6.

ra dirigũtur, & aptiores regulas, ac leges habent, vt ſi ad proximum iuuandum pluribus, & melioribus adiumentis nitãtur; quod idem de aliis dicendum eſt.

PARS SEPTIMA.

MODVS DIGNOSCENDI IN rebus omnibus DEI voluntatem, & eligendi quod optimum eſt.

QVA via ex Theologorum, Magiſtrorumque rerum ſpiritualium doctrina diximus dignoſci poſſe ad quem ſtatum vitæ nos Deus vocet; eadem poſſumus in quocunque dubio de re graui Dei beneplacitum intelligere, & quod nobis maximè expedit in tali re eligere. In quacunque igitur re graui primò homo componat animum, ita vt non plus in vnam quam in alteram partem propendeat, ſed id vnum cupiat, DEI placitum quodcunque id fuerit, explere.

2. Purget animum à peccatis, diſponat illum oratione, meditatione, &c. ſubtrahat ſe vt poterit à negotiationibus, ſic animus melius Dei lumen recipiet, facilius quid in ſe loquatur Dominus audiet.

Digitized by Google

3. Obſeruet quò voluntas ſua cum deuotione, ſpiritalique guſtu & voluptate eſt accenſa, feratur.

4. Propoſito ſibi fine vitæ noſtræ, gloria ſcilicet æterna, res de quibus cōſultatur quaſi ob oculos ſibi proponat, v. g. an tot, an verò plures pauciores ue pecuniæ ſint pauperibus annuatim erogandæ; an hæc an verò illa vel illa vitæ morumq; ratio in familia domeſtica ſit cōſtituenda; an hic vel ille dignitatis ſeu officii publici gradus ſit acceptādus vel recuſandus; an tantum vel tantum temporis ſit orationi, litteris, ludo, &c. dandum; an ſodalitati alicui dandum ſit nomen vel non, &c. Rebus de quibus eſt conſultatio, ob oculos poſitis, exploret diligenter, quid cōmodi & quid incommodi in diuerſis rebus propoſitis inſit ad finem vitæ æternæ conſequendum, idque demum ex omnibus complectatur, quod ad hunc finem, aptiſſimum iudicabit.

5. Meminerit ſe certiſſimè moriturum, atque inſuper rationem etiam DEO redditurum de omnibus ſuis rebus, quare quod tunc ſe quiſque feciſſe volet, id nunc faciat, & quod in illa hora magis optabit à ſe electum, eligat in præſenti.

6. Con-

6. Conſulat etiam viros probos & prudentes in Chriſto, quid facto opus ſit; Deus enim homines per alios homines edocet. Hoc modo in quacunque re beneplacitum Dei agnoſcere, & quod nobis maximè expedit, eligere poterimus. Qui in ætatis biuio è DEI voluntate, conſilioque maturo vitæ ſtatum non elegit; ſi matrimonii vel alterius ſtatus immobilis vinculum nō acceſſerit, faciat quod in aliis erroribus fieri ſolet; præſtat regredi quàm progrediendo longius ſemper aberrare; modò igitur ſtatum vitæ è DEI nutu & maturè eligat: ſi verò immobili ſe vinculo aſtrinxerit; certam in ſtatu ſuo viuendi rationem & normam è nutu diuinæ voluntatis deligat, à qua ne latum quidem vnguem vnquam diſcedat. Simile præſtet quilibet qui veri Chriſtiani officium vult explere in re alia quacunque graui.

PARS OCTAVA.

CONSIDERATIONES AD eos quos Deus ad vitam Religioſam vocat, confirmandos.

STatu vitæ ex Dei nutu iuxta regulas ſupra poſitas electo, quiſque in vitæ

ratione complectenda ad quam à Deo vocatur, confirmare ſe debet: qui ſtatum ſæcularem elegit, firmet ſe in voluntate quam Deo vocante concepit; ſimiliter qui religioſum: verùm ille ſat multa habet, quę ad laxiorem illam vitam illum alliciant & firment; mundi diuitias, voluptates, honores; & ideò hortatore nō magnoperè indiget: huic verò magna inſtat pugna; reuocant ab ineunda, quam Deus monſtrat, via, dæmon, caro, quæ eò periculoſior eſt, quò interior difficultas ſtatus ad quem vocatur, mundi falſa ſpecies & voluptas, à qua auocatur. Hic ergo auxilio aduerſus tot hoſtes, ad Deum vocantem ſequendum, eget; adiumento illi poterunt eſſe hæ conſiderationes.

Prima eſt, miſeriæ mundi, pleni calamitatibus, prę̨ſertim verò peccatis, quę ſunt ſumma omnium calamitatum, pleni ambitione, concupiſcentia, & laqueis infinitis, vbi tenebræ & cæcitas, & omnia lubrica, cuius & leges pernicioſæ, & mortifera exempla, & innumerabiles ad malum impulſores, non dæmones modò, ſed etiam homines.

Serm. de ingrat. *Magna eſt* (inquit S. Bernardus) *ſuper nos, magna valdè miſericordia Dei noſtri, quos iam ineffabili ſpiritus ſui virtute*

tute. tam inæſtimabili dono gratiæ ſuæ eripuit à vana noſtra conuerſatione huius ſeculi, in quo eramus aliquãdo ſine Deo, aut certè, quod execrabilius eſt, contra Deum, non ignorantiam habentes, ſed contemptum Cuius vita, aut potius mortis (anima enim, quæ peccauerit, ipſa morietur) *vtinam frequenter in oculis cordis noſtri tetra verſaretur imago; quanta videlicet cæcitas, quanta peruerſitas illa fuerit, vt ſedula meditatione penſantes miſericordiæ pondus, etſi non tam perfectè ſicut eſt, aliquatenus tamẽ, æſtimare poſſemus liberatricis miſericordiæ quantitatem. Iam verò ſi quis ex nobis diligenter conſiderare non negligat, non modò vnde erutus, ſed vbi ſit conſtitutus, non ſolùm quid euaſerit, ſed & quid acceperit, non tantum vnde reuocatus ſit, ſed etiam quò, inueniet ſine dubio vocatus, cumulum huius miſericordiæ omninò menſuræ prioris excedere quantitatem.* Hæc Bernardus.

Secunda conſideratio eſt breuitatis huius vitæ, vanitatis rerum omnium tempolalium, mortis, gehennæ, gloriæ cœleſtis, &c. *Qualibus* (inquit S. Bernardus ſæculari, quem ad religioſum inſtitutum cohortabatur) *iſta* (ſcilicet bona quæ ſunt in ſtatu religioſo) *tu* *Epiſt.103.*

tibi impedias rebus, vtinam ſine diſſimulatione attendas. Væ, væ, vapor eſt ad modicum parens, quod æternæ felicitati aditum intercludit, quod perennis luminis incircumſcriptam claritatem abſcondit, quod vniuerſitatis ſcientia fraudat, quod ſummæ priuat dignitatis honore. Quouſque tu tanta gloria præfers fœnũ, quod hodiè eſt, & cras in clibanum mittitur, carnem dico & eius gloriam? Siquidem omnis caro fœnum & omnis gloria eius tãquam flos fœni, Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum, de ſine iam ea ſequi, quæ & aſſequi miſerum eſt. An non ea ſatius cum honore ſpernis, quàm cum dolore perdis? An non ea prudentius Chriſti cedis amori, quam morti? Eſt in inſidijs prædo, cuius manibus nec te nec tua potes ſubducere. Non poterit præuideri, quia tanquam fur in nocte, ita veniet. Nihil intuliſti in hunc mundum, haud dubium, quia nec quicquam auferes. Dormies ſomnum tuum, & nil inuenies in manibus tuis.

Lib. 6. regis. Epiſt. 160. Similiter S. Gregorius Andream virum nobiliſſimum ab Imperatoris obſequio ad quod aſpirabat, ad Chriſti obſequiũ retrahere conatur. *Cur*, inquit, *magnifice fili non conſideras, quia mundus in fine eſt? Omnia vrgentur quotidiè, ad*

red.

reddendas rationes æterno ac metuendo iudici ducimur. Quid ergo aliud niſi de eius aduentu cogitare debemus? Vita enim noſtra nauiganti ſimilis eſt; is namque qui nauigat, ſtat, ſedet, iacet, vadit, quia impulſu nauis ducitur. Ita ergo & nos ſumus, qui ſiue vigilantes, ſiue dormientes, ſiue tacentes, ſiue loquentes, ſiue ambulantes, ſiue volentes, ſiue nolentes, per momenta ſingula quotidiè ad finem tendimus. Cum igitur finis noſtri dies aduenerit, vbi nobis erit omne quod modo cum tanta cura quæritur, & cum ſolicitudine congregatur? Non ergo honores, aut diuitiæ quærendæ ſunt quæ dimittuntur. Sed ſi bona quærimus, illa diligamus quæ ſine fine habemus. Si autem mala pertimeſcimus, timeamꝰ quæ à reprobris ſine fine tolerantur. Hoc ipſum verò eſſe in obſequio Principis, quanta eſt mentis occupatio in appetitu terrenæ gratiæ, & quantus eſt timor, ne hac eadem gratia perdatur, ſi adepta fuerit? Perpende ergo quæ pœna ſit, aut proſperitatis deſiderio fatigari, aut aduerſitatis timore paueſcere. Vnde magis ſuadeo, vt Magnitudo veſtra in ſuo propoſito quondam in pauco tēpore delectabili receptaculo peregrinationis viuere ſtudeat, & quietam ac trãquillam vitam ducere, ſacris lectionibus vacare.

Digitized by Google

vacare, cœleſtia verba meditari, in æternitatis amore ſe accendere. Sic autem *viuere, iam in æternitatis vitæ partem habere, eſt. Hæc, Magnifice fili, loquor, quia multum te diligo; & quia in procellas, & fluctus cordis tendis, verborum meorum funibus te ad littus reuoco; & ſi trahentem ſequi volueris, quæ pericula euaſeris, quæ gaudia inueneris, in ipſo quietis tuæ littore poſitus agnoſces.*

In Dominicanorum hiſtorijs legimus virum nobilem, & copioſum Rolandum nomine, cum feſtum diem totum ſolemnibus epulis, luſibus, & choreis, & reliqua eius generis vanitate conſumpſiſſet, ipſe inſuper nouis veſtibus ornatus, ſplendidis, ac ſumptuoſis, tandem veſpere ad ſe reuerſum ita cogitaſſe: Hem, vbi nunc eſt feſtum, quod egimus, vbi tota huius diei lætitia, quæ iam abijt. Itaque perpendens ſecum, vt dies ille tranſierat, ſic tranſituram vitam cum ſua felicitate; nihilq́ permanſurum, præter pœnitentiã & dolorem, poſtero die Relignonem ingreſſus eſt, in qua deinceps multis annis Domino militauit, clarus tum ſanctitate, tum etiam doctrina.

Hunc vanitas rerum temporalium permouit; in alio verò, vt accepimus, inferni potius timor valuit. *Nam cum omni-*

omnibus delicijs mollem vitam ageret, ac nullum ſibi de conuerſione verbum fieri pateretur, religioſus quidam comiter eũ inuiſens, ad extremum in digreſſu, vnum illum ex Propheta verſum protulit. Subtus te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Esai. 14. *Qui verſus ita pupugit, vt iam, nihil aliud animo voluere poſſet, quam vermes illos, & illas tineas: quin etiam cum moleſtam hanc recordationem ludis varijs, & æqualium ſolatijs abſtergere conaretur, ita nihil proficiebat, vt potius magis, ac magis infigeretur, quare hoc reputans, ſi ipſa cogitatio illius pœna tam erat intolerabilis, quantò intolerabilior futura eſſet ipſa pœna, manus denique DEO dedit, ſeq; ei in religione dicauit.*

Bononiæ autem in primis ferè Dominicani ordinis initijs vir magnus, clarusſque doctrina, cœleſtium bonorum amplitudine ad hanc vitam illectus eſt. *Cùm enim Reginaldus, vnus ex præcipuis illius familiæ, magno hominum concurſu, & approbatione, verbum DEI prædicaret; Monetus (ſic enim is appellabatur) de induſtria illius congreſſum & ſermonem fugere conſueuerat, multum ſibi ab eo metuens: tamen in Stephani martyris natali, ad eius concionem comi-*

tum

Digitized by Google

tum importunitate pertractus, primis ſtatim verbis captus eſt, cum illam vocem exponeret. Ecce video cœlos apertos. Ita enim diſſerebat, nunc quidem cœli portas ad beatitudinem patere, ita vt quiuis ingredi poſſit; qui autem negligentes eſſent, & qui DEO cor ſuum clauderent, ijs viciſſim cœlos claudi vt deinde intrare non poſſint. Nec pluribus opus fuit, ſtatim enim corde immutato, qui ad eam horam tam alienus fuerat à Religione, Religionis voluntatem concepit, finita concione Reginaldum adiit, animum ſuum expoſuit, eumq; voti etiam vinculo adiuncto confirmauit.

Similem etiam mutationem ex diſſimili cauſa accepimus Beati Nicolai Tolentinatis. *Cum enim Auguſtinianus quidam in publica platea concionem haberet ſuper illo Ioannis dicto, Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt, multiſq; verbis, & magno feruore, de mundi vanitate & periculo diſſereret, adfuit caſu hic iuuenis, vt adhuc erat, adeòque illa commemoratione incenſus eſt ad humana deſerenda, vt ſermone abſoluto, rectà ad monaſterium cum illo concionatore perrexerit.*

Ioh. 2.

Multa his ſimilia hac etiam noſtra ætate operatus eſt, & operatur quotidiè

tidiè ille hominum cuſtos, & ſaluator, *vt in quodam Societat. IESV quem æternitatis cogitatio permouit ad ſeculũ, in quo magnoperè defixus erat, abiiciendum: cum ita ratiocinaretur; finiti ad infinitum nullam eſſe proportionem; quare non vnam modò vitam hominis, ſed plures etiam vitas, ſi eſſe poſſent, non ſufficere, immò nihil eſſe, ſi cum ſempiternis præmijs comparentur.*

Alter item cùm in ſeculo magnus iuriſperitus eſſet multoſq́; & aſſiduos labores in clientum cauſis toleraret, deniq; ita ſecum conſtituit, ſi laborandum ſit, multò ſatius eſſe laborare Dei cauſa qui tantã mercedem reddit, quam cauſa mundi, cuius merces vel nulla vel exigua, & breuis eſt. Itaque ipſe etiam recepit ſe ſtatim in Societatem IESV.

Memorabile eſt id, quo Franciſcus Borgia Societ. IESV Præpoſitus Generalis permotus eſt: *Nam cùm eſſet Gandiæ Dux, magnaq́; apud omnes authoritate, ita contigit, vt Iſabella quæ Caroli V. Imperatoris vxor fuerat, nuper mortuæ corpus Granatæ ſepeliendum honoris gratia comitaretur.*

Quare cum neceſſitas incidiſſet, vt aperta capſa, cadauer inſpiceretur, idq́; ſcaturientibus vermibus putridũ, & corroſum aſpexiſſet, illicò hæc eius animum

ſubijt

ſubijt cogitatio; quò tandem veniſſet illa tanta fœmina potentia, & gloria, cuius paulò antè viuentis vel ipſi nutus terrori fuerant; quàmque nulla ſit in morte, & poſt mortem differentia inter principem, & pauperem. Itaque illa humanæ fragilitatis cogitatio tantum valuit in ipſo, vt ad principatum deponendum, & religioſam humilitatem amplectendam eum adegerit.

3. Conſideratio; quanta Deum iniuria afficiant, quantoq; æternæ damnationis periculo ſe exponant, qui religioſam vocationem à Deo ſibi oblatam reſpuunt, vt ſæcularem licentiam vanitatemque ſequantur. Primum enim ſubtrahunt ſe ab eo cuius quicquid ſunt, toti ſunt. Ab illo enim facti, & eius cauſa facti ſunt; ab illo inſuper empti pretio tam magno, vt Paulus ait; denique, vt alia omittam, hoc etiam promiſerunt, cum per baptiſmum eius ſeruituti conſignari, & quaſi militari ſacramento eius militiæ obligati ſunt. Ergo qui ſe illi eripit, & ſuus eſſe vult, idem facit quod qui mancipium, aut rem quamlibet alienam ſibi vendicat, quod furti crimen eſt.

1. Cor. 6.

Accedit quod, vt horum nihil ſit, hoc ipſum tamen iniuria eſt, quod ab ipſo

ipſo inuitati ad eius amicitiam, ac familiaritatem, & quidem diu, ac multũ rogati, tamen recuſant, eiuſque promiſſis, ac præmiis omnibus renunciãt, quaſi vel parua ſint, vel incerta. Principes quidem huius mundi ſi ſic rogantes repudientur, læſos ſe putant; ſed hoc in Principes iſtos nunquam euenit, vltrò enim eorum gratia, & obſequium ambitur, viæque omnes quæruntur, quò ſe quiſque inſinuet. Solus eſt Deus (res ſanè dolenda, multùmque lugenda) qui cum tantò maior ſit, & tantò maiora polliceatur, relinquitur tamen, & abiicitur cum ſuis promiſſis. Quantum ergo hoc crimen eſt? Nẽpè, vt ex ſe clarum certumq; eſt, ſummam eſſe eorum culpam, qui poſtquam Chriſtum in religione ſequi cœperint, deinde retrorſum abeunt: ſic eorum proxima quodammodo videtur eſſe culpa, qui ad religionem vocati, Dei vocem, conſiliumq; ſpernunt. Nam detracto voto, & ſponſionis illius nexu, quod quidem ad iniuriam attinet, de qua hic agimus, eadem ferè eſt, vel amicitiam iam factam diſſuere, vel oblatam reſpuere; æqualiſque ferè contumacia exiſtimatur, iuſſum Regis poſtquam facere cœperas omittere, vel nunquam incipere.

Quare,

Quare, vt generi illi hominum experientia ſemper parata eſſe conſtat, ſupplicia, quæ diuinam iram teſtentur; idem omnino de his credendum eſt. Impletur enim in ipſis illa ex Pſalmis vera, & iuſta ſententia vt quoniam *noluerunt benedictionem, elongetur ab eis, & quia maledictionem dilexerunt, eueniat eis eamq; induant ſicut veſtimentum, & intret ſicut aqua in interiora eorum, aut ſicut oleum in oſſa eorum.*

Aliquibus nullam aliam ſalutis rationem eſſe quàm Religionis, & niſi illam ineant omninò perituros eſſe, docet S. Gregorius in epiſtola, qua Mauritium Imperatorem reprehendit de edicto quodam, quo ille certa hominum genera monachos fieri prohibuerat; quam legem ait iniquam eſſe, quia per eam cœlorũ via multis clauderetur; redditque rationem; quoniam licet multi ſint, qui etiam in ſeculari habitu bonam vitam ducere poſſunt, *tamen*, inquit, *plerique ſunt, qui niſi omnia reliquerint ſaluari apud DEVM nullatenus poſſunt.*

Epiſt. 6. Lib. 2.

Quod dictum tam ſancti, tamq; ſapientis viri valdè ſanè notandum valdeq; conſiderandum eſt; quoniam ſcilicet ſibi quiſq; metuere debet, nec eſt

cauſa

cauſa cur non metuat, ne ſit ipſe ex his pleriſque; præſertim deinde ii, qui Dei vocationem vel admittere nolunt, vel admiſſam poſtea repudiant. Tantum enim eſt hoc crimen ingrati animi, & quidem ingrati in Deum, vt quemadmodum ait ſanctus Bernardus, *ſit ventus vrens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ*: iſque Dei mos eſt, quem ipſe denunciauit, vt qui rem acceptam non auget, & multiplicat, non ſolum non ei plura, & maiora largiatur, ſed eum etiam illo ipſo, quod iam dederat, expoliat vt habenti inſuper detur, & abundet, ab eo autem qui non habet, etiam quod habet, auferatur. *Vocaui* (inquit Deus) *& renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis.* Huius igitur culpæ pœna ſubiicitur. *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cum vobis id, quod timebatis, euenerit.*

In Cant. Serm. 51.

Luc. 19.

Prouer. 1.

Cuius quidem tam ſeueræ denunciationis quæ ſit vis apertè oſtendit id, quod Antonius narrat, *Cùm quidam aliquando Franciſcani ordinis votum ſuſcepiſſet, poſtea verò mutato cõſilio factus eſſet Canonicus, poſt paucos menſes in morbum*

Ant. 3. p. tit. 24. c. 9. ¶ 7.

Digitized by Google

morbum lethalem incidit; quam ob cauſam admonitum à ſuis de anima per confeſſionem expianda, reſpondiſſe nil opus eſſe: quoniam oſtenſum ſibi eſſet, ſe eſſe damnatum, quare ne ampliùs ſibi moleſti eſſent, quia non poſſet confiteri. Apparuit enim mihi, inquit, *Dominus iratus,* dicens: *Vocaui, & renuiſti, ideo vade ad pœnas inferni: quo dicto expirauit.* Triſtis ſanè ac miſerandus huius exitus.

Anton. 2. p. hiſto. tit. 17. c. 2. ¶ 2.

Melior alterius in ſimili periculo, qui cũ adhuc iuuenis, Ciſtertienſe inſtitutum ſequi decreuiſſet (neque ſe tamen voto obligarat) dum de die, in diẽ differt, cœpit intepeſcere. Quare cũ ex Comopoſtellana peregrinatione domum rediiſſet, eadem ipſa nocte, apparuit illi Chriſtus Dominus cum duobus Apoſtolis, Petro & Iacobo; Petrus autem pulcherrimum librum tenebat coram Domino apertum in quo adoleſcentis nomen, Ioannes deſcriptum erat. Tum Dominus ad S. Petrum Dele, ait, *iſtum de libro meo. Iacobus verò ſupplicare cœpit pro ſuo, vt appellabat, peregrino, inſuper etiam illius emendationem promittere. At Ioannes hoc de ſe agi videns, pauebat, & tremebat, nouamq́; vitam in futurum pollicebatur. Dominus autem, quaſi illius inconſtantiæ minus credens, fideiuſſorem illius volunta-*

tis

Digitized by Google

tis poſtulauit, quem ſe obtulit ſanctus Iacobus. Inter quæ cum iuuenis excitatus eſſet ſecundóq; hæc admirans rurſum obdormiſſet, iterum eſt illi eadem obiecta ſpecies, idq; amplius, quod in libro illo apparuit eiuſmodi inſcriptio ex Canticis. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Ille igitur & hoc iucundo promiſſo inuitatus, & illis minis exterritus nulla mora interpoſita, Ciſtertium ſe contulit, vbi magnis in virtute progreſſibus factis, primum Abbas Bonæuallis, deinde etiam Valentiæ Epiſcopus factus eſt. Cant. 2.

At in hiſtoriis Franciſcanis illud legimus, quod circiter annum Domini M. CCCL. accidit, *ſcholaſticum quendam Pariſienſem, cum ordinem illum ingredi decreuiſſet, atque ob hanc cauſam ſacrum etiam habitum ſibi curaſſet, poſtea conſilio mutato, ad alia ſe conuertiſſe. Inter quæ nocte quadam viſum eſſe ſibi, ſiſti ſe ante iudicem Ieſum in Regio throno cum maieſtate conſidentem: ad quem conſcientia perculſum clamare cœpiſſe. Miſerere Domine; cui Dominus, miſerebor,* inquit, *ſed ita ſi cogitata perfeceris. Cum ille libentiſſimè recepiſſet, à Dæmone tamen in ahenum oleo, & pice feruens, coniectus eſt, in quo videbatur*

tantis torqueri cruciatibus, ac ſi doloris magnitudine oſſa à carne diſtraherētur. In qua anguſtia expergefactus, nulla interpoſita mora & quidem cupidè, ad religioſam vitam ſeſe contulit.

Eſt etiam in hoc genere admodum terribile illud quod ipſe S. Bernardus commemorat in epiſtola quadam ad Thomam Audomarenſem, qui ob literarum ſtudia religionis ingreſſum differebat, ad quem deterrendum alterius in ſimili cauſa ſupplicium proponit: *Epiſt.108.* *Heu heu,* inquit, *videris mihi vno ſpiritu ambulare ſicut & vno cenſeris nomine, cum altero illo Thoma olim ſcilicet prapoſito de Beruele, qui cum ſe ſimiliter noſtro ordini, & noſtra domui toto deſiderio deuouiſſet, cœpit induciari & ita paulatim refrigeſcere, donec ſubita, & horrenda morte raptus eſt de medio ſecularis & prauaricator, & duplo filius gehenna: quod ab eo ſi fieri poteſt, auertat miſericors & miſerator Dominus.*

Verum hæc quidem exempla in omnibus ſeculis multa fuerūt, & ſunt quotidiè, noſque ipſi plura ſpectauimus, & hoc ipſo tempore ſpectamus, hominū, qui voluntate, quam Deus inſpirarat, religionis ineundæ relicta, quaſi ipſi à Deo

Deo relicti, in maximas, eaſque perpetuas calamitates inciderunt.

Ex his eorum error refutatur, qui ita ſe a religioſa vocatione ſubducunt, itaque ſe excuſant; *non me obligauit* DEVS *ad hanc vitæ rationem complectendam*: ſupra enim oſtendimus. Primò, quam iniuriam Deo faciat, qui illi vocanti non reſpondet; 2. Cui particulari ſpecialique æternæ damnationis periculo ſe exponat. Quamquam tertiò ſufficit reſponſum, quod huic argumēto verè ſtolido dedit Sacerdos quidam Societatis IESV rerum ſpiritualium peritus; qui cum inſignem Theologiæ Doctorem ſpiritualibus exercitationibus informaret, iſque à DEO ſe vocari ſentiens, hac ipſa quam diximus fallacia vocationem eluderet; *Dic mihi, inquit, ſi neceſſariò in Indiam nauigare cogereris, ac, cū multæ naues præſtò eſſent, aliæ meliores, aliæ deteriores, claſſis Præfectus in ſuam te nauim inuitaret, nouam, & firmam, rebuſq; omnibus inſtructam, velis, rudentibus, gubernatore, & nautis optimis, an tu, eius beneficio contempto, aliam malles quaſſatam, & carioſam, ſuiſq; armentis ſpoliatam? ac non potius ſumma cum gratia acciperes quod offertur, immò etiam vltrò*

 rogares,

rogares, & vrgeres: multò igitur magis ad euitandum animæ naufragium, quod æternum eſt, eiuſmodi ſtatum eligi oportet, qui nos tutius, ſecuriuſq́; perferat in hac tam dubia, & ſcopuloſa huius mundi nauigatione. Nihil clarius, atque euidentius dici poteſt; itaque illi etiam Doctori adeo euidens viſum eſt, vt conuictus, omni dubitatione depoſita, Societati IESV ſe adiunxerit.

Placet & quartam addere reſponſionem ex D. Hieronymo. Is ad nobiliſſimum virum cui ſæculi fugam ſuadebat: *Sed hoc,* ais, *Apoſtolicæ dignitatis eſt, & eius qui velit eſſe perfectus; cur autem & tu nolis eſſe perfectus? cur qui in ſæculo primus es, non in Chriſti familia primus ſis? Villam emis* (inquit Auguſtinus) *bonam quæris; vxorem ducis; bonam eligis; filios tibi vis naſci, bonos optas; caligas locas, & non vis malas; & vitam amas malam: quid te offendit vita tua, quam ſolam vis malam, vt inter omnia bona tua, ſolus ſis malus? Nemo ſanè theſaurum reſpuit hac ratione, quod non obligetur ad illum acceptandum;* opes verò bonaque vitæ religioſæ modo proponemus.

Epiſt. 34. ad Iulianum.

De verb. Dom. Serm. 16.

PARS

PARS NONA.

ALIA CONSIDERATIO.

QVarta conſideratio bona vitæ religioſæ. Ægidium ferunt, eum, qui vnus fuit ex primis Fanciſc. Ordinis lapidibus tanta ſanctitate, vt audito Dei, vel paradiſi nomine, ſtatim raperetur in ectaſim; hunc igitur ferunt aliquando petenti cuidam conſilium, num ſibi in religionem ingrediendum eſſet, ita reſpondiſſe: *Dic* inquit, *mihi, mendicus ſi certò ſciret aliquo loco magnum latere theſaurum, an ille conſuleret expediretne eum effodere? Cum is negaſſet; quanto igitur, ait, alacrius & promptius debent homines ad infinitum illum Dei theſaurum accurrere, in quo ſolo ſunt vera, & æterna diuitiæ? Quod ille audiens, abiit illicò, ſuiſq; omnibus diuenditis, & in egenos diſtributis, religioſam vitam iniit.*

Rectè vir ille ſanctus vitam religioſam theſaurum nuncupauit; illum ſcilicet abſconditum, quem qui inuenit homo, vendit vniuerſa quæ habet vt theſaurum illum poſſideat; theſaurus eſt propter tot bona, quę inſunt in ſtatu religioſo: abſconditus; quia non patent *Math.13.*

 oculis

oculis omnium theſauri iſtius bona; exponamus ea oculis, nō omnium ſed ſolum eorum quibus datū eſt à Deo lumen vocationis religioſæ, quo ea videant; hos enim ſolos modò alloquor(& ideò liberius bona theſauri qui à DEO illis offertur, licebit mihi exponere) alios nec monere nec mouere lubet. Bonum triplex eſt; vtile, honeſtum, iucundum; tria hæc bona rarò in bonis temporalibus ſimul conueniunt; in religioſo ſtatu mirè concurrunt.

Vtilitates vitæ religioſæ ſummatim ſupra perſtrinximus, quarum aliquas quia magis explicatione egent, paucis iam explicabimus.

Prima eſt communio omnium bonorum operum, quæ fiunt à perſonis ſingulis religionis, cujus quiſque mēbrum eſt; quā amplos, quā ingentes neceſsè eſt ſpirituales eſſe theſauros ſi ex tanto exercitu, vt ſunt omnes ferè Ordines religioſi, omnium diuitiæ ſpirituales, orationes, mortificationes, diuerſarum virtutum diuerſi actus, &c. in vnum aceruum ac cumulū conferātur? quam magnum eſt participem eſſe omnium laborum, quos ordo vniuerſus per tot vrbes, tot prouinciis diffuſus in Dei obſequio perferat, meditando,

do, concionando, animabus iuuandis, &c. B. Macharius ad ſuos; *debet frater* (inquit) *qui operatur, de eo qui preces fundit, ita dicere: Nempe particeps ſum theſauri, quem comparat frater meus, qui communis eſt: & ſic de alijs aliud bonum operantibus,* Hom. 8.

2 Vtilitas Vberior influxus gratiæ, quæ in religioſos abundè deriuatur 1. Media deuota Sacramentorum vſurpatione, oratione, cęteriſq; pietatis officiis (his enim omnibus gratia hominibus communicatur) quæ omnia ſunt in vſu longè frequentiori inter religioſos quàm inter ſæculares. 2. Cum vita religioſa virtutum omnium officia contineat, imò ex iis quaſi conflata ſit, ad quæ virtutum officia tam ardua, abũdãs gratiæ copia neceſſaria ſit; Deus qui vocationem religioſam inſpirauit, conſequenter hanc gratiæ copiam tam neceſſariam abundè tota vita debet cõmunicate, & verò abundè cõmunicat.

3. Religioſi congregati ſunt in vnum in nomine IESV Chriſti, id eſt, ad eius obſequium & famulatum; at *vbi duo vel tres* (inquit Chriſtus) *fuerint congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*, ſcilicet, per gratiæ multiplicia dona; quanto magis vbi copioſior multitudo; Math. 18

Tertia vtilitas, Copia ingens meritorum. Ad meritum duo ſunt in primis neceſſaria, res quæ agitur, & cauſa vel finis propter quem agitur; qui rei temporalis amore in re temporali laborat, non meretur; qui verò in re ſpirituali ſed propter temporale præmiũ, apud Deum nihil meretur. In ſæculari vita ferè omnes & in rebus temporalibus & terrenis laborant, & finem ſi nõ prauum, ferè tamen temporalem & terrenum ſuis operibus præfigunt, ad familiam, ad filios alendos, & honeſtandos; denique quiſque ferè laborat, vt ſibi ac ſuis benè commodeque ſit; plerique ſi in ſpiritualibus laborant, finem temporalem diuitiarum, honorum, &c. ſibi præfigunt: quare ſæcularium opera, vt plurimum vel mala ſunt, vel caſſa omninò & inania, ſeu merito apud DEVM carentia. Contra verò materia quam Religioſi tractant & in qua verſantur nihil fermè aliud eſt quàm Dei ipſius negotia, aut in ſpiritualibus occupantur vt in oratione, humilitatis, charitatis, obedientiæ, aliarumque virtutum exercitiis, adhortando ad pietatem, confeſſiones excipiendo, aut alio modo ſalutem animarum procurando; aut in iis quæ ad hæc

ducuat,

ducunt, dando operam ſtudiis,&c. aut denique in temporalibus, quæ tamen non propria & particularia, ſed communia religionis, adque ideò Dei ipſius negotia ſunt; & cum non ad proprium quæſtum, ſed ad communem fratrum vtilitatem ſpectent (quæ ipſa vtilitas ad DEI honorem & obſequium refertur) ob finem ſpiritualem talia negotia temporalia, non ſolum duo alia prædicta magis ſpiritualia, tractant. Illud quoque adiungendum eſt, non ſolum opera, de quibus loquuti ſumus, tantum pondus habere, ſed ipſos etiam interiores affectus, penè dicam, naturales: Nā, ſi rectè aduertimus religioſi cum ſua relicta domo, ac re, vt ſupra diximus, in Dei domum, ac rem ſe transtulerint, ita ſe totos in Dei cauſam demittunt; vt Dei negotia, ſua iam negotio efficiant, & viciſſim ipſorū quoque negotia, ad Deum pertineant, & in ſumma, eadem ferè vtriſque ſint commoda, eadēq; vtilia: Ex quo fit vt cum etiam de ſuis rebus, quæ ſimul etiam DEI res ſunt, gaudent, cupiunt, aut timent, ille timor, illud deſiderium, illa etiam triſtitia, ſiue gaudium, quæ ex eiuſmodi radice procedunt, ſuum meritum habeant. Et tamen inter hos affe-

Digitized by Google

ctus omnis penè vita traducitur. Itaq; ſi boni ratiocinatores eſſe volumus, atque, vt mercatores faciunt, quaſi calculis ſubductis lucra noſtra ſupputare, quis dies erit, in quo non ad veſperam magna quædam meritorũ ſumma ex tot religioſis actionibus confecta reperiatur? quod ſi vnus dies tam plenus eſt, quid faciet menſis, quid annus tot diebus totque dierum quæſtu accumulato? Quod ſi etiam contingat, vt plures anni in religione tranſigantur, quẽ tandem cumulum, quam ſummam ex tot laboribus, tot virtutum officiis tam frequentatis colligi neceſsè eſt?

Quæ ſæcularium miſeria? qui cum tot labores perferant, tamen eorum fructus miſerè perit in terra, opera terrena illorum non ſequuntur illos ad præmium, ſequuntur ſolùm ad ſupplicium. Hanc ob cauſam S. Bernhardus
Ep. 104. Gualterum iuuenem ingenio ac doctrina florentem, ad religioſam vitam ineundam grauiſſimè hortatur, quia doleret quod bona illa, (vt ipſe ait) inanibus ſtudiis attereret, dum de tantis muneribus non eorum auhtori, ſed rebus tranſitoriis deſeruiret.

Quarta vtilitas: quod ſit ſignum diuinæ prædeſtinationis ad gloriam æternam

ternam (quo quid in hac vita optabilius?) Primò, quia Religioſi totam vitam in audienda Dei voce, obedientia interprete, aliiſque modis, orando, meditando, &c. traducunt. At (inquit Christus) *Qui ex DEO eſt verba DEI audit.* Itaque D. Bernardus fratres ſuos Religioſos ita confirmat, vt credere debeant ſe ex electis eſſe, quoniam tam libenter & cum fructu verba DEI acciperent. 2. Anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, quam portam eſſe ipſam religionem teſtatur D. Gregorius. 3. Chriſtus apertè ait: *Omnis qui reliquerit Patrem aut Matrem, & fratres, aut domum & agros propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Quid clarius? vt neque de facto, neque de facti mercede ambigi poſſit, ſi modò nec anim⁹ deſit qui requiritur, nec deinde deſit perſeuerantia vſque in finem. Itaque rectè B. Laurentius Iuſtinianus, Securè (inquit) ſperet, poſt hanc peregrinationem, ad illam ſupernam intrare Hieruſalem, quicunque in iuſtorum congregationem fuerit vocatus.

Ioha n. 8.
Serm. 1. ſept.
32. Moral. ca. 17.
Matth. 19.
Marc. 10.
De perfect. mo. con. c. [illegible]

Quinta vtilitas: Mortis ſecuritas. Mors tria habet; amara eſt ob ſeparationem animæ à corpore & bonis omni-

bus huius mundi; periculoſa eſt ob infeſtas dæmonum tentationes qui tum maximè ſæuiunt; terret, propter illud tribunal, illudque diſtrictum Dei iudicium, quod inſtat proximè poſt mortem. Hæc omnia bona ex parte tollit religio. Amaritudinem valdè minuit; quia religioſus moriendo, nō ab ea vita auellitur in qua multa ſint quæ delectent, diuitiæ, voluptates, &c. ſed in qua multa ſint incommoda paupertatis, vigiliarum, multa ſenſuum mortificatio, &c. Prçterea mori ſibi, ante mortem aſſueuit Religioſus; iam diu etiam ſe ad mortem parauit. 2. Tentationes dçmonis facilè ſuperat, tùm quia aſſuetus eſt his reſiſtere, tùm adiutus cohortationibus & precibus fratrū, quæ præcipuè in illo articulo maximum habēt momentum. 3. Terrorem diuini iudicii aut tollit aut valdè minuit, nullius ſibi criminis conſcium eſſe, & tot ante partorum bonorum memoria & copia. Quamobrem rectè Hieron. in epiſtola quadam ad Iulianum, cuius animum ad religioſam vitam impellebat. *Felix*, inquit, *& omni dignus beatitudine, quem ſenectus Chriſto occupat ſeruiētem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantē, cui in introitu para-*

Epiſt 34.

diſi

diſſi dicetur: Recepiſti mala in vita tua, nunc autem hic lætare. Bernardus quoque in eandem ſententiam Romanum vrgens, vt ſeculi moras rumperet; *Moritur quidem & iuſtus, ſed ſecurè, quippe cuius mors, vt præſentis eſt exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors ſi peccato moriaris, vt iuſtitiæ viuas. Hæc mors neceſſè eſt vt præcurrat, vt ſequatur illa ſecura. Dum viuis in carne, morere mundo, vt poſt mortem carnis, Deo viuere incipias.* Rectè igitur, & verè ab eodem Bernardo alibi dictum eſt. *O vita ſecura, vbi pura conſcientia. O inquam, vita ſecura, vbi abſque formidine mors expectatur, immò & exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum deuotione.* Huius ſecuritatis & lætitiæ in in morte pleni ſunt religioſarum familiarum annales. *Nicolaus Tolentinas Auguſtinianus,* vt ſcriptum eſt, *ſex totis ante obitum menſibus, paulò ante nocturnas preces, ſingulis noctibus, ſuauiſſimum Angelorum concentum audiuit, qui illi quaſi prægustationem futuræ vitæ præbebat. Itaque quo illum eius vitæ deſiderio arſiſſe credimus, ad cuius iucunditatem tam iucundè inuitabatur?* Declarauit ipſe, *qui frequenter illud Apoſtoli dictũ in ore habebat, Cupio diſſolui,*

Ad milites templi ca. 1.

Ad Philipen. 1.

& eſſe cum Chriſto. Quin idem etiam, cum reſolutionis tempus inſtaret, in extremo ſpiritu voces fundere cœpit lætantis, atq; geſtientis: cuius inuſitati gaudij cum fratres, qui aderant, cauſam quæſiſſent, attonitus ille, vixq; ſui compos præ magnitudine rei; Dominus meus IESVS Chriſtus, inquit, ſanctiſſimæ Matri ſuæ, & Auguſtino Patri noſtro innixus dicit mihi, Euge ſerue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui; in quibus verbis expirauit

Addã aliud exemplum recens & adoleſcentis & nouitii, vt hoc vno clarius ſecuritas mortis in religione eluceſcat. *Gulielmus, Elfinſthonius, patria Scotus, ſanguine, & ingenio, & virtute admodũ nobilis, cum penè adoleſcens nõdum integro menſe, poſtquam in Societatem Ieſu, admiſſus eſſet, in lethalem febrim incidiſſet, incredibilem ſemper alacritatem & verbis, & vultu, & factis ipſis præ ſe tulit, cum ſatiari non poſſet, gratijs Deo agendis, quod in religione moreretur. Extremo autem fermè ſpiritu, cum fratres in cubiculum confertim introeuntes videret, in hanc ipſam vocem erupit, O glorioſam, inquit, mortem tot Angelorum agminibus conſtipatam. Quin etiam ingenti, atq; inſolito elatus gaudio, Non videtis,*

detis, inquit, non videtis Angelos, ſimulq́; Angelũ ſuum cuſtodem compellans, aliquandiu cum eo ita loquutus eſt, quaſi eum oculis aſpiceret, à quo ſibi deinde denunciatum narrauit, ſe per purgatorij quidem loca tranſiturum, ſed celerrimè euolaturum. Quærente autem neſcio quo, qua ſpecie, & qua forma is Angelus eſſet adoleſcẽtem quendam, qui tum aderat, indicauit, cui ſimillimum eſſe dixit. Mox etiam dulcedine quadam, mixtoq́; feruore ita cõpleta eſt eius anima, vt corpus ipſum, licet grauitate morbi, & mortis propinquitate fractũ, aliquandiu tamen inſolitis motibus ſuper lectulum quaſi exiliens, & geſtiens agitaretur, cum omniũ admiratione, qui nũquam ſimile aliquid viderant. Simul etiam oculos retrò poſt ceruical cum magna quadam exultatione reflectens, ac neſcio qua, quæ à nullo percipi potuère ſubmurmurãs indicabat, ſe aliquid ibi ſpectare, quo maiorem in modum oblectaretur. Inter quæ gaudia repentè conſiſtens, tanquam placidiſſimo ſomno cõſopitus, ſpiritũ exhalauit. Quid tali morte felicius, vel optabilius? aut quis ſit, qui non multò hãc mortem malit, quam eas, quæ in magnis palatiis ſub auratis conopæis, in purpura, & ſerico, inter famulorum greges, obiri à ſatrapis ſolent?

PARS

PARS DECIMA.

ALIA CONSIDERATIO.

VTilitati coniuncta eſt dignitas Præſtantiſſimus eſt iſte ſtatus; primò ex ſimilitudine quam habet cum vita Chriſti, qui pauperem cælibemque vitam egit; *erat ſubditus illis*, ſcilicet B. Virg. & Ioſepho, *obediensq́; patri vſque ad mortem*.

2. Hominem rebus omnibus terrenis ſuperiorem efficit. 3. Genus eſt martyrii. 4. Suos reddit alumnos, Dei amicos, filios, ſponſas, templa, ſacrificia: 5. Conſidebunt cum Chriſto in extremo die iudicii, iudicabuntq; orbem, iuxta promiſſionem Chriſti; *Vos* (Matt. 19.) *qui reliquiſtis omnia, in regeneratione cum ſederit filius hominis, ſedebitis & vos iudicantes*; &c. 6. Maiorem in cœlo gloriã religioſi cõſequentur; *quia* (inquit S. Gregorius, & fides Catholica docet) (4. Moral. ca. vlt.) *in hac vita nobis eſt diſcretio operum, erit in illla proculdubio diſcretio dignitatum, vt quo hic alius alium merito ſuperat, illic alius alium retributione tranſcendat*. Cum igitur tanta ſit inæqualitas gloriæ in cœlo; eaq; ex gratiæ, bonorumque operum huius vitæ inæqualitate proueniat, facilè iam intelligitur

gitur quàm copioſiora, futura ſint Religioſorum præmia: cum ſtatus ipſe tam copioſum influxum gratiæ communicet, ſchola ſit virtutum, tantum commoditatem præbeat augendi & multiplicandi merita, vt ſupradeduximus. Quo in genere commodè AEgidius ille S. Franciſci ſocius dicere ſolebat, vt aiunt; *Si Tyberis non defflueret, ſed aquam quæ ſemper labitur retineret, quantum iam excreuiſſet?* Benè Chryſoſtomus, iniquiſſimè & indigniſſimè homines in negotio ſalutis æternæ agere, qui ſi locum in aliqua regia quęrunt, omnem dant operam vt quam optimum, quamq; honeſtiſſimum conſequantur: at verò cœleſtium optione propoſita nō doleant & lamententur, ſi poſtremum teneant locum, ſintque omnium nouiſſimi. *Atqui* (inquit) *ſæculares extremo in loco reponentur, ſi tamen ſæculi impedimenta perrũpere potuerint, quod eſt arduum & difficillimum. Quid igitur ſtultius quàm cum poſſis in altum ordinem referri, malle in vltimis conſiſtere?* Hæc Chryſoſtomus. Mitto alias dignitates vitæ religioſæ, ne longior ſim.

Lib. 3. ad. uers. vitup. vit. monaſt.

PARS

PARS VNDECIMA.

ALIA CONSIDERATIO.

SExta conſideratio Reſtat iucunditas, quæ minus nota eſt, & minus etiam credita à ſæcularibus hominibus, qui vtilitatem & dignitatem facilè religioſæ vitæ concedant; ſed eandem non modò iucundam negant, ſed etiam aſperam putant; qua acerbitatis opinione & metu vt validiſſima machina vtitur dæmon ad multos, à vitæ religioſæ ineundæ conſilio reuocandos. Timor hic difficultatum, inquit Bernard. noſtræ conuerſionis primordia exagitat; eundem vocat nocturnum; cuius cauſam alibi docens ait; in religioſorũ animis idem per gratiam fieri, quod in Eccleſiis dedicãdis ritè obſeruari ſolet, vt pictæ cruces oleo ſacro inungantur. *Hinc eſt* (inquit) *quod multi abominantur & fugiunt pœnitẽtiam, crucem quidem videntes, ſed nõ videntes vnctionem. Vos qui experti eſtis, ecce ſcitis, quia verè crux noſtra inuncta eſt; & per gratiam ſpiritus adiuuantis ſuauis & delectabilis eſt pœnitentia noſtra, & vt ita dicam, amaritudo noſtra dulciſſima.* Contra hunc igitur timorem à voluntate Dei

Serm. 33. in cant.

In Serm. 1. dedic. Eccleſi.

implenda

implenda retrahentem, qui vocatus eſt à Deo ad vitam religioſam, certò ſibi perſuadeat, vitam religioſam iucundiſſimam eſſe crucisq; externam ſpeciem quę in ea apparet, oleo gratię ita leniri, vt ipſa crux delectabilis & dulciſſima ſit. D. Chryſoſt. cū aliàs ſæpè multa religioſæ vitæ cōmoda cōmemorat, tum verò homilia quadam in Matthęum eius etiam ſuauitatem tam magnam, vt eam lōgè præferat ſeculari vitæ, immò verò iis, ipſis ſecularis vitæ gaudiis, quę omnium prima, ac pręcipua exiſtimātur, vt quæ ex theatri ſpectaculis vel etiam, quę ex turpiori intemperātia capiuntur: inter quas vitas, ac delectationes tantum ait eſſe diſcrimē, quantum eſt inter Angelos modulatè canētes, & porcos in ſuo cœno inconditè grunnientes. Laurētium Iuſtinianum hoc inter alia de religionis laude dicere ſolitum accepimus: Cōſultò à Deo eſſe factum, vt eius iucunditatem abſconderet atque occultaret, quoniam ſi eam homines cognoſcerent, futurum eſſet vt mūdus planè totus exhauriretur, ita ſe omnes tenere non poſſent, quin ad eam concurrerent. Multiplices ſunt in religione fontes, vnde ducūt originem hæ religioſæ voluptates. Hom. 69. in Matth.

Prima

Prima iucunditas eſt quæ oritur ex bona conſcientia, ſpeque certa gloriæ cæleſtis. *Nihil ſuaui⁹* (inquit Chryſoſt.) *bona conſcientia, & bona ſpe.* Palladius certè de Apollo, cuius nomen inter veteres Patres celebre eſt, ita commemorat, cum ad quingentos haberet diſcipulos, ſic eos inſtituere conſueuiſſe, vt eſſent ſemper alacres & læti, ita planè vt nullam ſimilem in terris lætitiam videre liceret cuiuſmodi inter illos perpetuò erat. Sic enim aiebat, non decere eos triſtes eſſe, qui tam certam ſpem habeant fœlicitatis æternæ.

Hom. 63. ad pop. Pallad. in hiſtor. Lauſ. in vita. 52.

Secunda ex ſpiritualium fratrum cõuictu. Quid dulcius eorum conuictu quos tam certa ſpe ſperamus habituros nos gloriæ cœleſtis cohæredes? Plurimum ſe gaudere dicebat S. Leo cum Dei famulorum frequentiam videret, & in tot ſanctis, Angelorum præſentiam ſe ſentire, nec dubitare, quin abundantiore Dei gratia viſitarentur omnes, quando ſimul adſunt, & vno lumine micant, tot ſpecioſiſſima tabernacula Dei, tot membra excellentiſſima corporis Chriſti.

Serm. 1. de ſua aſſum.

Tertia, ex proximorum profectu ſpirituali.

Quarta ex ſtudiis literarum.

Quinta

Quinta ex mentis paſſionibus domitis, tranquilla quiete, & ex ſuaui virtutum exercitio.

Sexta, quod ſæcularibus moleſtiis, quæ multiplices ſunt, caret hic ſtatus.

Antequam alia Religioſorum ſolatia perſequamur, placet audire Fulgentium prędicta deſcribentem, & ex iis ad religioſam vitam ſeipſum permouentem. Is vt ſcriptum eſt, cum ſenatoria familia eſſet ortus, inſuper etiam doctrina, diuitiis, ſummo magiſtratu, clientelis, florenti ætate, fortunatiſſimus haberetur; inter hos ventos tam propitios, primum, vt de eo ſcriptum eſt, cœpit ille ſecularium negotiorum ſarcinam grauiter ferre, & inanem hāc felicitatem faſtidire, deinde frequentius iam viſere ſacra cœnobia, Deique famulorum conſuetudine delectari, atque eorum mores, & ſtudia diſcere. Quæ cum cognouiſſet, & ſæpè meditatus eſſet, denique in hæc ipſa verba erupiſſe fertur, digna certè immortali memoria. *Cur obſecro, ſine ſpe futurorū bonorum laboramus in hoc ſeculo? Quid nobis deniq; praſtare poterit mundus? Si gaudere deſideram⁹, licet melius ſit benè flere, quam malè gaudere, quantò melius tamen gaudent, quorum in Deo tranquilla*

Surius tom. 1. in vita ipſius.

quilla eſt conſcientia, qui nihil timent niſi peccatum, nihil agunt, niſi ex Dei præſcripto. Non fatigantur publicis negotijs, non damna rei familiaris aut miſerabiliter flere, aut turpiter timere coguntur, nec cum ſua ipſi reliquerint, alienis inſidiantur. Viuunt inter ſe pacifici, ſobrij, mites, humiles, atq; concordes, Nulla ibi cogitatio libidinis, imò magna ſolicitudo, & iugis cuſtodia caſtitatis. Imitemur tam laudabiles viros, arripiamus hanc benè viuendi conſtantiam. Sic nobis vtile quod gratia reuelante meruimus meliora cognoſcere. Abijciamus priſtinos mores, & mutemus labores. Nitebamur priùs inter amicos nobiles nobiliores apparere: nitamur modò inter ſeruos Dei pauperes, effici pauperiores. Ita dixit, & ita etiam fecit, mirante, & factum eius celebrante tota Carthagine, multis etiam imitantibus, quorum copia cœnobia penè completa eſſe dicuntur.

Sunt & alia abundantiora prædictis in religioſo ſtatu ſolatia, ſcilicet illa quæ de Deo ipſo in oratione, meditatione, ſacramentorum vſu, totque aliis viis, & modis, quos habet aptiſſimos ad Deo fruendum, ad cuius fruitionem totus factus eſt, percipiuntur, quæque Deus ipſe copioſè ſanè ſecundum diui-

tias

Digitized by Google

tias bonitatis ſuæ, multipliciter infundit. Quam multiplicia, quanta, quamque dulcia ſint hæc ſolatia, nemo nouit niſi qui accepit; qui expertus eſt, vel mediocrem illorum partem, ſcit eſſe deſiderabilia ſuper aurum & topation, & dulciora ſuper mel & fauum. *Orando* (inquit B. Bernardus) *bibitur vinum lætificans cor, vinum ſpiritus quod inebriat & carnalium voluptatum infundit obliuionem.* Sanè ex centuplo religioſis promiſſo conſequens eſt, quanta erat illa voluptas, quam quiſque religioſus ex Parentibus, quam ex fratribus reliquisque propinquis, quam ex agrorum amœnitate, quam ex epulis, denique ex reliquarum rerũ omnium poſſeſſione & vſu capiebat, eam ipſam & indicta centupla proportione adauctam percepturum ex religione. Hanc ſpiritualium ſolatiorum in Religioſo ſtatu dulcedinem & abundantiam, multorum quæ legimus exempla teſtantur; *vt Abbatis illius Ioannis, quem ſcribit Caſſianus, tanta perfundi ſolitum interiori dulcedine, vt ne id quidem recordaretur, an pridiè comediſſet; vt etiam beati Ephrẽ qui dicitur, cùm penè eius præcordia cœleſti lætitia*

Serm. 18. cant.

Collat. 19. ca. 4.

rum-

rumperentur, clamare ſæpè ſolitus; Recede à me Domine parumper, quoniam vaſis hujus infirmitas ferre non poteſt. Bernardus quoque ita iiſdem gaudiis abſorbebatur, vt toto die lacui obequitans, nunquam eum viderit, & toto anno vna in cella degens, adhuc ignoraret, an ea cella tectum haberet.

In eius vita.

Franciſcum quoque Xauerium ferunt ſæpiſſimè cum ſolus eſſet manu pectori admota, oculis in cœlum erectis, propter harum conſolationum, abundantiam huiuſmodi voces edere ſolitum, ſufficit Domine ſufficit, quaſi ipſe quoque vt Ephrem de quo diximus, *ferre non poſſet amplius. Quin etiam cum iter faceret, quod ille ſemper pedibus faciebat, adeò mentē ſuſpenſam, & in Deum abſorptam gerebat, vt ſæpè de via deflectens, in vepres, & dumeta, & lapides impingeret, nec aduertens: quam ſanè ob cauſam ſemper ei planta ac tibia ſanguine, & tabo fluebant, cum tamen ille ne ſentiret quidem*. Quod ſi tam ingens abundandantia extraordinaria eſt, nec omnib', ſed ſanctioribus ſolū contingat, bona tamen copia, eaq; magnopere expetēda, cōmunis eſt & frequēs, vel potiùs quotidiana, modò ex vno, modò ex alio, modò ex pluribus ſimul, ex ſupra

ſignatis

ſignatis ſontibus ducta; vna aliam excipit voluptatem, imò plerumque vna aliam eodem tempore cumulat. Centuplum, etiam in delectatione, promiſit Chriſtus non Arſenio tantùm alicui vel Hilationi, ſed omnib. qui ſua reliquiſſent. Tanta autem eſt vis horum gaudiorum, vt vel minima eorum particula omnē in nobis mundani gaudii ſenſum ſuperet & cupiditatē extinguat.

Hæc ſpiritualium ſolatiorum abundantia ita quicquid eſt in religione aſperum ac durum emollit, vt omnem aſperitatis ſenſum adimat ac potius dulcem efficiat & amabilem, & reddat amaritudinem (vt loquitur D. Bernar.) dulciſſimam.

Itaque idem euenit ac ſi tantulum aquæ in ampliſſimum optimi vini doliū immittatur: ſic enim quicquid eſt in hoc ſtatu moleſtiæ, ita obruitur ſuauitatis abundantia, vt nihil niſi dulce ſentiatur. Quo pertinet illa Bernardi ſententia, qui ad Apoſtoli locum alludens, tum hanc ipſam, tum alias vtilitatès perſtringens, ſic ait. *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad præteritam culpam, quæ remittitur, non ad præſentē conſolationis gratiam, quæ immittitur; nō ad futuram gloriam, quæ promittitur.* De conuerſ. ad Cler. 1-30.

Cc Deniq;

Denique nulla eſt tanta amaritudo, quam nō prophetica farina, dulcoret, quam nō ſapidam reddat ſapientia lignum vitæ. Sunt & alia quæ difficultatum horū ſenſum vel minuunt, vel ferè tollunt, gratia DEI, præſertim verò ſpirit' vocationis, qui omninò immutat animum & inclinat eum ad ea omnia quę ſunt religioſi inſtituti, cum voluntate magna & delectatione præſtāda; conſuetudo & exercitatio; ſpes certa præmii æterni, & alia innumera. Prędictam crucis religioſæ ſuauem vnctionem multorum exempla teſtantur.

Arnulphus ille Ciſtercienſis, cuius mirabilem vocationem in eius Ordinis hiſtoriis legimus. Hic enim cum in ſæculo, vtpote nobiliſſimus & ditiſſimus, inter omnes delitias vitā egiſſet, dein de Bernardi concionib' impulſus, monaſticam diſciplinam in Clareuallenſi cœnobio profeſſus eſt: in quo tam paupere, & rigido inſtituto, cum inſuper aliquādo viſcerum doloribus grauiſſimè cruciatus, diu exanimis mutuſque iacuiſſet, vt ad ſe rediit, in eam vocem erupit. *Vera ſunt omnia quæ dixiſti Domine* IESV; quod cùm ſæpius iteraret, omnes qui aderant, ſtupētes, percūctabantur, quomodo haberet, ille autem nihil aliud reſpondebat, quam illud idem

idem. *Vera ſunt omnia, quæ loquutus eſt Deus*; Quare ſuſpicantibus quibuſdam & ita dicentibus, eum mentis errore ex doloribus affici, & aliena loqui: *Ego verò*, ait ipſe, *integra mente hæc protuli, quoniam Dominus in Euangelio teſtatus eſt, ſi quis propter amorem, mũdi diuitijs & propinquorum conſuetudini renunciauerit, fore, vt centuplum accipiat in hac vita: idquod ego nunc re ipſa experior. Nam hæc tam ingentis cruciatus acerbitas, adeò mihi dulcis eſt propter ſpem diuinæ miſerationis, quam in ea repoſitam ſentio, vt hac moleſtia caruiſſe me nolim, non modò pro illis quas reliqui, opibus, ſed etiam ſi centum partibus ampliores fuiſſent. Quod ſi mihi homini nequam & peccatori, etiam mei dolores centies dulciores ſunt, quàm mea priſtina fœlicitas ſecularis, quid facient feruentes religioſi in ſuis ſolatijs, & gaudijs ſpiritualibus, plane enim ita res habet, vt ſpirituale gaudium quodcunque ſit, etiam ſpe, centies millies exſuperet omne ſeculare gaudium etiam in re.* Hæc ille quæ cum loqueretur, admiratos ferunt vniuerſos, qui audierant, maximè quod homo litterarum rudis, tam benè iſta, & intelligere, & eloqui potuiſſet; eoque certius omnes cognouiſſe, non

aliunde illa prouenire, quàm à ſancto Spiritu, qui in eius pectore reſidebat.

Hoc vnius fuit, illud, vniuerſæ familiæ, quod in vita S. Bernardi legimus, recenti adhuc Clareuallenſi cœnobio, cùm tam ſeuerè vita duceretur, vt non alio pane, quàm ferè terreo veſcerētur, ac reliquus quoque victus, & ſuppellex domus, omninò pauperrima eſſent, ita tamen omnes ſine murmuratione, immò verò cum tanta delectatione omnia ferre ſolitos, vt illa ipſa delectatio non modicum eis ſcrupulum, dubitationemq; iniecerit. Nam cum iucundius (ſic enim ſcribitur) viuere ſibi viderentur in eremo, quàm antea vixiſſent in ſeculo, ſuſpectos ſe ipſos habere cœperunt, ne per aliam vitam reducerētur in regionem ſuam: donec ea quęſtione ad Bernardum prius, deinde ad Catalaunenſem Epiſcopum, qui tunc apud eos hoſpes diuerſabatur, delata, longa & accurata oratione edocti ſunt, eſſe id DEI donum, ac beneficium minimeque reſpuendum.

Hoc diuinæ pietatis inſtitutum ita ordinarium perpetuumq; eſt, vt id in multis religioſis etiam miracula declararint; vt in Rabaudo Principe viro in Gallia, quem illuſtri miraculo ad religionem

Digitized by Google

gionem vocatum accepimus. Hic enim cum religioſæ vitæ aſperitatem, vtpote lautiori vitæ aſſuefactus, grauiter ferre cœpiſſet. Abbas quidam, qui tum erat, nomine Porcarius, indulgentia quadam, ſ. paratos ei cibos paulò commodiores præberi iubebat, quibus tamen ille, quò magis veſcebatur, eò in dies tenuior, graciliorque fiebat. Itaque accidit, vt quadam die, dum fratres reliqui communi menſa, arido ſcilicet pane & fabis veſcerentur, videre ſibi viſus ſit duos ſenes, alterum caluum, cui binæ claues è collo pendebant, alterum habitu monachum, qui chryſtallinam pixidem* manu geſtabat. Hi toto cœnaculo circumeuntes, vnicuique monacho, neſcio quid edulii è vaſe illo impertiebant. Rabaudum ſolum ita prætereuntes, vt etiam ſeuero, ac potius ſubirato vultu eum intuerentur. Ille tamen ex eius qui proximè aſſidebat, portiuncula aliquid ſuffuratus, vt illud guſtauit, viſa eſt illi eius ſuauitas omnium ciborum, quos vnquam in vita ſua, etiam ſeculari, comediſſet, ſuauitatem longè antecellere. Quod viſum cum ter iam contigiſſet, ad Abbatem acceſſit, diligenter inquiſiuit, quinam eſſent hi duo ſenes.

Intellexit Abbas facilè, alterum eorum Petrum Apoſtolum eſſe, in cuius tutela erat monaſterium, alterum autem Honoratum monaſterii authorē, cauſam autem cur ipſi vni communis illa eſca negaretur, eam eſſe, quod communem aliorum ſeueritatem non ſequeretur: quod audiens Rabaudus, animo cõfirmato ad omnem eius vitæ diſciplinam perferendam, multo eam faciliorem, & leuiorem reperit, quàm antea putaſſet, ac paulò poſt eoſdem ſanctos vidit qui ſibi quoque perinde ac aliis de illo tam ſuaui cibo tribuerent, quo incredibiliter ad omnem laborem ac duritiam confirmatus eſt.

Idem penè contigit Andreæ Virdunenſi Archidiacono diuiti, & valdè nobili, qui in ipſis fermè Ciſtertienſis familiæ initiis inſtitutum illud magno feruore ſuſcepit. Sed tamen cum Satanas, idoneam materiam nactus tentationis ex corpuſculo tenui & nimis delicato, ita eum oppugnaret, vt iam vix ſuſtineret, die quodam hanc ei diuina bonitas medicinam fecit. Accumbenti in menſa, appoſita ſunt pro more legumina, quod cibi genus ille præ cæteris maximè faſtidiebat: Verùm fame compulſus, vt repugnanti

ſtoma-

ſtomacho vim faceret, ſumpſit tandem aliquid, quod vbi ore attigit, tãtam ſentire viſus eſt ſuauitatem, vt nunquam ſimile aliquid in vita ſua expertum ſe eſſe recordaretur. Itaque reſiduo quod erat auidè exhauſto, deinde Abbatem adit, nihil dubitans, quin ſuæ patinæ proprium aliquod additum eſſet condimentum. Vt autem comperit, planè fuiſſe commune ferculum, in quo videlicet nihil præter aquam & ſalem ad condiẽdum adhiberetur, intellexit ſtatim diuinam erga ſe prouidentiam, & gratias agens in religionis propoſito confirmatus eſt, eoq; magis quod poſtera etiam, ac tertia die, & deinceps multo tempore eandem ſuauitatem in eiuſmodi cibis perſenſit, vt poſtea dicere ſoleret, ſe iam magis delectari piſis, atque oleribus, quàm antea altilibus & nobilibus eiuſmodi epulis

Hæc ſunt religioſæ vitæ bona, hæ opes, hæ delitiæ, quæ omnia complexus eſt Chriſtus Dominus liberali illa centupli in hoc ſęculo & vitę æternę in futuro promiſſione; ex quorum conſideratione debet is cui offertur à Deo donum vocationis, illud ſuſcipere, hunc ſtatum cum feruore & (vt loquitur S. Bernard.) feſtinanter, cum feruore, & Sermo. Ecce nos reliq.

 hilari-

hilaritate; non vt magna relicturus, ſed vt magna poſſeſſurus.

Deliberationem ſtatus religioſi ineundi vel maximè retardat opinio iſta; quod qui ſæcularia deſerit magnis ſe bonis orbari putet; exuenda, prædictorum bonorum conſideratione hæc opinio; & agnoſcendum, nec illa vera eſſe bona, quia fallacia, vilia, breui duratura, mille miſeriis & peccatis admixta ſunt; & tamen quæcunque ſint, non relinqui, ſed cõmutari in meliora & maiora, & quidem centuplo maiora. Hoc eſt quod Bernard. Sophiam fœminam nobilem, & locupletem admonet, cum ea, mundo relicto, DEO ſe dicare conſtituiſſet. *Modica*, inquit, *trãſitoria, terrena sũt quæ deſpicis: maxima, æterna, cœleſtia ſunt, quæ appetis. Plus dicam, & vera dicam, Tenebras deſeris, & lucem ingrederis, de profundo fluctuum emergis ad portum, & de miſera ſeruitute, in felicem libertatem reſpiras, & de morte deniq; trãſis ad vitã.*

Epiſt 26. *Plus accipimus* (inquit S. Hierony.) *quàm dedimus, parua dimiſimus, & grandia poſſidemus, centuplicato fœnore Chriſti promiſſa redduntur. Si verbis cæleſtibus credimus* (inquit S Ambro.) *nemo eſt, qui reliquerit domum, aut parentes.*

Lib 1. de vir.

tes, aut fratres propter Chriſti nomen, & non recipiat multo plura in tempore hoc, & in ſeculo futuro vitam æternam. Crede fidem tuam Deo, qui homini pecuniam credis. Fœnerare Chriſto Bonus depoſita ſpei cuſtos multiplicatis fidei tuæ talentum ſoluet vſuris.

Hæc Ambroſ. rectè hanc rerum voluntariam priuationem, non derelictionem, ſed depoſitum aut mutuum cum vſura ſeu fœnore centenario, Chriſto creditum, vocans. De quo ſancto fœnore rectè S. Bernar. *vndecunq;*, inquit, *centuplum ſint accepturi, dummodo ſit centuplum, dum valeat centupliciter, centupliciter placeat, conſoletur, delectet, ametur, quid inſania eſt quod cunctentur homines relinquere ſimpla pro centuplis? Vbi eſt cupidus: vbi eſt ambitioſus, vbi conquiſitor huius ſeculi? Quid tam fidele negotium, & nundinas quæſtuoſiſſimas auaritia intepuit, & obdormiuit humana? Cur id Iudæo negares, ô homo, qui in vanum accepiſti nomen Domini Ieſu Chriſti? Cui ſacrilego dare quicquid habes pro centuplo cunctareris?* Hęc S. Bernard. Quod idem Aegidius ille, vt accepimus ex primis B. Franciſci diſcipulis, eique in primis carus ob excellentem ſanctitatem ſæculari cuidam

In hom. Ecce nos reliq.

dam litterato exprobrauit aliquando: à quo cum quæſiſſet, *Credis ne magna eſſe pramia, qua DEVS praparauit diligentibus ſe, & ſeruientibus ſibi?* Iſque reſpondiſſet: *Credo. Atqui ego,* inquit, *oſtendam te non credere. Quantum valent poſſeſſiones tua? Mille,* ait ille, *aureos. Si hos ergo ita collocare poſſes, vt ſubitò centum mille conficerent, nonne ſtatim eos exponeres? Ergo cum non exponas, manifeſtè apparet, te non fidem habere Chriſti promiſſo.*

PARS VLTIMA.
EX SANCTORVM PAtrum dictis.

HÆc ſufficient; quę nō omnibus, ſed iis ſolùm propoſui, qui à DEO ad religionem vocātur, & ideò liberè placuit, quod verum eſt effari; quod Chriſtus ipſe palàm & publicè; quæ ſancti Patres olim propoſuerunt; quidni ſi nō omnibus (quod tamen Chriſtus, quod ſancti Patres fecerunt) iis ſaltem, quos hucuſque allocuti ſumus, proponeremus? placet in eorundem gratiam, quæ iam propoſuimus, ex ipſis ſanctis Patribus, quorum non ſolum oratio, ſed etiam nutus magnum apud omnes pondus habere debet, audire.

Audia-

Audiamus primò Auguſtinum, Licentium iuuenem nobilem & doctum, diſcipulum quondam ſuum, ad vitam religioſam variis rationibus, ſed vanitate mundi præſertim propoſita, hortantem. *Mi Licenti* (inquit) *vincula huius mundi aſperitatem habent veram, iucunditatem falſam; certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem; rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem: his ne tu inſeris & collum & manus & pedes. Quid æſtuas? quid fluctuas? quid imaginationibus mortiferarum voluptatum aurem accommodas, & auertis à nobis? Mentiuntur, moriuntur, in mortem trahunt. Mentiuntur Licenti. Video quam animam, quod ingenium, non mihi liceat apprehendere, & immolare Deo noſtro. Da Domino meo te, qui omnium noſtrũ eſt Dominus, qui tibi illud donauit ingenium: ſi calicem aureum inueniſſes in terra, donares illum Eccleſiæ Dei: accepiſti à Deo ingenium ſpiritaliter aureum, & miniſtras inde libidinibus, & in illo Satanæ propinas teipſum. Noli, obſecro: ſic aliquando ſentias quàm miſero & miſerando pectore hæc ſcripſerim, & miſerearis iam mei, ſi tibi vilueſti.* Hæc Auguſtinus vir ita grauis adoleſcenti diſcipulo ſuo: Epiſt. 41.

Hom.92. S. Baſilius. *Ad vitam* (inquit) *te vocamus ô homo, quid fugis vocationem? ad bonorum participationem, quid negligis donum? quid iugum times, velut iuuenca nondum iugum experta? bonum eſt, leue eſt, ceruicem non atterit, ſed glorificat, fias Chriſti iumentum, ne dimiſſo iugo, & vitam degens liberam, feris te laniandum exponas. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus; dulcedinem mellis quomodo eam ignorantibus declarare poſſim? guſtate & videte.* Hæc Baſilius.

Epiſt. 1. Audiamus S. Hieronymum, Heliodorum iuuenem & nobilem & opulentum in paterna domo degentem graui verborum rationumq; pondere ad ſæculi contemptum vrgentem. *Quid facis,* inquit, *in paterna domo delicate miles? Omnis,* ait Dominus, *qui non renunciauerit cunctis quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo Chriſtianus es? filius hominis non habet vbi caput reclinet, & tu amplas porticus & ingentia tectorum ſpatia metiris? hæreditatem expectans ſæculi, cohæres Chriſti eſſe non poteris.* Diuinis Euangelium

Math. 6. vocibus contonat, *Non poteſtis duobus dominis ſeruire; & audet quiſquam mendacem Chriſtum facere, mammone &*

Domino

Domino ſeruiens. Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo? paupertatem times? ſed beatos Chriſtus pauperes appellat; labore terreris? at nemo athletha ſine ſudore córonatur; De cibo cogitas, ſed fides famem non timet. Delicatus es frater, ſi & hic vis gaudere cum ſæculo, & poſtea regnare cum Chriſto. Hæc & alia multa Hieronymus.

S Gregorium, Andream virum nobiliſſimum; D. Bernard. quemdam alium, breuitate vitæ propoſita ad mūdi contemptum hortantes ſupra retulimus. Audiamus eundem D. Bernard. alium adoleſcentem ingenio præſtantem, Galterum nomine, de Caluomōte, oppido non longè ab hac vrbe diſſito, ad religioſam vitam hortantem. *Doleo,* (inquit) *ſuper te Galtere chariſſime, cogitās, illud tuæ iuuentutis decus, & ingenij acumen, ſcientiæ & eruditionis ornatum, quam inanibus ſtudijs atteras; dum de tantis muneribus non authori Chriſto, ſed rebus deſeruias tranſitorijs. Deus ſuum aſſerit omne quod te nobilitare videtur Genus clarum, corpus aptum, forma elegans, ingenium velox, eruditionis vtilitas, & honeſtas morum, glorioſa quidem ſunt, ſed ei à quo ſunt: ſi tibi vſurpas, eſt qui quærat & iudicet: quid* Ep. 104.

lucri pro tot tibi creditis talentis referes creditori? veniet enim, veniet & nõ tardabit, ad requirendum vtique quod ſuũ eſt cum vſura. Quid tecum tolles de omni labore tuo quem operatus fueris ſuper terram? O ſi mors inopinata ſurripiens iſta concuſſerit, heu ſubitò cuncta tanquam velociter areſcent, &c. Eadem Patres alii proponunt, quæ miſſa facio. Placet audire Chriſtum ipſum, cœleſti quadam viſione, B. Laurentium Iuſtinianum tum 19. annorum adoleſcentem, ad religionem exhortantem. Hic, vt ipſemet narrat, cum decimum nonum ætatis ſuæ annum ageret, qui ætatis flexus lubricus eſſe ſolet, ac periculoſus, apparuiſſe ei dicitur Dominus Ieſus, virginis ſpecie, cuius ſplendor ſolis ſplendorem facilè ſuperaret, vultuq; placidiſſimo hæc ei dixiſſe, *Cur adoleſcens cor tuum effundis, & pacẽ ſectando, te ipſum per multa ſpargis? Quod quæris, penes me eſt, Ego, ſi me ſponſam accipere decreueris, pacem hanc certiſſimè polliceor. Ille & tanta pulchritudine, & tam magnifico promiſſo delectatus, quæſiuit, quod ei nomen, quod genus eſſet. Tum illa, Ego ſum Dei ſapientia, quæ ad homines reformandos humanam formam indui. Quare cum Laurentius ſe verè eum*

liben-

libentiſſimè accipere reſpondiſſet, illa dato oſculo, læta, & gaudens, vt videbatur, abceſſit. ipſe autem non multò poſt in monaſterium ad oblatas nuptias ſe contulit. Illum ſic olim Chriſtus; hunc alium adoleſcentem paucos ante annos Lutetiæ, vanitatis obiecto nomine, ad religionem permouit. *Adoleſcens honeſtus, piuſq;* (inquit Lorinus Societatis IESV Theologus, in commentariis ſuis in Eccleſiaſtem, anno 1607 editis) *monitus à me ſeriò vt ad Deum conuerti totus poſſet; D. Auguſtinum exemplar ſibi proponeret ac patronum cuius tũc agebatur feſtum. Nocte conſequente per quietẽ viſus ſibi Chriſto aſſidere in aula: ludibundos mares, fœminas, nullo Chriſti habito reſpectu, procacius ſecum in proximũ hortum ad choreas & ad alias oblectationes inuitare: Chriſtum pro inuitato reſpondiſſe his ipſis verbis. Trãſite vana; hic elegi Deo inſeruire. Haud vanum ſomnium; rediit ad me lætus, & gaudio plenus diuino; religioſum cõplexus eſt inſtitutũ, in quo etiã hodiè viuit* Hęc Lorin⁹. Cap. vlt.

Placet antequam concludam hęc omnia, notare quædã è SS. Patribus cõtra tentationes, eam præſertim quæ ex Parentibus oritur, reuocantes à vitæ religioſæ propoſito. *Quid timetis* (inquit

Serm. 58. in Cant. quit S. Bernardus) *modicæ fidei? quod teneri & delicati eſtis? ſed Deus nouit figmentum noſtrum; quod malè aſſueti & ligati conſuetudine peccandi? ſed Dominus ſoluit compeditos. An de veſtimento ſolliciti eſtis vel cibo, cæteriſq; corpori veſtro neceſſariis, & propterea cunctamini relinquere veſtra? ſed ſcit quia his omnibus indigetis. Quid vultis amplius, quid iam impedit à ſalute.* Hæc Bernar. Aliquos retinet in vita ſæculari cogitatio hæc; Melius eſſe retinere res ſuas ad pia opera, quam omninò relinquere; aut maius meritum ſe conſecuturos in ſæculo ſi benè viuant, propter maiores difficultates benè viuendi. Stultæ ſunt hæ cogitationes, & doctrinæ S. Patrum, Theologorumque contrariæ. Omniũ grauiſſima tentatio eſt, quæ oritur ex parentibus & propinquis; contra quam Hierony. epiſt. illa paulò ante citata ad Heliodorum iuuenem opulentum. *Recordare* (inquit) *tyrocinij tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti, pro nomine eius non te patri parciturum, non matri. Licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus, vbera quibus te nutrierat mater oſtendat; licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem,*

ſiccis

ſiccis oculis ad vexillum crucis euola; Solum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Non eſt nobis ferreum pectus, & nos per iſta tranſiuimus; facile rumpit hæc vincula amor Chriſti & gehennæ timor. Gladium tenet hoſtis vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo? Si credunt Chriſto, faueant mihi pro nomine eius pugnaturo. Bernardus ſimiliter epiſtola paulò ante citata ad adoleſcentem Galterum. Ep. 104. Cum quæ ſupra retulimus, aliaq; multa ei propoſuiſſet, ſubiungit: *Materno vinctus amore non potes abijcere quod iam contemnere noris; & quid ego ad hæc reſpondebo tibi? vt matrem deſeras? ſed inhumanum videtur. Vt cum ipſa maneas? ſed nec ipſi expedit vt ſit filio cauſa perditionis. Fortè vt & mundo ſimul milites & Chriſto? Sed nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mater tua vult contraria tua, ac per hoc & ſuæ ipſius ſaluti; elige ergo tu è duobus quod vis, aut vnius videlicet ſatisfacere voluntati, aut vtriuſque ſaluti Verùm ſi multum eam diligis, deſere potiùs ipſam, ne ſi Chriſtum deſeras vt maneas cum ipſa, propter te pereat & ipſa. Etſi impium eſt contemnere matrem, comtemnere tamen propter Chriſtum, piiſſimum eſt. Nam qui dicit; Honorá*

patrem

Math.15. *patrem & matrem*, ipſe etiam dixit; *qui*
Math.10. *amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus.* Hæc Bernardus.

Similia habet S. Auguſt. ad Lætum, quem à ſæculi contemptu nimius erga
Epiſt. 38. matrem affectus retinebat. *Rapit*, inquit, *militem Chriſti tuba cœleſtis ad prælium & retinet mater. Sed quid dicit, aut quid allegat? Forte decem illos menſes quibus viſcera eius oneraſti, & dolores parturitionis, ac labores educationis? Hoc hoc interfice verbo ſalutari, hæc perde matris, vt in vitam æternam inuenias eam, hoc memento, vt oderis in ea, ſi diligis eam, ſi tyro Chriſti es. Mater Eccleſia, mater eſt etiam matris tuæ; hæc nos de Chriſto concepit, hæc martyrum ſanguine parturiuit: hæc varijs errorum infeſtationibus agitatur; vnde niſi per filios, quorum è numero es, iuſtum ac debitum poſſit auxiliũ? huiuſne tu neceſſitates deſerens, ad carnalia verba conuertaris?* Hæc & alia multa Auguſtinus. Similia alii.

Concludamus tandem omnia hæc cœleſti quadam viſione B. Anſelmi, qua illi coniunctim oſtenſum eſt & ſæculi miſeria à quo reuocatur, & religionis felicitas ad quam vocatur, cui datum eſt donum vocationis religioſæ.

Beatum

Beatum igitur Anſelmum, ſcriptum eſt, aliquando ſenſus extra raptum, vidiſſe fluuium immanem, atque præcipitem, in quem ſordes omnes, quæ vbique terrarum eſſent, confluerent, ita vt nihil aquis illis turpius, ac fœdius fieri poſſet, quæ etiam quicquid attingerent, raperent, ac deuoluerent, viros, fœminas, diuites, inopes. Quod ille ſpectaculum miratus, ac miſeratus, cum quæſiſſet quibus ii rebus alerentur, & quomodo viuerent: reſponſum eſt ei, infœlices illos eodem ipſo cœno, quo trahebantur, potari, & delectari. Quin etiam adiecta eſt myſterij huius interpretatio; torrentem iſtum eſſe ipſum mundũ, in quo cæci mortales ſuis diuitijs & honoribus & reliquis cupiditatibus inuoluũtur, cumq́ adeò miſeri ſint, vt ne conſiſtere quidem poſſint, ipſos tamen ſe beatos, & fortunatos putare. Ductus eſt deinde in ſeptum quoddam ampli & ſpatioſi clauſtri, cuius omnes parietes argento obducti puriſſimo, mirum in modum nitebant; In medio pratum erat, & in eo herbula, non vt vulgares iſtæ, ſed omnes argenteæ, eædemq́ tamẽ viuentes, & molles, ita vt facilè cederent inſidẽti, eoq́ ſurgente, per ſe rurſum ſubrigerentur; aër autem placidus, & amœnus; deniq́ omnia adeò iucunda, ſuauia, vt nihil amplius

amplius ad fœlicitatem optari poſſe videretur. Atque hoc indicatum eſt ei eſſe religioſum ſtatum. Sic oſtendere voluit DEVS in mundo omnia eſſe fœda, incerta, mortiſera, & ſemper in præceps ruentia: contra verò in religione omnia pulchra, omnia iucunda, deniq; omnia vt argentum, & candida, & pretioſa.

CAPVT XIIII.

DE ORATIONE TVM VOALI, TVM MENtali, quæ etiam meditatio dicitur.

PARS PRIMA.

DE ORATIONIS TVM VOcalis, tum mentalis dignitate.

DE Orationis dignitate hoc tantum dicimus, nihil in hac vita ab mortali homine exerceri poſſe nobilius Oratione. Comedere, bibere, ſomnum capere, & eiuſmodi humanæ vitæ obire munia, nobis eſt cum brutis animãtibus commune: Loqui verò, diſputare, conferre

de rebus

de rebus variis, res publicas & priuatas adminiſtrare, cæteraq; id genus rationis officia gerere & exequi, nobis eſt cum malis, cum infidelibus, & paganis affine: Orare verò DEVM, cum illo colloqui, & ſermocinari, non modò nos ſupra beſtias, & paganos, ac quoſcunque mortales homines, ad ipſam Angelorum celſitudinem attollit, ſed ad ipſius quoque DEI maieſtatem, & præſentiam eleuat. Vt autem illa duo priora actionum genera, comedere, dormire, &c. loqui, diſputare, &c. Chriſtiane, & ſupra beſtiarum, & infidelium communem naturam vſurpemus; neceſſum eſt, primò vt ea DEI cauſa ſuſcipiamus & exerceamus, hoc eſt, in DEI ipſius gloriam & honorem, ſalutemq; noſtram referamus; deinde eadem ipſa, pia aliqua oratione, & cogitatione aſpergamus, & quaſi condiamus. Tertiò denique ea & præueniat, & comitetur, & conſequatur DEVS, quem hiſce in officiis ſpectamus. Atq; ita fiet, vt id præcepti Dominici Luc. 1.
[ob]ſeruemus: *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere*

PARS

PARS SECVNDA.

DE TRIPLICE GENERE *Orationis vocalis.*

ORatio autem eſt duplex: vocalis & mentalis ſimul; & mẽtalis ſola, quę & meditatio dicitur. Quæ enim oratio ſolo motu labiorum, citra mentis in Deum eleuationem fit, non oratio, ſed quædam potius Dei irriſio eſt. Propriũ orationis eſt, mentem humanam in Deum eleuare, illiq; coniungere Deus eſt ſpiritus, qui ergo eum adorant, & cum eo agunt, mente & ſpiritu, non voce tantum, & labiorum motu id agere debent. Prius de oratione vocali dicamus, deinde de mentali. Vocalis oratio triplex dici poteſt.

Prima eſt, quæ fit à rudibus, & ignaris eorum, quę voce dicunt; vt quãdo Latinæ linguæ ignari recitãt 7. Pſalmos latinè, aut D. Virg. officium, aliaſque ejuſmodi preces. Tales Deum orant, grataque illi eſt eorum oratio, quia (quod neceſſariò ſupponimus) mentem habent in Deum eleuatam, mente Deum cogitant, cum eo agere ſe ſciunt, etſi nec verba, nec ſenſum ipſum orationis, & precationis quam faciunt,

faciunt, intelligant. Satis illis eſt, quòd quæ recitant, bona ſint & ſana, à ſcriptu is, à SS. Patribus, ab Eccleſia approbata, quæ a Deo intelligi, & cognoſci non dubitant.

Secunda oratio eſt, in qua & verba intelliguntur, & ipſe eorum ſenſus; ſed curſim ea fit, nuſquam inhærente mẽte, vt conſolatione aliqua paſcatur; & ſi quæ conſolatio ex vna ſentẽtia percipitur, in progreſſu ſtatim extinguitur. Hæc oratio bona eſt, & ſuperiore, in qua nec verba, nec ſenſus percipitur, melior & perfectior, magis ſcilicet mentem afficiens, minus orantem fatigans. Ea paſſim à Chriſtianis vſurpatur, & laicis & ſacerdotibus, ſiue cùm Litanias, aut ſeptem pſalmos aut Roſarium, aut officium B. Virginis, aut maius ab Eccleſia propoſitum recitant.

Tertia oratio eſt, quando inter orandum nõ modò verba, & ſenſus ipſe curſim percipiuntur, ſed in ſingulis verbis, & ſententiis, quæ ſpiritualem aliquam conſiderationem continent, mens inhæret, eas expendit, & quaſi guſtat & regustat, non ſolicita vlterius progredi, ſed libenter cupiens ibi conſiſtere, vbi accommodatum ſibi

ſibi pabulum inuenit, ſic recitare licet orationem Dominicam, Pſalmum *Miſerere*, & quaſcunque alias preces, Pſalmos, cantica, in ſingulis vocibus nonnihil inhærendo, expendendoque quid ſpiritualis ibi mellis, & ſolatii, doctrinæue inſit. Hoc orationis genus comparari poteſt pluuiæ puluerulentæ, quę minutis guttis decidit & denſis, ac proinde à terra paulatim imbibitur, & ad viſcera eius penetrat, eaque benè irrigat, & fœcundat. Quia enim talis oratio in conſideratione affectuque vnius alteriuſue rei manet, aliquid poſt ſe menti impreſſum relinquit, quo reficiatur, & paſcatur; & vt ita dicamus, irrigetur, & impinguetur. Duplex autem illud orationis genus, ſimile eſt imbri, ſiue pluuiæ maximis guttis cum impetu decidēti; quæ ſuperficiem tantum terræ madefacit, ipſam verò non irrigat; antequam enim à terra imbibatur, ad demiſſiorem locum defluit. Vocalis enim ea oratio, exterius, & ſenſibiliter tantum afficit orantem; & quia continuò altera alteri ſuccedit, nullus ſolidus affectus manet, in quo mens hærere & exultare poſſit. Tertium ergo iſtud vocalis orationis genus, quod meditationis ſpecies quędam eſt,

& planè

& planè meditatio, ſi ſola mente fiat, meritò, & ſæpè vſurpandum eſt ab veris Sodalibus, & iis omnibus, qui (vt habet Pſalmiſta) *guſtare, & videre volunt quam ſuauis ſit Dominus.*

PARS TERTIA.

QVÆ IVVARE POSSINT orationem vocalem, vt fructuoſa, & Deo grata ſit.

CVm primùm orationis vocalis genus, ſuperuacaneum ſit, ni mens optima aliqua cogitatione de Deo eiuſq; beneficiis & perfectionibus occupetur; occupatam autem ſoleat Deus ſępè afficere, & ſolatio aliquo recreare: Cum etiam ſecundum orationis genus, percurrendo tantùm, & verba, & ſententias obſeruet, ac propterea facilè euaneſcat eius guſtus: Cum denique in vtroque genere mens facilè fatigetur, & huc illuc diſſipetur, vel quod non intelligat quæ dicit; vel ſi intelligit, non ex ſe ea, ſed ex aliorum dictis, & orationibus promat (etſi recitando ſua quaſi faciat, & à ſe quodammodo profecta, Deo offerat & proponat) propterea curandum eſt ſeriò, & diligenter, vt mens in Deum bene conuerſa, & intenta ſit,

Digitized by Google

in eoq; defixa, pabulum ſibi conueniens habeat. Quod vt facilius aſſequi homo poſſit, hæc illi obſeruanda erũt.

Primùm, ante orationem præparandus eſt animus. In eo autem hæc præparatio ſita videtur, vt ſibi perſuadeat is, qui orationem facere inſtituit, agere ſe velle cum Deo, eum compellare, infirmitates ſuas illi exponere, opem eius implorare, &c. Oportere itaque in tantæ maieſtatis conſpectu, & præſentia animo eſſe præſentiſſimo, menteq; in Deum attentiſſima. Atque hæc perſuaſio, & propoſitum, ſubinde in decurſu orationis repeti, & ſubiici menti debet.

2. Danda eſt opera, vt ſenſus, viſus potiſſimùm, & auditus, benè comprimantur, & abſtrahantur ab omnibus non neceſſariis. Quocirca demiſſis oculis, vel clauſis ex parte, vel certè iis in crucem aliquam, vel imaginem, vel locum certum defixis, non huc illuc effuſis, ac circumſpicientibus, orandum eſt.

3. Inferenda vis eſt aliqua imaginationi, cohibendaque à rerum non vtilium cogitatione. Eſt enim imaginatio equi inſtar indomiti, huc illuc perpetuò diſcurrentis, niſi freno aliquo coercea-

erceatur, & alicui rei certæ, velut pabulo adhæreat. Ad eius itaque leuitatem, & impetum comprimendum, quando quis legit Officium B. Virg. imaginari debet conſtitutum ſe apud B. Virg. eiuſque filium; eam itaque repræſentare ſibi debet ante mentis oculos, certò apud ſe ſtatuens eam oranti adeſſe, etiam ſi minus externis oculis videatur: Sicut cæcus aliquis perſuadet ſibi adeſſe eum quo cum agit, & loquitur, etiam ſi eum non videat. Ita Sacerdotes, aut beneficiati, quando dominicæ diei, vel feriarum legunt officium, proponere ſibi poſſunt Deum Patrem in ſolio excelſo ſedentem, circumſtantibus Angelis, & ſanctis. Diebus verò feſtis, eius Sancti qui colitur præſentiam, quaſi illi coniuncti ſint, & cum eo Deum laudent & admirentur. In auditione rei ſacræ, percurrere licet myſteria, quæ in eo repræſentantur. In recitatione Roſarii, myſteria conuenit expendere, in iis mentem defigere, & quaſi animo proficiſci per ea loca in quibus facta ſunt, aut imaginari præſentem ſe iis dum fierent, fuiſſe, eſſeque modò, dum eadem recolit memoria. Idem de cæteris precationibus eſto iudicium.

4. Dum orationes vocales recitantur, expedit eas ſubinde aſpergere, & quaſi condire propria aliqua mentis collocutione, vt & ipſa ex ſe Deum compellat, ac per ſe, ſine adminiculo alterius, cũ ipſo agat, & loquatur, quod fieri poteſt, parum aſpirando ad Deum, petendò peccatorum ſuorum veniam, illi ſe, ſuaque commendando. &c.

5. Cauendum, ne iſtæ orationes ex libris recitatæ, ab idiotis potiſſimùm & ignaris eius idiomatis, in quo legũtur, nimium producantur, ac loco ſolatii & ſpiritualis gaudii, faſtidium adferãt, fatigentque orantem potius, quam excitent. Si quidem ſemper curandum eſt, vt (quod ait ſcriptura) *melior ſit finis orationis, quàm principium*, hoc eſt, vt magis incaleſcamus Dei amore, & virtutis deſiderio ſub orationis exitum, quam in illius exordio.

Poſtremò danda omnis opera, vt ad finem vſque deducatur omnis oratio. Solet enim diabolus efficere, vel conari certè, vt interrumpamus orationem, ac imperfectam relinquamus, quo nimirum & perſeuerantiæ in orando fructu, & ceteris orationis effectibus careamus, noſtramque Deus orationem reiiciat, tanquam mancam, & imperfectam,

Digitized by Google

ctam, ac propterea ſe indignam, qui perfectiſſimus eſt.

PARS QVARTA.

QVIT SIT MEDITATIO.

MEditatio (quã alii orationem mentalem appellant) eſt attenta cogitatio rei alicuius piæ, ordinata ad excitandos in voluntate pios & ſtabiles affectus. Seu eſt vehemens quædã animi applicatio ad res cum intimo cordis ſenſu commentandas, per quam excluſa varietate & diſtractione cogitationum, homo in animo ſuo ſtudet penitus ſentire, quid ſingula, quę meditatur ſint, quantamque illi neceſſitatem imponat benè viuendi. Itaque differt à lectione & ordinaria mentis cogitatione; quia iſta leuior ſit, per multa vagetur; illa attentior, non ita varia: meditari ſcriptionem vel metricam, vel ſolutam, eſt ſcribere non quod primò ocurrit menti, ſed quòd poſt attentam & diuturnam mẽtis agitationem; meditari lectionem ex Tullio, vel Virgilio, eſt illam non obiter percurrere, ſed legere, relegere, artificium eius, figuras,

periodos, &c. notare. Ita meditari diuina eſt, aliquid pium mente voluere, reuoluere, cogitare, recogitare, nunc vno iam alio modo, quaſi videres illud oculis, &c. Differt à ſpeculatione rei piæ; vt cum quis ad ſcribendam orationem, v. g. de natiuitate Chriſti, attentè de illa cogitat; quod iſta ordinata ſit ad ſcientiam; illa ad mouendos affectus, ad ſtabile odium peccatorum, ad virtutes Chriſti Sanctorumque ſectandas, ad fugam huius vel illius vitii, cui præcipuè homo eſt deditus, &c.
Pſal. 38. *In meditatione mea exardeſcet ignis*, (inquit Propheta) hoc eſt, feruor, animique promptitudo excitabitur, vt fugiam noxia, & amplectar vtilia. Imò hæc affectuum ſtabilis ſuſcitatio finis, & fructus præcipuus eſt meditationis; præcipuaque in excitandis his affectibus cura eſt ponenda; nec ante illos excitatos facilè ab vno puncto ad aliud eſt tranſeundum. Quapropter duabus alis nititur meditatio, intellectus & voluntatis operatione. Intellectus enim res, quæ ſumuntur meditandæ expendit, obſeruat, cognoſcit, inter ſe confert, ac ſimul atq; ſatis eas vidit & excuſſit, voluntati proponit, eas vt optet & amet, earumque viſione exci-

Digitized by Google

tetur & inflammetur in Deum. Quocirca orationis mentalis finis non eſt mente diſcurrere, conceptus pulchros eruere, res benè capere, & cognoſcere (quæ operationes ſunt Intellectus) ſed affici iis cognitis, eas amare, vel, deſiderare, quæ voluntatis operationes ſunt. Vnde Propheta regius: *In meditatione mea exardeſcet ignis*: hoc eſt, feruor quidam, & animi promptitudo, ac celeritas exſuſcitabitur, ea vt fugiā, quæ obſunt; amem verò & complectar, quæ proſunt; vt deſiderem æterna, inuiſibilia, cœleſtia; negligam verò temporalia, viſibilia, & terrena. Quare bona eſt illa meditatio, non in qua per multa intellectus diſcurrit, ſed ex qua ſtabilis & vehemēs affectus ſuſcitatur. Quia tamen affectus qui firmus ſit & ſtabilis, non excitatur facilè niſi præcedat intima cognitio, ideò illa prius procuranda diligenter eſt; deinde ex illa ſuſcitandi affectus. *Pſal. 38.*

PARS QVINTA.

QVAM FREQVENS DEbeat eſſe Sodalibus meditandi exercitium.

HOc commentandi exercitio Chriſtus cum diſcipulis noctes inſom-

nes in deſerto, & montibus duxit. Hoc B. Virgo Maria apud B. Lucam in corde ſuo conferebat, quæ à Chriſto, vel de Chriſto dicta audierat. Hoc omne vitæ tempus S. Ioannes Baptiſta in eremo, & poſt eum innumeri Anachoretę ſine faſtidio traduxerunt. Hoc vſi ſunt Sancti omnes, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, Benedictus, Bernardus, Franciſcus, Dominicus, Ignatius, Xauerius, & quotquot fuerunt inſigni ſanctitate, & rerum cœleſtium contemplatione admirabiles.

Nemo a. eorum ſolum proprium, qui ſanctiorem vitam profitentur, hoc exercitium putet; vtiliſſimum, imò penè neceſſarium cuilibet Chriſtiano eſt. Nam veriſſimum eſt illud apud Theologos receptum: *Omnis prauus ignorat quæ oportet agere*; Non quod omnis qui peccat, prorſus ignoret id quod faciendum erat; nam etiam doctiſſimi peccant, multiq; ſciẽtes ſe malè facere, labuntur; ſed quia vel non cogitat quæ eum à peccato poſſent retrahere, vel ea leuius cogitat & expendit, quæ ſi efficacius & penitius conſideraſſet, non peccaſſet, defectus ergo attentæ conſiderationis, id eſt, meditationis, omnis eſt origo peccati: deſolatione deſolata

eſt

eſt omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet corde, ait Propheta. At quilibet à peccato cauere debet. Voluntas tùm in odio vitii, tùm in amore virtutis, intellectum ducem ſequitur; hic ſi non deficiat, ſi penitius quæ cōſiderare debet, cogitet, id eſt, ſi meditetur; voluntas non deficiet, quod facere debet, faciet, quod malū eſt auerſabitur, quod bonum eſt cōplectetur. Quare nullum videtur eſſe medium meditatione frequenti certius & magis ſalutare, quod morum mutationem efficiat, non momentaneam, vt conciones, aliaq; multa ſæpè faciunt, ſed ſtabilem & permanentem, quòd à via vitii ſtabiliter reuocet, & in via virtutis nos velut immobiliter conſtituat & contineat. qui frequens eſt in hoc exercitio, in occaſionibus peccandi, in tribulationibus & rebus aduerſis, in tentationibus aliis, facilè propoſitum virtutis immobiliter retinebit; à quo facilè tempore tentationis recedit, qui & alia multa pietatis officia obit, & pias cogitationes aliquādo excipit, ſed nunquam attenta conſideratione cordi intimè inſerit & infigit. Ipſa Sacramentorum vſurpatio fructuoſior redditur, ſi cum meditatione, v. g. ſacramenti ſuſcipiendi

 con-

Digitized by Google

coniungatur. Igitur ſumma penè ſalutis & perfectionis noſtræ cōſiſtit in accurata & diligenti meditatione, quoniam ex meditatione naſcitur cognitio, ex cognitione amor, ex amore ſtudium & eas res exequendi & contrarias perſequendi. *Primùm quidem* (inquit S. Bernardus) *mentem purificat conſideratio; deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat, agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente reſideat aut incorrectum, aut correctione egens. Hæc eſt quæ in proſperis aduerſa præſentit in aduerſis quaſi non ſentit.* Hæc & alia Bernardus. Ex quibus omnibus conſtat hoc meditandi genus non proprium religioſorum, ſed commune omnibus pietatem colentibus eſſe debere. Imò ſummam penè ſalutis noſtræ & perfectionis in accurata & diligenti meditatione rerum ad Chriſtiani hominis officia pertinentium conſiſtere. Bonus igitur Sodalis in hoc exercitio ſit frequens.

L. de cōſideratione ad Eugenium.

De Sodalibus Collegii Panormitani in Sicilia ſcribit Bencius. *Domi ſua ab omnibus, dimidium horæ matutinæ meditationi datur.* In omnibus præſertim maturioribus hanc opto frequentiam.

Iouanal. in hiſt. Collegii Panorm.

Primò

Primò, ſingulis diebus quiſque manè cum primùm ſurrexit per quadrantem de nouiſſimis, peccatis, beneficiis diuinis, aut aliis rebus, prout cuique vtilius fuerit, de quibus infra habentur cõſiderationes, meditetur ea methodo, iiſq; omnib. ſeruatis quæ meditatione ſeruanda dicemus p. ſeq. ſanè quemque quotidiè quadrantẽ ſaltem impendere par eſt vel orationi vocali, vel meditationi, vtilius autem eſt loco orationũ vocalium meditationi ſe dedere. Qui propter cõuictum cum aliis, aut aliam cauſam non poſſet tunc meditationi vacare, vtiliſſimè animę ſuæ conſulet, ſi in alia hora diei, qua commodius illi fuerit, per quadrantẽ eidem vacet, cui ſi non poteſt commodè vacare genibus flexis, vacet ſedẽs modeſtè in loco quẽ habet ſtudiis deſtinatũ, operto capite, aperto coram ſe ſtudiorum ſuorum libro, ſpeciem in omnibus, ne notetur, præferendo ſtudentis: quod dixi ſupra cap. 9. pa. 3.

2. In Confeſſione & communione ſeruet quæ ſupra ſeruanda diximus, ca. 4. & 5. præſertim p.

3. Subinde per diem, prout commode poteſt, & occaſio ſeſe offert, pium aliquid in memoriam reuocet, & cum

aliqua attentione, licet non ita exacta, ac tempore meditationi deſtinato, expendat: v. gr. Venit ſolus è domo in collegium, aut expectat in area præceptorem, ſolusue redit è Collegio, denique alia ocaſione vacat ei aliquod tempus, vt aliquando mente ſecum reuoluit lectionem, ſi mente illam benè nō teneat, ita ſæpè pium aliquid expendat de morte, iudicio, aut alia re; verbi cauſa, quàm multi iſtud Collegium ſtudiorum cauſa olim vt ego nunc frequentarunt, qui modò mortui ſunt, & alii ſunt & erunt in æternum in cœlo, alii forſan in inferno. Idem erit de me, &c. Videt fluminis àquas decurrentes, cogitet vitam noſtram, bonaq; omnia temporalia continuò effluere; quam ſtultum rebus fluentibus velle inhærere. Vel quæ manè meditatus eſt, in memoriam reuocet, &c. Hæc autem cogitatio non debet eſſe nimis attenta, nec nimis continua, ne capiti dolorem inferat, ne etiam moroſus cū ſociis fiat. Ex his cogitationib' ſæpè nō minor fructus quàm è meditatione attenta percipitur, difficile videtur hoc exercitium non aſſuetis, aſſuetis tamen & facile eſt & ſuauiſſimum.

PARS

PARS SEXTA.

DE PARTIBVS MEDITATIONIS.

PArtes Meditationis ſunt quatuor. Præparatio, Repræſentatio, Conſideratio, & Colloquium vel Petitio.

Præparatio eſt, qua homo ſe ad meditandum cōponit. Cuius neceſſitatem Sapiens Eccl. 18. his indicat verbis. *Ante orationem prepara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum.* Si enim cum Rege, Epiſcopo, vel alio Principe viro acturus, primùm pręmeditaris, quibus verbis vti velis, quanto magis id faciendum, quando cum Deo in Meditatione es collocuturus.

Præparatio autem hæc duplex eſt: remota & propinqua. Remota eſt, prælegere pridiè meditationis materiam. 2. eam ſimulatq; manè euigilas in mentem reuocare. 3. Cogitationes omnes & curas de ſtudiis, aliiſue negotiis temporalibus excludere. Meditatio ſiquidem mentem poſtulat quietam & trāquillam. Propinqua verò eſt, cum iam iam inchoanda eſt Meditatio; primùm ſe aqua benedicta, ſi pręſtò ſit, aſpergere, & ſigno crucis munire. 2. vno paſſu à Meditationis loco ad ſpatium Domi-

nicæ orationis, ſalutationiſq; Angelicę conſiſtere, & firmiter tibi perſuadere, te coram diuinæ maieſtatis throno, quē omnes ſancti circumſtent, vt cum Deo colloquaris, compariturum. 3. reuerenter in genua velut coram Deo prolabi, & mox humiliter poſtulare ab eo gratiam, omnes vires actionesq; animi ad ſuæ diuinę maieſtatis gloriam referendi. Poteris quoq; ſi velis B. Virg. Angeli cuſtodis, vel ſanctorū ad quos afficeris, auxilium implorare. Hæc oratio dici ſolet oratio præparatoria, quæ ante meditationem in Congregatione publicè præmitti ſolet à Præfecto.

Repræſentatio quæ & compoſitio loci dicitur, eſt, qua homo ante Conſiderationem repræſentat, id eſt, ob oculos ponit locum, perſonas, earumdemque actiones in myſterio meditationis expreſſas. Vt ſi mediteris de crucifixione Chriſti, imagineris te intueri montēCaluariæ, cruciChriſtum affigi, infinitam hominū turbam circum ſtare, ſicut à pictoribus depingi ſolet. Similiter, ſi mediteris de morte, fingas te aſpicere teipſum, vel alium in lectulo decumbentem, pallidum & morti proximum. Hæc enim repræſentatio valet non ſolum ad cauendas animi diſtractiones,

Digitized by Google

ctiones, ſed etiam ad concitandũ affectum doloris, compaſſionis, metus, & ſimilium. In hac tamen imaginatione diu hærendum non eſt.

Deinde poſtulandum breuiter à Deo quod quis exoptat iuxta propoſitæ meditationis argumentum: v. gr. ſi meditaturus eſt de Peccatis, petat eorum intimam cognitionem & dolorem, &c. Oratio hæc & repræſentatio, vocari ſolent duo præludia; ſic omni medititationi præmitti debent oratio præparatoria & duo præludia. Veniendum deinde ad ipſam cõſiderationem ſeu meditationis puncta expendenda, quæ modo plura; modò pauciora poſſunt eſſe, prout plus vel minus homo afficitur ad ea quæ expendit, pluſq; vel minus temporis in meditatione exigit; communiter tria cuique meditationi aſſignantur puncta.

Tertia igitur pars eſt conſideratio attenta ſeu ipſa meditatio; vt nimirum homo ſecluſa omni varietate, & diſtractione cogitationum, ad ipſa meditationis puncta accedat; circa ea mente diſcurrens, ea diſcutiens, expendens, vidẽs quaſi, & palpans. Tũ verò iis expenſis, & viſis, voluntatem mouere debet, & inflãmare ad ea vel admiranda, vel aman-

amanda, vel optanda & complectanda, ad gratias agendas, &c. vel certè ad ea vitanda penitus & declinanda. Quod ſi in primo puncto aut ſecundo, affici mentem, recrearique animum ſentiat, non ſit ſollicitus ad ſecundum, tertiumue punctum pergere, ſed in eo quãtum ſatis eſt immoretur. Meditationē excipit ſæpè, aut comitatur contemplatio; quando nimirum mens res ita cognoſcit & intelligit, ita iis afficitur & gaudet, vt eas quaſi videre, & in iis Deum ipſum complecti tenereque videatur: Vnde profluunt derepentè animi exclamationes, admirationes, gratiarum actiones, ſuſpiria, gemitus, aliaq; id genus, commotæ & inflammatæ in Deum mentis ſymbola & affectus.

Quarta pars eſt colloquium, vbi enim ſedulò quæ in punctis continentur expenderis, & te ad dolorem odiumq; peccati, amorem vel alium affectum moueris & accenderis, incitatur ſua ſponte animus ad colloquium cum Deo, beata Virg. &c. inſtituendum; vnde illo non vtendum ſolùm in fine meditationis, ſed ſæpius in decurſu ipſius eſt breuiter inſerendum, prout magis vel minus cõcitati ſunt affectus; & pro varietate affectuũ qui concitati

fue-

fuerunt, variè illud eſt inſtituendum, ex meditatione enim pendet & ſequitur. Colloquium igitur meditationis, non eſt aliud, quam familiaris & affectu plena ſermocinatio cum DEO, nunc laudando eius magnalia, nunc prò beneficiis gratias agendo, nunc poſtulando peccatorum veniam, aut in bono perſeuerantiam, nunc offerendo illi vitam tuā, omniaq; opera cum firmo propoſito nihil committendi vel volendi, quod diuinæ ſuæ Maieſtati diſplicere poſſit.

Poſt omnia finita, vtiliter facies, ſi examines, quomodo ſucceſſerit meditatio, vt, ſi culpa aliqua, vel impedimĕtum interuenerit, in poſterū caueatur.

Neque contentus eſſe debes, aut ſola rerum meditatarum cōſideratione, aut affectibus in Meditatione deprehenſis: verum debes deinceps omnem vitam, actioneſq; tuas, ad inſpirationes & motus à DEO in Meditatione communicatos conformare.

PARS SEPTIMA.
DE ADIVMENTIS AD rectè meditandum idoneis.

PRimum eſt Locus idoneus, id eſt, ab omni ſtrepitu remotus; iuuat etiam ſi ſit obſcurus. 2. Tem-

2. Tempus certum & ſtabile, quod citra iuſtam cauſam non immutetur. Horæ autem aptiſſimæ ad meditandum ſunt matutinæ ante inchoata ſtudia, vel alia negotia.

3. Situs corporis modeſtus & deuotus, vt genibus flexis. Quod ſi diu non potes, pedibus inſiſtas; aut etiam ſi aliter non potes, modeſtè ſedeas; deniq; is ſitus vſurpandus eſt, qui plus iuuet attentionem & deuotionem.

4. Duo extrema vitanda; alterum eſt, totum tempus meditationis impēdere diſcurſui, ſine motu volūtatis; alterum, in initio meditationis cōcitandis affectibus inſiſtere; nec enim niſi præuio lumine ſtabiles affectus ordinariè concitantur; & in his firmis affectibus exciendis præcipuus conſiſtit meditationis fructus.

Si facilem nō habes in meditatione diſcurſum, hæc in quacunq; re & puncto, præſertim quando non habes propoſita & deducta ab aliquo homine vel libro meditationis puncta, faciliorem reddent. 1. Septem circumſtantiæ, quæ in quacunq; re reperiuntur, vel omnes, vel ſaltē aliquæ, hoc verſu cōprehenſæ.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, Cur, quomodo, quando.

2. Loci

2. Loci ſeu ſedes argumentorum, quas aſſignãt Philoſophi & Rhetores, è quibus in quacunque re peti poſſunt argumenta ſeu diſcurſus: loci præcipui ſunt à definitione, à partium enumeratione, à genere, à differentia, à ſimili, diſſimili, contrario, ab adiunctis, ab antecedentibus, à conſequentibus, à cauſis, ab effectis, ex comparatione maiorum, parium, aut minorum, &c. hos locos ſi luſtres, quando difficilem habes in meditatione diſcurſum, facilè in quacunque etiam valdè ſterili materia & puncto, argumenta duces & diſcurres; cauendum tamen ne diſcurſus ſit nimis vagus & curioſus, ciendis ex diſcurſu affectibus potiſſimùm inſiſtendum, ad quod plus valet viua apprehenſio vnius rei, quam multus diſcurſus; facilè ad has diſcurrendi artes ſeu locos cum aliunde habes, in quo cum fructu te occupes in meditatione, non recurras; præſertim cum habes ipſa meditationis puncta iam ſatis ab aliquo extenſa, vt habes in meditationibus infra ſubiiciendis. 3. Quod faciliorem & vtiliſſimam reddet meditationem, eſt, applicatio ſenſuum; imaginari te videre rem, v. gr. Chriſtum flagellatũ; audire, v. gr ictus flagel-

flagellorum; olfactu ſentire v. g. fœtorem peccatorũ Chriſtum flagellãtium; quæ imaginatio dici ſolet applicatio ſenſuum, plus iuuant iſtæ viuæ apprehenſiones, & cogitationes, quàm multi diſcurſus; vt enim p. 5. dicebam, non tam defectu cognitionis, quàm defectu viuæ cognitionis & apprehẽſionis peccamus. Explicemus id in aliquo exemplo v. gr. in meditatione flagellationis Chriſti. *Quis*, id eſt, quæ perſona & cuius conditionis ſit quæ dicit, facit, aut patitur aliquid, v. gr. quis flagellatur? Deus omnipotens, &c. *Quid*, id eſt, quid dicat, faciat, aut patiatur? quàm multa, quã dura, quã ignominioſa patiatur; flagella patitur plurima ignominioſa; hinc compatere Chriſto; pudeat te corpus tuũ delicatè tractare, &c. *Vbi*, in loco publico cum ignominia maxima; & tu coram aliis vel minimam iniuriã renuis ſuſtinere. *Quibus auxilijs*, quibus inſtrumentis, ſcilicet flagellis duris, pungentibus; à quibus hominib⁹? à multis, infimæ ſortis, &c. *Cur*, in quẽ finem, & pro quo? pro te vt pro peccatis tuis præſertim luxuriæ ſatisfaceret; & adhuc in illis pergis? quid reddes Deo pro iis quæ paſſus eſt pro te? quid vis pati pro ipſo? cogita & ſtatuas in particula-

cula-

Digitized by Google

culari hāc vel illā iniuriam te paſſurū, hanc vel illam pœnam, &c. *Quomodo?* ſciens & volens, imò cum affectu plura patiendi ſi opus fuiſſet; motus ad hæc non meritis tuis, ſed amore quo te immeritum proſequitur. Quid rependes huic amori? optes magna pati pro ipſo, &c. *Quando?* circa feſtum Paſchatis, in quo tāta turba populi cōfluebat Hieroſolymam, & inde ignominia erat maior. 2. Similiter eadem grauitas doloris & ignominiæ, flagellationis Chriſti expendi poteſt, ducendo argumenta ex locis Rhetorum ſupradictis, à ſimili, diſſimili, &c. 3. Similiter imaginando te videre Chriſtum plagis liuidum, ſanguinem eius decurrentem in terram; audire ſonitum ictuū, blaſphemas voces prolatas in Chriſtum, irriſiones, &c. Olfactu ſentire fœtorem peccatorum flagellantium Chriſtum, noſtrorum etiam peccatorū quæ fuerunt cauſa flagellationis Chriſti; ſuauē odorem oblationis ſui, quam faciebat Chriſtus Patri pro peccatis noſtris. Guſtu ſentire amaritudinem cordis quam ſentiebat Chriſtus, &c. Tāgere ſanguinem Chriſti ad huc madidū manātem ex eius corpore, aſperitatē vinculorum quibus ligabatur, &c. Hæc imaginatio, appli-

applicatio ſenſuum dicitur. Vnde triplex poteſt eſſe meditandi ratio; alia, applicando ſenſus, non tamen ſine aliqua conſideratione, verbi gratia, quod ſanguis quem vides decurrentem ſit ſanguis Dei, ſed ſine multo diſcurſu; alia poteſt eſſe admiſcendo quaſi ex æquo, modò diſcurſum attentum, modò applicationem ſenſuũ; tertia, diſcurrẽdo ſine applicatione ſenſuũ, quæ viua & contenta ſit. Cũ homo ſenſibus maximè moueatur, vt patet experientia quotidiana, (multò enim magis mouemur cum videmus obiecta, v. gr. pecunias, epulas, &c. præſentiã, quã cum ſolùm de iis cogitamus) iſta rerum, v. gr. flagellationis Chriſti, per ſenſus perceptio, etiam imaginaria, miram vim habet ad affectus noſtros commouendos eoque maiorem vim habet, quo res ad quã applicamus ſenſus, melius fuit ante per diſcurſum cognita. Vnde prima illa applicatione ſenſuum maximè vtendum cum fit repetitio eiuſdem meditationis pridiè v. g. factæ; tertia meditandi ratione paſſim vtendum; nec non etiam ſecunda.

5. Affectus qui excitari poſſunt in meditatione varii ſunt; quiſque iis exciendis, qui ſunt illi magis neceſſarii & vtiles

vtiles, debet inſiſtere; qui nõdum multum in virtute profecerunt, ſed in via purgatiua, vt dicitur, quod peccatorũ, prauorumque affectuum purgatione maximè egeant, verſantur, quales ſunt ſæpè ſcholaſtici, imò maior pars ſæcularium, hos præcipuè affectus debent in meditatione ardentes excitare; odiũ peccatorum, propoſitumq; efficax peccata fugiẽdi mortalia præſertim, & inter mortalia ea maximè, in quæ quis pronior eſt, & quæ grauiora ſunt, v.gr. luxuriam, periuria, detractiones, &c. adhibendiq; remedia contra dicta peccata, v.g. quæ ſupra preſcripſim⁹; timorem nouiſſimorũ, mortis, iudicii, inferni; amorem virtutis, imitationis vitæ Chriſti, B.V. & Sanctorum, frequentiæ ſacramentorũ, aliorumq; ſtudioſorum operũ; amorem Dei; affectum actionis gratiarum ob beneficia à Deo accepta, &c. Poſſunt etiam excitari alii affectus vt admirationis Maieſtatis Dei, operũ illius laudis Dei, &c. ſed prioribus affectibus odii peccati, timoris, amoris ſtudioſorum operum, & imitationis Chriſti maximè inſiſtendũ. Vnde licet quæcunque res pia, quæ poſſit excitare pium aliquẽ affectũ, poſſit eſſe materia meditationis, prædictis tamen adoleſcenti-

Digitized by Google

centibus, materia ad meditadum aptiſſima, ea eſt, quæ ad prædictos affectus excitandos aptiſſima eſt: talis eſt materia de nouiſſimis, de peccatis, de beneficiis Dei, & de præcipuis myſteriis, vitę Chriſti: talia etiam ſunt omnia ferè de quibus egimus in hoc libro; aptiſſima enim ſunt ad excitēdos affectus qui magis neceſſarii ſunt adoleſcentiæ: quare vtiliſſimæ ſunt meditationes de his rebus, proinde de iis infra puncta ad meditandum ſubiiciemus; quod ſi de aliis rebus prædicti adoleſcentes aliquando meditentur, ſupradictos affectus ex meditatione ſemper excitare præcipuè nitantur.

6. Si Deus aliquando immittat tibi vehementiorem affectum, v. g. vt prorumpant lachrymę, humiliter eum admitte, & quandiu Deus dederit continua; ſed hic diuturnus eſſe non debet, maximè ſi ſponte à te concitatus ſit, ne lædatur caput.

7. Quod ſi contingat te inter meditādum omni guſtu, ſolatioq; deſtitui, nō ideò animū deſpōdeas. Si enim tua culpa id acciderit, quia imparatus in meditationem irruiſti, humilia te culpam agnoſcēdo, & breui ſequetur ſerenitas. Si verò non tua culpa, cogita permiſſum à Deo,

Deo, vel vt diſceres guſtum illum non ſtudio noſtro parari, ſed dono Dei obtineri, vel vt Deus probaret, an ex puro eius amore ſanctum hoc opus, & non cõſolationis tuæ cauſa, exerceres. Itaq; tempore deſolationis dic; *Ego non incœpi hanc meditationem meam propter meum ſolatium, ſed ex mero amore DEI, quare eãdem ex eodem amore perficiam.*

8. Si verò multis agiteris diſtractionibus, nec ideò abrumpe Meditationẽ, ſed cogita; ſi obrepant te inuito, nullum admitti peccatum. Tãtum vbi aduerteris te diſtrahi, reſiſte illis, licet ſæpius redeant: neque enim minùs grata erit ob hunc laborem meditatio tua, quã ſi cum deuotionis ſenſu eam perfeciſſes. Prodeſt etiã in hac pugna proſilire ad colloquia, & ſubmiſſè agnoſcere te tuis viribus nihil poſſe: vel etiã grauiter te accuſare, tanquam mortalium ignauiſſimũ, qui non poſſis etiam ad breue tempus cum Deo loqui, & ilicò ſenties auxilium.

9. Deniq; non parum ad fructuoſam meditationem inſtituendam valet, ſi Deum in omnibus actionibus tuis, vt verè eſt, cogites præſentem, ſi crebrò per diẽ iaculatorias vſurpes orationes, ſi libellos ſpirituales libenter lectites, ſi crebrò ſacram menſam confeſſione fa-

ſta accedas, ſi familiaritate piorum vtaris, ſi ſenſus externos, ac imprimis linguā coerceas, ſi caritatis & pœnitentiæ exercitia diligas, ſi bona propoſita in meditatione facta opere compleas.

PARS OCTAVA.

Meditationes variæ, earumq́ distributio in ſingulos anni dies.

APtiſſimam adoleſcentibus ad meditandū materiā oſtēdi p. 7 eſſe materiam de nouiſſimis, peccatis, beneficiis Dei, & præcipuis myſteriis vitę Chriſti, & omnibus iis de quib' egimus in hoc libro. Dixi etiam p. 5. par eſſe Sodales preſertim maiores, ſingulis diebus manè quadrantem ſaltem in vicem orationum vocalium meditationi impendere; (ſanè enim quemq; quotidiè per quadrantē ſaltem orationi vacare, par eſt:) Quo facilius id fiat, & magis in promptu habeant Sodales hoc ſanctum tamq; neceſſarium commentandi exercitium; de prædictis omnibus materiis ſubiiciam meditationes; quarū plurimas petem' ex dictis in hoc libro; quę enim diximus omnia ferè sūt apta materia meditationis. Meditationes hæ ſic in ſingulos anni dies diſtribui commodè poterunt. Quinque circiter menſium ſpatio poterunt omnes abſolui, & quin-

& quinto quoq; menſe repeti. (ſæpè enim repetita aptiora ſunt ad excitãdos affectus, quam ſemper noua & noua.) 1.2.& 3. menſe fiant meditationes de fine hominis, & eius nouiſſimis; de peccatis, & virtutibus. 4.& 5. de beneficiis Dei & myſteriis præcipuis vitæ Chriſti; hoc ordine; ſingulis hebdomadis die Dominico fiat meditatio quæ præſcribetur in Congregatione, reliquis ſex diebus expendantur quatuor meditationes ex iis quas infra ſubiiciemus, & bis eædem repetantur: exempli cauſa, primæ hebdomadæ die Lunæ fiat meditatio de fine hominis; die Martis, de cauſis ob quas homo obligatur ſeruire Deo; die Mercurii fiat repetitio harum duarum meditationum ſimul; die Iouis fiat tertia meditatio, ab adoleſcẽtia quemq; debere Deo inſeruire; die Veneris, quarta meditatio de periculis peccandi; die Sabbathi repetãtur ſimul hæ duæ meditationes. Qui hunc ordinem non ſeruauerit, hũc alium ſeruet accõmodatum tempori; in quadrageſimâ meditetur de morte, iudicio, inferno, aut de paſſione Chriſti; circa Paſcha de reſurrectione Chriſti & gloria cœleſti; deinde vſq; ad Aduentũ, de beneficiis Dei, & vita Chriſti; per Aduentum de peccatis; deinde de infantia Chriſti.

Digitized by Google

MEDITATIONES de hominis fine & nouiſſimis.

I. *Meditatio de fine hominis.*

1. Hebdom. Die Lunæ.

ORatio præparatoria. Stãs ante oculos Dei, quem coram te, te intuentem videbis, rogabis illũ vt omnes tuæ cogitationes, verba, opera, & vires animi integrè dirigantur ad ipſius gloriam & tuam ſalutē. Hæc oratio præparatoria in omnibus meditationibus eſt eadē, in hunc finem in ſodalitio pronũciari ſolet à Præfecto *Veni creator*, &c.

1. Præludium. Imagineris te genibus flexis aſſiſtere in cœlo corã ſanctiſſima Trinitate, B. Virg. & tota curia cœleſti, ibiq; te deductum ab Angelo cuſtode.

2. Prælud. Pete à Deo intimam cognitionem finis ad quem creatus es, obligationiſq; dirigendi tuas actiones ad illum finem.

1. p. Finis cujus cauſa facti & nati ſumus, nullus eſt alius, quàm vt Deo amando & colendo ad æternam fœlicitatem perueniremus.

2. pun. Finis verò aliarum rerum huius mundi tùm naturalium, vt animantium, diuitiarum, honorum, doctrinæ, ſanitatis, &c. tùm ſupernaturalium

lium, vt Sacramentorum, &c. eſt vt nobis ſeruiãt & auxilio ſint ad finem noſtrũ conſequendũ. 3. pu. Itaq; homo in omnibus actionibus ſuis cultũ Dei ſpectare debet, non ſibi ſed Deo vni totus ſeruire, quicquid eſt, quicquid habet, quicquid valet ad Deum dirigere, totus Dei eſſe, totum ſe Deo deuouere, vide pag. 513. è reliquis verò creatis rebus, diuitiis, honoribus, voluptatibus ingenio, doctrina, ſtudiis, prudentia, ſanitate, &c. eas fugere & auerſari debet, quæ plus incommodi, eas amplecti & ſequi; quæ plus commodi ad finem noſtrum conſequendum habent; ſeu iis vti ſolũ quatenus ſeruiunt nobis ad ſalutem; & ideò ſi non ſeruiãt, cõtraria potius debet optare & eligere, vt ægritudinẽ potius quàm ſanitatẽ, mortẽ quàm lõgã vitam, paupertatẽ quàm diuitias, &c.

Colloquium inſtitues iuxta affectum quem ſenties, vt parte 6. notaui. Præſertim, loquẽdo cum Deo, petes ex intimo cordis, gratiam dirigẽdi te totum tuaque ad Deum, viuendi nõ tibi ſed Deo, &c. proponas firmiter coram illo te id facturum, accuſes te illi quod hucuſq; hoc non feceris; alia prout affectus ſuggeret, cum Deo loquendo, cum B. Virg. Sanctis, &c. vel mẽte ſola, vel mente & voce ſimul ex intimo cordis enũciabis.

MEDITATIO II.

De Cauſis quæ mouere nos debent ad ſeruitutem DEO ſeruiendam, quæ eſt finis ob quem vitã præſentem ducimus.

Die Martis. ORatio præparatoria & primum præludium vt ſupra.

2. prælud. Petere à Deo intimum ſenſum harum cauſarum.

1. pun. 1. cauſa eſt, quod Deus eſt author & conſeruator vitæ noſtræ.

2 pun. 2. cauſa eſt, quia Deus eſt finis noſter.

3. pun. 3. cauſa eſt, quia redempti eius ſanguine ſumus.

4 pun. 4. cauſa ducitur ex gloria æterna promiſſa Deo ſeruientibus. De quibus quatuor cauſis vide dicta p. 509. in vnoquoq; puncto expende quomodò huc vſq; ſatisfeceris huic obligationi; ſæpè in vicem ſeruitutis grauiter offendiſti Deum; doleas de vtroque; vide in poſterum quid velis facere, excita animam tuam ad id faciendum, pete à Deo gratiam illud faciendi, petas veniam de præteritis, &c. & ſic colloquium conclude.

MEDITATIO III.

Ab adoleſcentia Deo eſſe ſeruiendum, quæ ſeruitus eſt finis noſtræ creationis.

ORatio præparatoria vt ſupra.

1. præ-

1. prælud. Ponere ſibi ob oculos viſionem illam de triplici genere hominum cruces ferentium ſupra deſcriptā p. 508. ſed in ea non immorare.

Die Mercurii repetitio vtriuſque meditat.

2 præludium vt ſupra.

Die Iouis.

1. punctum. 1. huius rei cauſa eſt, quia hæc ætas eſt cæteris aptior; quod primum, optimum & DEO dicandum; facilis ad vitium, ſi non ſe flectat ad virtutem, &c.

2. punct. 2. Cauſa; facilior ſic fit in tota vita Chriſtianæ diſciplinæ crux: reuocet in memoriam triplex illud genus hominum cruces ferentium.

3. punctum. 3. cauſa, ſic homo plura merita in vita accumulat, & conſequenter plus gloriæ in æternum habebit in cœlo. Propone fugere peccata ab adoleſcentia; amplecti virtutem: velles poſt hanc vitam, à prima ætate ſeruiiſſe DEO, vt gloria in cœlo correſpondente fruereris; iam tempus eſt, ſeruias: quam ſtultum iacturam gloriæ maioris facere? Colloquium cum Chriſto, ſeruitutem ei ſeruire proponendo, qui à primâ ætate pro te tot fecit, etiam ſanguinem puer in circumciſione fudit, cum B. Virg. quæ à prima ætate DEO ſe dicauit, cum Sanctis, de quibus p. 506 qui à prima ætate DEO ſeruierunt.

Die Veneris.

MEDITATIO IIII.

Alia peculiaris cauſa ob quam adoleſcens dum eſt in Parthenio, diligenter Deo ſeruire, virtutem addiſcere & acquirere debet, ſcilic. ob pericula peccādi quæ ſunt in mundo, contra quæ ſe per virtutem benè radicatam munire debet.

ORatio præparatoria eadem.

1. Prẹlud. vt in prima meditatione: vel obiicias tibi ob oculos locū maximè lubricum ac præcipitem; hominem debilem per talem locū incedentē; deniq; multos & valentes qui impellant ad cadendum: locus ille lubricus eſt mundus; oēs homines ægri ſunt & infirmi; dæmones sēper infenſi & infeſti.

2. Prælud. Pete à DEO lumen videndi hæc pericula, & muniendi te maturè per virtutem contra illa.

1. pun. Conſideratio primi periculi peccatorum; tot peſtifera exempla, & cohortationes ad malum.

2. pun. Conſideratio ſecundi periculi; leges mundi.

3. pun. Conſideratio tertii periculi; occaſiones peccandi. Vide ſupra p. 527. Iungi his fragilitatem hominis; tuam ipſe ſæpius expertus es; adde dæmones ita acriter impellentes ad malum & tētantes; & collige quā ſeriò debeas ma-

turè,

Digitized by Google

turè, timori Dei aliiſq; virtutibus altè pectori tuo inſerendis, contra tot pericula peccatorũ quę ſubiturus es, inſiſtere; propone te hoc iam facturum dum es in ſodalitio, in quo tot occaſiones fundandi te benè in virtute habes; gratias age Deo, qui tibi tot occaſiones virtutis comparandæ dedit, quas tot aliis millibus adoleſcentum non dedit, qui forſan iis melius vſi fuiſsẽt. Propone te boni Sodalis munia omnia exactè obiturũ, &c. Si toties ob pericula minora cecidiſti in peccata & grauia; quid facies in periculis lõgè maioribus, in ætate adultiori, ni maturè tibi, virtutes altè pectori tuo inſerendo, proſpicias; proſpicias tibi in re tanti momenti, quanti gloria cœli aut pœna inferni æterna eſt. Pete à Deo huius rei gratiã, à B. Vir-

DE MORTE.

MEDITATIO V.

DE BONIS HVIVS VITÆ amittendis per mortem.

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; meditat. 2. Hebdomada. Die Lunæ.

ORatio præp. ſemper eſt eadem.

1. prælud. Imaginare te ipſum decumbentem, morti vicinum, à medicis deſperatum, aſtante ad caput cereo, ad pectus imagine crucifixi, extremam iam animam ducere.

2. præl. Pete à Deo lumen quo videas quid ſint bona huius mundi.

1. punct. Per mortem cuique & tibi etiam amittenda hæc vita temporalis, & omnia illius bona; corpus in eſcam vermibus relinquendum; parentes deſerendi; bona omnia temporalia; diuitiæ quas habes, vel ſperas à parētibus habiturum; voluptates quibus frueris; honores quos habes & ſperas &c. & hæc omnia relinquenda non ad 20. aut 100. annos, ſed ad 100000. & plures, imò in totam æternitatem. Hæc benè expende, & inde coneris perſentire in corde: primò quanti faciendum ac delicatè nutriendum tibi ſit corpus tuum quod vermibus eſca futurum eſt; ſaginas illud vermibus; & tamen eius gratia toties Deum offendiſti. 2. Doleas de eo & videas quid velis facere in poſterum; quam ſtultum ſit propter iſta bona temporalia, quæ deſerere debes, Deum offendere, ſicq; periculo amittendi æterna ſe exponere vel etiam ea amittere. 3 Propone te id nunquam facturum, quandoquidem temporalia omnia ſunt deſerenda, annon ſatius eſt præuenire, & (vt inquit S. Bern. ſupra p. 543.) *ea cedere amori Chriſti, quàm morti?* modò cum merito relinquere affe-

affectu, quod omnes Chriſtiani debēt, quàm paulò poſt cum dolore & pœna, etiam in futura vita lueuda? 4. Expende ſtultitiam illorum, qui tota vita tot labores; & pericula vitæ præſentis & damnationis æternæ incurrunt, vt bona ſibi deſerenda ſemper accumulent; propone te id nunquam facturum.

2. pun. Incertum quando hæc omnia tibi eripiet mors, nam incerta eſt hora mortis; multi te robuſtiores & ſaniores, ante ætatem quam attigiſti moriuntur in dies; plurimi illo ætatis anno quem agis; an potes ſcire, an adhuc per annum aut menſem ſis victurus? hinc penitius collige tria vltima quæ collegimus ex primo puncto.

3. p Hæc omnia breui tibi mors eripiet. Nā forſan poſt menſem morieris, & licet ad ſenectutem peruenires, totū hoc breue eſt, mille anni ſicut dies heſterna eſt apud Deum, quid 60. aut 70. anni? conferas id cum centum mille annis, cum 1000000. & cum tota æternitate, breuiſſimum id inuenies; hinc penitius ſentire nitaris quæ collegiſti ex præced. p. & propone ſicut in præcedenti puncto. Petas in colloquio à DEO gratiam propoſita hæc complendi, idem à B. Virg. &c.

MEDITATIO VI.

De hora Mortis.

Die Martis.

PRimum pręlud. Imaginare te videre oſſa omnium ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, &c. in vno cœmiterio.

2. præl. Pete à DEO lumen quo penetres certitudinem mortis, & incertitudinem horæ illius.

1. pun. Moriendum vnicuique, & tibi etiam: luſtra terram vniuerſam, nec vnum inuenies cui non ſit moriendum; cogita præcedētia ſæcula, omnes mortui ſunt; euolue quot mortui ſunt ſummi Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, omnium vita finem accepit, & finem acceperunt honores, diuitiæ, delitiæ quibus fruebantur; quid iam habēt de illis bonis? & finem accipiet vita tua & illius quibus frueris bona. Inferas inde 1. quæ ſtultitia ſit ita addici huic vitę & illius bonis, vt addicti ſunt multi. 2. Quæ ſtultitia tot lobores ſuſtinere pro talibus bonis acquirendis; ſi laborādū, melius eſt pro æternis laborare. 3. Quæ ſtultitia totam vitam traducere in cōquirendis his bonis, & tam parum ſollicitum eſſe de bonis æternis in futurā vitam procurādis per bona huius vitæ opera. 4. Inferas etiam quæ ex præcedenti meditatione inferebam, & varios

affectus.

affectus in te excita, vt in præcedenti meditatione notaui: vide dictũ S. Bernardi, S. Gregorii, & exemplum Rolandi ſupra p. 543. 591.

2. pun. Incertum eſt quando morieris, forſan poſt hebdomadam, forſan hac nocte; inferas idem quod ex præcedenti puncto, & etiam quàm citò expiare debeas peccatum mortale ſi in aliquod incidiſti, quid enim ſi hac nocte mors derepentè te opprimat? quid ſtultius quàm in re tam graui vt eſt infernus & paradiſus, periculo ſe exponere, quando ei potes te ſubducere? propone te caput tuum periculo ſubducturum.

3. pun. Breui eſt moriendum, conferas 60. annos cum centum mille annis, imò cum æternitate, quid ſunt? inferas idem, & firmius adhuc proponas quod in 1. p.

In colloquio petas à DEO gratiam propoſita exequẽdi, accuſes te de præteritis, &c. Idem facias cum B. Vir. &c.

Die Mercurij repetitio vtriuſq; & applicatio ſenſuum.

MEDITATIO VII.

PRimum prælud. vt in medit. 5.

2. prælud. Pete lumen quo penetres quæ in morte eueniunt.

1. p. Conſidera quomodo affectum ſe ſentiat is, qui omne ſuum ſolatium in vita diuturniore poſitum habet, quando

Die Iouis.

do monetur medicum nullam ſpem dare vitæ. Talis enim mox obiicit oculis mentis perpetuum ſuum ex mundo exilium, videt iamiam ſe abſtrahendum, à parentibus, cognatis, amicis, ſociis, fauore Principum, dignitatibus, palatiis, agris, vineis, deinde, quod longè acerbius, animam vi à corpore tantoperè amato auellēdam. Cogita quam vtilius illi homini fuiſſet amori Chriſti, quàm morti ea maturè relinquere, ſaltem amorem inordinatum erga illa exuendo; quàm ſtultè feciſſe ſe videt, dū ob illa vana, quæ iam deſerit peccauit, quorum peccatorum reddenda illi mox eſt ratio; quid velles feciſſe in vita, fac iam quod velles fèciſſe in hoc articulo, & vide in particulari quid velles feciſſe, ſtatuaſque te facturum.

2. Conſidera, quā anxius idem ſit futurus, cum ſentiet, ſe incertum de ſalute Primò ob multitudinem peccatorū. 2. quod tunc multorum recordabitur, ante oblitorum. 3. quod quæ alias leuia viſa ſunt, tunc grauiſſima apparebunt. 4. quod tunc maximè dubitabit, ſitne in odio vel amore Dei. 5. quod anceps horrebit, an veram de peccatis habeat contritionem: ac tandem ita attonitus

ſit, vt

ſit, vt neſciat, quò ſe vertat. Collige eadem quæ ex præcedenti punct. & alia ſimilia, præſertim quid velles feciſſe tunc iam fac.

3. p. Conſidera, ſi Deum reſpexerit, imminebit Deus ei iratus, diſtringens inſtar vindictæ gladium; ſi oculos depreſſerit, videbit ſepulchrum tetrum odorem exhalans ſuo corpori paratum; animæ verò, quam negligenter habuit, apertum inferorum abyſſum. Si ſeipſum ingreſſus fuerit, inueniet turbam peccatorum, quorum conſcientia cum æternis addicat ſuppliciis. Si verò circumſpexerit, videbit circumſtantium dæmonum copias, codicem criminum explicantes, & patulis faucibus in prædam inhiantes. Volet quidem miſer fugere ſeipſum, ſed fieri non poterit: volet terga vertere, ſed non concedetur. Collige ſicut ex præcedenti puncto, præſertim quid velles tunc feciſſe, fac nunc.

MEDITATIO VIII.

Die Veneris.

PRimum præludium vt in Meditatione quinta.

1. punctum. Conſidera extremum conflictum cum vita, agonem & angorem mortis, quando cereus accēditur, & in aurem inclamatur, vt corde

ſaltem

ſaltem, ſi non orę, ſe Deo commendet. Quo puncto etiam ſanctiſſimi quique magno metu concuti ſolent, vt S. Hilarion clamans. *Egredere anima mea, quid times? ſeptuaginta annis ſeruiuiſti Deo, & mori times?* Hic eſt terminus omnium ſceptrorum, diadematū, hic finis humanæ gloriæ, diuitiarum, deliciarum; quàm ſtultum his nimium addici, horum cauſa peccare? quid velles tunc feciſſe, fac nunc. Ita tunc dolores te oppriment, vt seriò vix poteris de te cogitare; iam cum ſanus es, ſaluti tuæ attende, propone te hoc facturum, doleas hucuſque non feciſſe, &c.

2. p. Expēde, quomodo anima egreſſa, corpus tam lautè & honorificè ante ornatum & tractatum, tam deforme & horribile reddatur, vt omnes ab eo intuendo & tangendo abhorreant, ac ipſi amici mox laborent, vt inter quatuor vel quinque aſſeres cum veteri induſio incluſum in terram à vermibus conſumendum defodiatur. En finem corporis tui delicatè nutriti, cui vt delectationem dares toties Deum offendiſti, quàm clarè tunc te erraſſe videbis; ſed nimis ſerò; videas iam & corrigas te; pone ob oculos quod de Imperatrice Iſabella dictum eſt ſupra. pag. 549.

3. pun.

...ucella d...

3. pun. Animam ſola opera comitabuntur vſq; ad ingreſſum alterius vitæ, fœliciſſimæ aut miſerrimæ, prout iſta cōmeruerint. Agnoſce ſtultitiam tuā, dum totū te iis rebus diſtrahi ſinis, quæ ſunt deſerenda; (vide dictū D. Bern &c. ſupra pag. 543.) earum curam abiicis quas tecum hinc in vitam vel mortem æternam aſportabis: collige quàm fugere debeas peccatum, & propone fugā ab eo; quanta in æſtimatione habenda ſit deuotio, frequentatio Sacramentorum, aliaque bona opera, vide in particulari quid velis facere, propone facturum, doleas de præterito, & in colloquio pete gratiam ad hoc exequendum, &c.

Die Sabbathi repetitio vtriuſque cum applicatione ſenſuum.

MEDITATIO IX.

3. Hebdomad. Die Lunæ.

PRimum præludium, repræſenta tibi ob oculos aliquem ſanctè morientem ex iis, quos retulimus ſupra p. 567. vel in præfatione, &c.

1. punctum. Conſidera mortem iuſtis eſſe miſeriarum huius vitæ præſertim laborum & periculorum peccandi terminum, & æternæ fœlicitatis principium; quàm gaudent illi tunc ſe crucem Chriſti ſecutos, paupertatem, cōtemptum, afflictiones corporis diuitiis, honoribus, deliciis prætuliſſe; tranſierunt

Digitized by Google

MEDITATIO X.

Rimum punctum. Mors amara eſt ob ſeparationem animæ à corpore bonis huius mundi; periculoſa & terribilis. Primò ergo conſidera iuſto non eſt amara.

Die Martis.

2. pun. Iuſto non eſt periculoſa.

3. pun. Iuſto non eſt terribilis. Cur. de p. 566. (& reuoces in mentem exempla ibi poſita) mutato nomine, Religioſi, in nomen, Iuſti. Si vis mori morte iuſtorum, viuas hic vitam iuſtorum. Elige iam quod volueris, doleas de vita præterita.

Colloquium inſtitue ſecundum affectum.

Die Mercurii repetitio vtriuſq; & applicatio ſenſuum Die Iouis.

MEDITATIO XI.

PRimum prælud. pete ex illis Eſaiæ c14. verbis, *Sub te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*; repræſenta tibi [illegible] mortuū, opertum vermib[illegible] ſit tinea, vide p. 547.

1. Co[illegible] em malis eſſe deliciaru[illegible] inferni principium; q[illegible] ntien[illegible] [illegible]

[illegible]

pœnas inferni, quæ iamiam incipient & nunquam finem accipient; tu modò dum tempus eſt hoc agnoſce, & fac quod illi vellẽt in hoc termino feciſſe.

2. pun. Quem pauorem, dolorem, triſtitiam ſentiunt mundani homines in morte, conſcientia ipſis atteſtante quod tot & tam grauia peccata commiſerint, quod tot occaſiones promerendi gloriam æternam neglexerint, tam pauca bona opera fecerint, terrenis toti addicti fuerint, &c. quid vellent tunc feciſſe, fac tu modò.

3. pun. Quem dolorem & pauorem ſentiunt dum verentur & conſiderant ſe expectari à dæmonibus, vt rapiantur in infernum? à Chriſto, vt ignibus æternis addicantur; à dæmonibus omnibus, vt cum ipſis crucientur; quomodo vellent tunc vixiſſe? Expende in particulari quid vellent feciſſe, iam tu id facias, memor ſis dicti Reginal. ſupra, p. 147.

MEDITATIO XII.

Die Veneris.

PRimum prælu. Imaginare te eſſe in crypta mortuorũ vel cœmiterio, & inſpice, & veluti tange oſſa mortuorũ, nunc hoc caput, modò illud, &c.

1. pun. Conſidera, quod illi mortui ſunt, te paulò poſt futurum; tuum caput,

put, tua brachia & reliquæ partes corporis, quod tam delicatè nutris, quod vt delectes, toties peccas, breui erũt inter hæc oſſa, & vnum ex illis; nihil habent hæc oſſa de præteritis delitiis, diuitiis, honoribus: quid prodeſt modò illis abundaſſe? & tu breui nihil ex illis habebis; diſcerne, ſi potes, caput nobilis & diuitis ab ignobili & paupere: & tuum breui non poterit diſcerni: Ergo caduca illa ſpernas; caue ne propter corpus pecces. Vide ſupra p.549. de corpore Iſabellæ Imperatricis.

2. pun. Conſidera quod nunc es, fuiſſe olim iſta oſſa, ſeu mortuos, abundantes diuitiis, honoribus, &c. Caue ne inde extollaris, inde pecces, &c. vt in 1. pun.

3. pu. Conſidera oſſa iſta omnia excitanda in die iudicii, vel ad flãmas æternas, vel ad gloriam æternam; vide è quorum numero velis eſſe oſſa tua. Petas ab iſtis mortuis, nunc ab vno, nunc ab alio, modò à plurib⁹ ſimul, quomodo vellẽt olim vixiſſe; imagineris te audire illos reſpondentes; & attende quid reſpondeant: tu dum tempus eſt hinc tibi proſpice, fac quod vellent feciſſe.

Colloquium inſtituas cum Chriſto pro ratione affectus quem ſenſeris. Pete

ab eo

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; meditat. & applicatio. ſenſuum 4. Hebdo. Die Lunæ.

ab eo gratiam melius viuendi, doleas de præterita ſtultitia, propone in futurum meliora, &c.

MEDITATIO XIII.

PRimum prelud. Repręſenta tibi animam tuam, deductã ab Angelo bono & malo, ante Chriſtum ſeuerum iudicem, accuſatam à dœmone de omnibus quæ peccauit, iam iam accepturam ſententiam mortis æternæ, vel vitæ.

1. pun. Conſidera animam vita defuncti, deſtitutã à parentibus, fratribus, &c. deductã ab Angelis bonis, & malis, ſolis operibus bonis & malis eã comitantibus, horrendum ineuntem iter in regionem ignotam, vt ſiſtatur iudicio particulari DEI, ſummè metuendo, qualem enim ſentẽtiam reieret in hoc iudicio, talẽ referet in iudicio vniuerſali, & ſentẽtia illa manebit in æternũ; ſingula expende; petas à tali anima quomodo vellet vixiſſe; quam clarè, ſed ſerò, cognoſcat honores, delitias, diuitias huius vitæ nihil eſſe; quam optaret exiguum temporis dari ſpatium ſibi, quo ſe corrigeret; ſed fruſtra; nimis ſerò; tu iam facias, quod vellet illa facere.

2. Conſidera quatuor perſonas in iudicio illo futuras. Prima eſt iudicanda, quæ in cõſcientia deſcriptam geret to-

tam

tam anteactam vitæ hiſtoriam. 2. eſt Chriſt' ſimul iudex & teſtis, atroci vultu animę impię minas & pęnas ſpirãs. 3. Sãcti Dei ſumma indignitate candẽ deteſtantes. 4. dæmones peccata exaggerantes, & bona opera extenuantes. Cogita ad quas anguſtias redigetur miſella anima, quando ipſa conſcientia teſte veriſſimas fatebitur omnes contra ſe prolatas accuſationes. Petas à tali anima, quę ſupra in præcedenti puncto.

2. Conſidera examen ipſum quod inſtituetur factorum, dictorum, cogitationũ: in quo tria ſunt metuenda. 1. multitudo rerum, de quibus reddenda eſt ratio: nam *cui plus datum eſt, plus exigetur ab eo* 2. Iudicis exactiſſima de ſingulis inquiſitio, et ſeuera punitio; nã nõ ſolum nouiſſimũ quadrantẽ repoſcet, ſed etiã de omni verbo otioſo & cogitationibus occultiſſimis rationem exiget 3. acerrima iudicis de rebus exiſtimatio; nos hic parui ducimus aliqua peccata; Chriſtus ipſa vã titas grauitatẽ cuiuſuis peccati alio modo quàm nos nouit & nobis proponet. Examina te quot & qualiũ tibi erit reddenda ratio; hic conſule rationibus tuis, dum tempus eſt, & vide in particulari, quomodo & quid velis in poſterum facere.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIO XIIII.

Die Martia.

PRimum præludium vt in præcedenti meditatione.

Primum punctum. Conſidera quàm formidabilis ſit ſententia, quę diſcuſſis cognitiſque operibus vitæ tuæ bonis & malis de te eſt pronuncianda. Primò, ob conſtantiam iudicis, qui nullis precibus, lachrymis, interceſſione, vel excuſatione à iuſta ſententia ferenda deduci poterit. 2. ob magnitudinem rerum de quibus agetur, non enim de pecuniis vel agris, ſed de ſummis bonis vel malis, in omnem æternitatē duraturis tractabitur. 3. ob immutabilem ſententiam iudicis, quæ nunquam retractari poterit. Deus enim cum ſummus ſit iudex, & qui falli in iudicando non poteſt, ab eo non erit ad alium appellatio. Excites te iam inde ad horrorem peccati, pudeat te tam malè vixiſſe hucuſque; vide in poſterum, quomodo velis viuere.

2. pun. Conſidera, quanta trepidatio, miſeram animam inuadet, quando eleuata manu conuerſis in eam oculis, iudex Chriſtus æternam & irreuocabilem proclamabit ſententiā. *Diſcede maledicte in ignem æternum*, Dei faciem nun-

Digitized by Google

nunquam viſurus, nihil boni vnquam à me habiturus. DEVS bone, quæ deſperatio, qui fletus, quæ lamenta hic erũt? Vide hic quid vellet talis anima feciſſe in vita; quid ſentiat de fallacibus mũdi bonis, quæ ipſam ad talem ſtatum perduxerunt; idem dictum D. Bern. ſ. pag. 543. quam ſtultitiæ ſe arguat quod peccauerit, bona quæ poterat operari, neglexerit; tu quæ iam ipſa, ſed ſerò, velles feciſſe, modò facias.

3. p. E contra cogita quanto gaudio exultabit anima, cum audiet optatiſſima verba. *Veni benedicta Patris mei, poſſide regnum tibi paratum à conſtitutione mundi.* Pete à tali anima, quam placeat illi peccata vitaſſe, mundi fallacias & delitias fugiſſe, in operibus bonis ſe exercuiſſe; fac tu iam quod velles tunc feciſſe, & cogita in particulari quid velles feciſſe, & propone te facturum; pudeat te vixiſſe vt huc vſq; vixiſti, &c. Die Mercurij repetitio vtriuſque & applicatio ſenſuum.

MEDITATIO XV.

PRæludium vt ſupra.

1. pun. Conſidera quam ſtrictam ſis rationem redditurus: reddenda tibi erit ratio, qua ratione vſus fueris anima eiuſq; voluntate & intellectu; corpore eiuſque membris, oculis, manibus, &c. num anima, corpore, rebusq; aliis vſus, Die Iouis.

 & ſolum

do monetur medicum nullam ſpem date vitæ. Talis enim mox obiicit oculis mentis perpetuum ſuum ex mundo exilium, videt iamiam ſe abſtrahendum, à parentibus, cognatis, amicis, ſociis, fauore Principum, dignitatibus, palatiis, agris, vineis, deinde, quod longè acerbius, animam vi à corpore tantoperè amato auellēdam. Cogita quam vtilius illi homini fuiſſet amori Chriſti, quàm morti ea maturè relinquere, ſaltem amorem inordinatum erga illa exuendo; quàm ſtultè feciſſe ſe videt, dū ob illa vana, quæ iam deſerit peccauit, quorum peccatorum reddenda illi mox eſt ratio; quid velles feciſſe in vita, fac iam quod velles feciſſe in hoc articulo, & vide in particulari quid velles feciſſe, ſtatuaſque te facturum.

2. Conſidera, quā anxius idem ſit futurus, cum ſentiet, ſe incertum de ſalute Primò ob multitudinem peccatorū. 2. quod tunc multorum recordabitur, ante oblitorum. 3. quod quæ alias leuia viſa ſunt, tunc grauiſſima apparebunt. 4. quod tunc maximè dubitabit, ſitne in odio vel amore Dei. 5. quod anceps horrebit, an veram de peccatis habeat contritionem: ac tandem ita attonitus

ſit, vt

ſit, vt neſciat, quò ſe vertat. Collige eadem quæ ex præcedenti punct. & alia ſimilia, præſertim quid velles feciſſe tunc iam fac.

3. p. Conſidera, ſi Deum reſpexerit, imminebit Deus ei iratus, diſtringens inſtar vindictæ gladium; ſi oculos depreſſerit, videbit ſepulchrum tetrum odorem exhalans ſuo corpori paratum; animæ verò, quam negligenter habuit, apertum inferorum abyſſum. Si ſeipſum ingreſſus fuerit, inueniet turbam peccatorum, quorum conſcientia eum æternis addicat ſuppliciis. Si verò circumſpexerit, videbit circumſtantium dæmonum copias, codicem criminum explicantes, & patulis faucibus in prædam inhiantes. Volet quidem miſer fugere ſeipſum, ſed fieri non poterit: volet terga vertere, ſed non concedetur. Collige ſicut ex præcedenti puncto, præſertim quid velles tunc feciſſe, fac nunc.

MEDITATIO VIII.

Die Veneris.

PRimum præludium vt in Meditatione quinta.

1. punctum. Conſidera extremum conflictum cum vita, agonem & angorem mortis, quando cereus accēditur, & in aurem inclamatur, vt corde ſaltem

ſaltem, ſi non orę, ſe Deo commendet. Quo puncto etiam ſanctiſſimi quique magno metu concuti ſolent, vt S. Hilarion clamans. *Egredere anima mea, quid times? ſeptuaginta annis ſeruiuiſti Deo, & mori times?* Hic eſt terminus omnium ſceptrorum, diadematũ, hic finis humanæ gloriæ, diuitiarum, delitiarum; quàm ſtultum his nimium addici, horum cauſa peccare? quid velles tunc feciſſe, fac nunc. Ita tunc dolores te oppriment, vt ſeriò vix poteris de te cogitare; iam cum ſanus es, ſaluti tuæ attende, propone te hoc facturum, doleas hucuſque non feciſſe, &c.

2. p. Expẽde, quomodo anima egreſſa, corpus tam lautè & honorificè ante ornatum & tractatum, tam deforme & horribile reddatur, vt omnes ab eo intuendo & tangendo abhorreant, ac ipſi amici mox laborent, vt inter quatuor vel quinque aſſeres cum veteri induſio incluſum in terram à vermibus conſumendum defodiatur. En finem corporis tui delicatè nutriti, cui vt delectationem dares toties Deum offendiſti, quàm clarè tunc te erraſſe videbis; ſed nimis ſerò; videas iam & corrigas te; pone ob oculos quod de Imperatrice Iſabella dictum eſt ſupra. pag. 549.

3. pun.

Digitized by Google

3. pun. Animam ſola opera comitabuntur vſq; ad ingreſſum alterius vitæ, fœliciſſimæ aut miſerrimæ, prout iſta cōmeruerint. Agnoſce ſtultitiam tuā, dum totū te iis rebus diſtrahi ſinis, quæ ſunt deſerenda; (vide dictū D. Bern &c. ſupra pag. 543.) earum curam abiicis quas tecum hinc in vitam vel mortem æternam aſportabis: collige quàm fugere debeas peccatum, & propone fugā ab eo; quanta in æſtimatione habenda ſit deuotio, frequentatio Sacramentorum, aliaque bona opera, vide in particulari quid velis facere, propone facturum, doleas de præterito, & in colloquio pete gratiam ad hoc exequendum, &c.

Die Sabbathi repetitio vtriuſque cum applicatione ſenſuum.

MEDITATIO IX.

3. Hebdomad. Die Lunæ.

PRimum præludium, repræſenta tibi ob oculos aliquem ſanctè morientem ex iis, quos retulimus ſupra p. 567. vel in præfatione, &c.

1. punctum. Conſidera mortem iuſtis eſſe miſeriarum huius vitæ præſertim laborum & periculorum peccandi terminum, & æternæ fœlicitatis principium; quàm gaudent illi tunc ſe crucem Chriſti ſecutos, paupertatem, cōtemptum, afflictiones corporis diuitiis, honoribus, deliciis prætuliſſe; tranſierunt

ſierũt aſpera quibus promeriti ſunt beatitudinẽ, id eſt, poſſeſſionem omnis boni, quæ iamiam, in nũquã finẽ accipiet, quid velles te feciſſe tunc, fac modò.

2. pun. Quam conſolationem percipiant iuſti in morte, conſcientia ipſis atteſtante, quod pauca commiſerint peccata, & quę commiſerint, pœnitentia longa deleuerint; quod multa bona opera fecerint, quorum mercedem & mercedem æternam mox ſint accepturi; quod cor à terrenis abſtraxerint: ita nunc viuas vt poſſis hanc conſolationem habere in morte.

3. punct. Quam conſolationem percipiunt iuſti in morte dum confidunt & conſiderant ſe expectari ab Angelis, vt deducãtur in paradiſum, à Chriſto vt coronentur, à B. Virg. & Sanctis omnibus vt in ſocietate cœlitum viuant fœliciſſimè in æternum; de corpore non ſunt ſoliciti, imò cum gaudio cogitant corpus reſuſcitandum cũ gloria, qua fruetur in æternum; ô qualis conſolatio, quale gaudium; repetas memoria hic exempla poſita p. 568. vide ſi venale foret hoc gaudium, quanti foret emendum: vide iam in particulari quid faciendum tibi ſit, vt eo potiaris in morte, & ſtatuas te illud facturum.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIO X.

PRimum punctum. Mors amara eſt ob ſeparationem animæ à corpore & bonis huius mundi ; periculoſa & terribilis. Primò ergo conſidera iuſto non eſt amara. Die Martis.

2. pun. Iuſto non eſt periculoſa.

3. pun. Iuſto non eſt terribilis. Cur. vide p. 566. (& reuoces in mentem exempla ibi poſita) mutato nomine, Religioſi, in nomen, Iuſti. Si vis mori morte iuſtorum, viuas hic vitam iuſtorum. Elige iam quod volueris, doleas de vita præterita.

Colloquium inſtitue ſecundum affectum.

Die Mercurii repetitio vtriuſq; & applicatio ſenſuum Die Iouis.

MEDITATIO XI.

PRimum prælud. pete ex illis Eſaiæ c14. verbis, *Sub te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes*; repræſenta tibi hominem mortuũ, opertum vermibus, ſub quo ſit tinea, vide p. 547.

1. Conſidera mortem malis eſſe deliciarum terminum & inferni principium ; quem dolorem ſentient propter bona quæ relinquunt ; quo horrore & timore propter mala iam iam immi- nentia cõcutientur; quàm clare videbũt ſe erraſſe ſectando delitias, quæ iam finem accipiunt, quibus promeriti ſunt

pœnas

pœnas inferni, quæ iamiam incipient & nunquam finem accipient; tu modò dum tempus eſt hoc agnoſce, & fac quod illi vellēt in hoc termino feciſſe.

2. pun. Quem pauorem, dolorem, triſtitiam ſentiunt mundani homines in morte, conſcientia ipſis atteſtante quod tot & tam grauia peccata commiſerint, quod tot occaſiones promerendi gloriam æternam neglexerint, tam pauca bona operá fecerint, terrenis toti addicti fuerint, &c. quid vellent tunc feciſſe, fac tu modò.

3. pun. Quem dolorem & pauorem ſentiunt dum verentur & conſiderant ſe expectari à dæmonibus, vt rapiantur in infernum? à Chriſtó, vt ignibus æternis addicantur; à dæmonibus omnibus, vt cum ipſis crucientur; quomodo vellent tunc vixiſſe? Expende in particulari quid vellent feciſſe, iam tu id facias, memor ſis dicti Reginal. ſupra, p. 547.

MEDITATIO XII.

Die Veneris.

PRimum prælu. Imaginare te eſſe in crypta mortuorū vel cœmiterio, & inſpice, & veluti tange oſſa mortuorū, nunc hoc caput, modò illud, &c.

1. pun. Conſidera, quod illi mortui ſunt, te paulò poſt futurum; tuum caput,

put, tua brachia & reliquæ partes corporis, quod tam delicatè nutris, quod vt delectes, toties peccas, breui erũt inter hæc oſſa, & vnum ex illis; nihil habent hæc oſſa de præteritis delitiis, diuitiis, honoribus: quid prodeſt modò illis abundaſſe? & tu breui nihil ex illis habebis; diſcerne, ſi potes, caput nobilis & diuitis ab ignobili & paupere: & tuum breui non poterit diſcerni: Ergo caduca illa ſpernas; caue ne propter corpus pecces. Vide ſupra p. 549. de corpore Iſabellæ Imperatricis.

2. pun. Conſidera quod nunc es, fuiſſe olim iſta oſſa, ſeu mortuos, abundantes diuitiis, honoribus, &c. Caue ne inde extollaris, inde pecces, &c. vt in 1. pun.

3. pu. Conſidera oſſa iſta omnia excitanda in die iudicii, vel ad flãmas æternas, vel ad gloriam æternam; vide è quorum numero velis eſſe oſſa tua. Petas ab iſtis mortuis, nunc ab vno, nunc ab alio, modò à plurib⁹ ſimul, quomodo vellẽt olim vixiſſe; imagineris te audire illos reſpondentes; & attende quid reſpondeant: tu dum tempus eſt hinc tibi proſpice, fac quod vellent feciſſe.

Colloquium inſtituas cum Chriſto pro ratione affectus quem ſenſeris. Pete ab eo

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; meditat. & applicatio. ſenſuum

ab eo gratiam melius viuendi, doleas de præterita ſtultitia, propone in futurum meliora, &c.

4. Hebdo. Die Lunæ.

MEDITATIO XIII.

PRimum prælud. Repræſenta tibi animam tuam, deductã ab Angelo bono & malo, ante Chriſtum ſeuerum iudicem, accuſatam à dœmone de omnibus quæ peccauit, iam iam accepturam ſententiam mortis æternæ, vel vitæ.

1. pun. Conſidera animam vita defuncti, deſtitutã à parentibus, fratribus, &c. deductã ab Angelis bonis, & malis, ſolis operibus bonis & malis eã comitantibus, horrendum ineuntem iter in regionem ignotam, vt ſiſtatur iudicio particulari DEI, ſummè metuendo, qualem enim ſentẽtiam referet in hoc iudicio, talẽ referet in iudicio vniuerſali, & ſentẽtia illa manebit in æternũ; ſingula expende; petas à tali anima quomodo vellet vixiſſe; quam clarè, ſed ſerò, cognoſcat honores, delitias, diuitias huius vitæ nihil eſſe; quam optaret exiguum temporis dari ſpatium ſibi, quo ſe corrigeret; ſed fruſtra; nimis ſerò; tu iam facias, quod vellet illa facere.

2. Conſidera quatuor perſonas in iudicio illo futuras. Prima eſt iudicanda, quæ in cõſcientia deſcriptam geret to-

tam

tam anteactam vitæ hiſtoriam. 2. eſt Chriſt' ſimul iudex & teſtis, atroci vultu animę impię minas & pęnas ſpirãs. 3. Sãcti Dei ſumma indignitate eandẽ deteſtantes. 4. dæmones peccata exaggerantes, & bona opera extenuantes. Cogita ad quas anguſtias redigetur miſella anima, quando ipſa conſcientia teſte veriſſimas fatebitur omnes contra ſe prolatas accuſationes. Petas à tali anima, quę ſupra in præcedenti puncto.

2. Conſidera examen ipſum quod inſtituetur factorum, dictorum, cogitationũ: in quo tria ſunt metuenda. 1. multitudo rerum, de quibus reddenda eſt ratio: nam *cui plus datum eſt, plus exigetur ab eo* 2. Iudicis exactiſſima de ſingulis inquiſitio, et ſeuera punitio; nã nõ ſolum nouiſſimũ quadrantẽ repoſcet, ſed etiã de omni verbo otioſo & cogitationibus occultiſſimis rationem exiget 3. acerrima iudicis de rebus exiſtimatio; nos hic parui ducimus aliqua peccata; Chriſtus ipſa ſãctitas grauitatẽ cuiuſuis peccati alio modo quàm nos nouit & nobis proponet. Examina te quot & qualiũ tibi erit reddenda ratio; hic conſule rationibus tuis, dum tempus eſt, & vide in particulari, quomodo & quid velis in poſterum facere.

MEDI-

MEDITATIO XIIII.

Die Martis.

PRimum præludium vt in præcedenti meditatione.

Primum punctum. Conſidera quàm formidabilis ſit ſententia, quę diſcuſſis cognitiſque operibus vitæ tuæ bonis & malis de te eſt pronuncianda. Primò, ob conſtantiam iudicis, qui nullis precibus, lachrymis, interceſſione, vel excuſatione à iuſta ſententia ferenda deduci poterit. 2. ob magnitudinem rerum de quibus agetur, non enim de pecuniis vel agris, ſed de ſummis bonis vel malis, in omnem æternitatē duraturis tractabitur. 3. ob immutabilem ſententiam iudicis, quæ nunquam retractari poterit. Deus enim cum ſummus ſit iudex, & qui falli in iudicando non poteſt, ab eo non erit ad alium appellatio. Excites te iam inde ad horrorem peccati, pudeat te tam malè vixiſſe hucuſque; vide in poſterum, quo modo velis viuere.

2. pun. Conſidera, quanta trepidatio miſeram animam inuadet, quando eleuata manu conuerſis in eam oculis, iudex Chriſtus æternam & irreuocabilem proclamabit ſententiā. *Diſcede maledicte in ignem æternum*, Dei faciem nun-

nunquam viſurus, nihil boni vnquam à me habiturus. DEVS bone, quæ deſperatio, qui fletus, quæ lamenta hic erũt? Vide hic quid vellet talis anima feciſſe in vita; quid ſentiat de fallacibus mũdi bonis, quæ ipſam ad talem ſtatum perduxerunt; idem dictum D. Bern. ſ. pag. 543. quam ſtultitiæ ſe arguat quod peccauerit, bona quæ poterat operari, neglexerit; tu quæ iam ipſa, ſed ſerò, velles feciſſe, modò facias.

3. p. E contra cogita quanto gaudio exultabit anima, cum audiet optatiſſima verba. *Veni benedicte Patris mei, poſſide regnum tibi paratum à conſtitutione mundi.* Pete à tali anima, quam placeat illi peccata vitaſſe, mundi fallacias & delitias fugiſſe, in operibus bonis ſe exercuiſſe; fac tu iam quod velles tunc feciſſe, & cogita in particulari quid velles feciſſe, & propone te facturum; pudeat te vixiſſe vt huc vſq; vixiſti, &c.

MEDITATIO XV.

Die Mercurij repetitio vtriuſque & applicatio ſenſuum.

PRæludium vt ſupra.

1. pun. Conſidera quam ſtrictam ſis rationem redditurus: reddenda tibi erit ratio, qua ratione vſus fueris anima eiuſq; voluntate & intellectu; corpore eiuſque membris, oculis, manibus, &c. num anima, corpore, rebusq; aliis vſus,

Die Iouis.

& ſolùm vſus fueris ad finem in quem ſolum data hæc tibi à DEO ſunt, ſcilicet vt his ſeruiendo Deo, vitam promerereris æternam; exigetur à te ratio omnium peccatorum, quæ cõmiſiſti, etiam verbi otioſi, bonorum operum quæ omiſiſti, de omni vitæ tuç momẽto, quomodo illud impenderis. Non erit tempus miſericordiæ, ſed ſolùm iuſtitiæ. Iam conſule rebus tuis.

2. punctum. Conſidera qualis ſit ille Iudex. Primò, Sapientiſſimus, ne decipi poſſit. 2. Iuſtiſſimus, vt nullius nec diuitis, nec nobilis perſonam acipiat. 3. Potentiſſimus, & nullus reſiſtet ei. 4. Rigidus & inexorabilis.

3. pun. Conſidera ſententiam quæ feretur in æternum manſuram.

Die Veneris repetitio vtriuſq; Die Sabbathi applicatio ſenſuum ſuper tres præcedẽtes meditationes. 5. Hebdõ. Die Lunæ.

DE IVDICIO VNIVERSALI.

MEDITATIO XVI.

ORatio prçparatoria ſemper eadem.

1. Præludium; vt videre tibi videaris locum ampliſſimum ſupra vallem Ioſaphat, vbi iudicium exercebitur.

Secun-

Secundum: Petes à Deo, vt tam grade & inuſitatum ſpectaculum, aliquid tibi vtilitatis adferat.

1. pun. Conſidera ſigna præcedentia iudicium. 1. In dæmonibus; ſoluetur enim catena, qua alligatus eſt Satanas; & officium ſuum faciet Antichriſtus, infinitos homines in errorem ſeducẽs.

Secundò, in terra, cuius etiam penitiſſimæ partes horrendis motibus quatientur, cum fragore ſaxorum, cum traiectione montium, cum vallium cõplanatione, vt omnia perhorreſcant animalia.

Tertiò, in cœlo obſcurabuntur Sol & Luna: ſic micabunt ſtellæ, vt iam ruinam terris minari videantur.

Quartò in hominibus, qui horrore confuſi, per vias, tanquam mente alienati; ambulabunt; & attoniti quaſi effigies ſaxeæ ſtabunt ſine ſpiritu,

Quintò; in igne, cuius tanta potentia erit, vt vno velut diluuio reliqua elementa abſorbeat; & omnes homines atq; animalia repẽtè in fauillam & cineres vertat. Si ſigna ſunt ita terribilia, quale erit ſupplicium decernendum malis?

2. punctum. Audi formidabile tonitru & ſonum tubæ, quo totus mundus

perſonabit, *Surgite mortui, venite ad iudicium*. Expende, formida, &c.

3 punctum, Ad hanc vocem inſpice tantam multitudinem animarum impiorum ex inferno, piorum cœlo, exeuntium: vide quomodo per totam terram tanta multitudo oſſium & pulverum mortuorum denuò concreſcat in corpora; corpora animabus ſuis vniantur: vide reſurgentes & prodeuntes è ſepulchris, malos quidem in corpore fætido, deformi, & fœdiori quàm dum à vermibus depaſtũ iacebat in terra, cruciandos in corpore & anima igne ęterno; bonos verò in corpore ſole ſplendidiori, impaſſibili, &c. in cœlo cũ corpore mãſuros in æternum; audi gemitus & vlulatus malorũ, quàm dolebũt ſe mundo peccatoque fuiſſe addictos, ſed nimis ſerò; nunc cœli tibi porta patet, (aiebat Reginal ſup. p. 547.) ſi iam non ingrediaris claudetur poſtea; audi voces lætitiæ indices beatorum, quàm gaudeant ſe crucem amaſſe, in virtutũ operibus ſe exercuiſſe, vana mundi & peccata fugiſſe; fac tu nunc, quod voles tunc feciſſe; ſi te, ſi corpus tuum ita amas, propone te iam ita illud tractaturum, vt in illo die glorioſum queat reſurgere.

Colle-

Colloquium cum Chriſto, petendo ab illo gratiam vt inter Sanctos reſurgere poſſis; propone te in hunc finem iam vitam ducturum, vt Sācti duxerūt, vt inter illos reſurgere poſſis, accuſes te de præterito, &c. Idem fac cum B. Virgine, &c.

MEDITATIO XVII.

Die Martis.

PRæludia vt ſuprà.

Primum punctum. Veniente domino ad Iudicium, cæleſtes acies proferent triumphale ſignum crucis, ad annunciandum toti mundo cœleſtis regis aduentum; quàm gaudebunt ad eius aſpectum qui amarunt crucem in vita; pauebunt, qui eam fugerunt, voluptateſq; ſectati ſunt. Mox exaudietur tubarum cœleſtium clangor, momentoq; vno patefactis cœlis prodibunt vtrinque cœleſtes Domini exercitus, & in medio eorum procedens filius Dei, cum poteſtate & maieſtate iudicaturus omnes homines, aſpectu ſeuerus & terribilis.

2. p. Videbunt omnes Chriſtum in maieſtate; boni aſpiciēt vt patrem; ipſe non tanquam Iudex, ſed vt pater viciſſim eos reſpic					et; qualem conſolationē

reſpectus hic ingenerabit: mali aſpicient vt ſeuerum iudicem; ipſe terribiles minarumque plenos oculos in eos coniiciet; quem horrorem incutiet malis hic iratus vultus? quàm attoniti ſtabunt? O quàm videbunt ſe erraſſe, ſed nimis ſerò; agnoſce iam tu, ne nimis ſerò cogaris agnoſcere.

Angeli ſeparabunt malos ex medio iuſtorum; mali ſtatuentur à ſiniſtris, boni à dextris; O ſors malorum infelix! O acerba ſeparatio, quàm pudefacti & confuſi remanebunt! Cogita quis animus ſit malis futurus, cũ ad ſiniſtrã collocatos ſe videbunt; O quàm vitam preteritam incuſabunt, erraſſe ſe agnoſcent, ſectando vitia, voluptates, honores, &c. Quot luctuoſæ voces, quã acerbi planctus audientur? ſed heu nihil proderit lachrymari, nihil iuuabit pœnitere, tunc tempus erit tantum iuſtitiæ. Contra quam ſecuri & gaudentes aſtituri ſunt ad dexteram boni; quam gaudebunt de labore præterito pœnitentiæ, frequentationis Sacramentorum? &c. de contemptu mundi, diuitiarum, voluptatum? &c. quid tu velles tunc feciſſe, fac nunc dum tempus eſt; quam partem ſequeris in vita, in eam te ſtatuent angeli in iudicio.

Colle-

Colloquium, pete à Chriſto gratiam ſequendi in vita partem iuſtorum, accuſes te de præterito errore; proponas correctionem.

Die Mercurii repetitio vtriuſq; meditat.

MEDITATIO XVIII.

Die Iouis.

PRæludium vt ſupra.

Primum punctum. Conſcientiæ omniũ toti mundo apertæ erũt. Quod ſi nunc parua errata occultè admiſſa, tamen ruborem nobis exprimunt, cũ ab aliis cognoſcuntur; quid tum efficient grauia flagitia, quæ tantam habent turpitudinem, vt non modò corã aliis, ſed apud te ſolus erubeſcas, cum in illo cœtu ab vniuerſis hominibus clariſſimè videbuntur? Coram annumerabuntur & publicabuntur tibi omnia ſecretiſſimè cogitata & dicta, quæ ex luxuria, ex odio, ex ſuperbia, ex cupiditate vindictæ, ex inuidia profecta ſint; nec mala ſolum, ſed etiam quę omiſiſti bona cum facere deberes & poſſes; quis inde rubor & pudor?

2. pun. Conſidera qui te accuſabũt. Primò Angeli, præſertim tuus cuſtos, cuius ſæpius repudiaſti ſalutaria conſilia. 2. Dæmones omnia tua peccata enunciantes. 2. Propria conſcientia obiiciens omnia mala opera; quæ opera

contra te clamabunt, nos tua opera ſumus, non te deſeremus, ſed ſemper tecum remanebimus. 4. Accuſaberis ab omnibus creaturis quibus abuſus ad tuas cupiditates fueris, cum illæ forent creatæ ad honorem Dei. 5. Omnes quibus cauſſa fuiſti peccandi. Non te defendent ſed ſtabunt contra te B. Virgo, Sanctique omnes Quis animus erit tūc infœlici reo, cum ſe tot teſtibus accuſatum, omnique patrocinio deſtitutum viderit? quam vellet ita vixiſſe vt accuſatoribus eorum locus non dareaur? quàm vellet vitam ſanctè traduxiſſe? fac nunc quod velles tunc feciſſe, vide dictum Regin. ſupra p. 547. meliora propone, &c. Fœlices, qui ita vixerunt, vt accuſatoribus eorum non detur locus.

3. punctum. Ipſe ſanguis Chriſti effuſus clamabit contra peccatores. ô quis planctus & confuſio, quando Chriſtus ipſe irato vultu ingratitudinē exprobrabit, oſtendet illis aperta vulnera, ex quibus ſcaturire potuerant ipſis remedia ad abluenda peccata, ſi iis vti voluiſſent; quod pro iis flagellatus, illuſus, in crucem actus, peccata pro tot benefactis reddiderint; vocarit toties & renuerint, reſpuerint conſilia &

præ-

præcepta eius, &c. Hæc & alia Chriſtus Iudex & teſtis minaci & irato vultu eos aſpiciens; quo animo, pudore & pœna vultum illum turbatum & iratum, & exprobationem Chriſti, totiq; teſtium accuſationes ſuſtinebunt? quàm confuſi & pudefacti remanebunt? clamabunt montibus, *Cadite ſuper nos*: quid voles tum in die illo feciſſe, fac nunc, audi Deum vocantem, fuge peccata, &c. propone te id facturum.

In colloquio pete gratiam à Chriſto id faciendi, &c. pete à B. Virgine, vt ità viuas, ne ſtet contra te in iudicio, &c. ab Angelo cuſtode, &c,

MEDITATIO XIX.

PRæludia vt ſupra. Die Veneris.

Primum punctum. Cognitis omnium cauſis, Chriſtus tremendam illam ſententiam in improbos, tanquam fulmen vibrabit. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.* Math. 25. Heu infelices peccatores; tum clamabunt, nec quiſquam exaudiet: dolebunt, nec quiſquam accipiet pœnitentiam; damnabunt vias ſuas iniquas, execrabuntur perditorum ſocietates; furentes inſanient dolore peccatorum, quæ pro-

pter viliſſimas voluptates admiſerunt.

Secundum punctum. Iuſtis contrà, ſuauem illam, & plenam gaudii vocem pronunciabit Dominus: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*. ô, gaudium bonorum inexplicabile! Tunc ora illorum in laudes Dei apperientur, tunc ſancta corda cœleſti lætitia redũdabunt, tunc laudibus efferetur ignominia crucis, vt ſumma gloria: aſperitas vitæ, vt mira iucunditas: aſpernatio omnium voluptatum carnis & mundi; vt ſumma ſuauitas.

3. pun. Intuere damnatos lata ſententia, flammis circundatos, à dæmonibus agi in inferos præcipites, ibi ad omnem æternitatem manſuros: iuſtos lata ſimiliter ſententia in cœlos cum gloria cum Chriſto aſcendentes, ibiq; in æternum omni fælicitate fruituros; vide è quorum numero velis eſſe; quã ſecteris viam; an latam, quæ ducit ad perditionem; an anguſtam, quæ ducit ad vitã: quod velles tunc feciſſe, proponas iam facere. Ita viuas, vt tũc mercedem non pœnam recipias.

Colloquium inſtituetur cum Domino, qui te iudicaturus eſt Precaberis, vt in hac vita iudicium de te exerceat; vbi

vbi ſententia miſericors pronunciatur, cum in foro pœnitentiæ peccatis abſoluimur.

Die Sabbathi repetitio vtriuſque meditat.

DE INFERNO.

MEDITATIO XX.

Hebdomad. 6. Die Lunæ.

ORatio præparatoria vt ſuprà.

Primum præludium. Propone tibi locum vaſtum & profundum, atrũ tenebris, & pœnis horribilem, quaſi oceanum quendam vndantem flamma & fumo.

Præludium 2. Pete gratiam à Deo, vt cordi tuo imprimat grauitatem pœnarum, quas damnati ſuſtinẽt: vt hinc iuueris ad peccata vitanda: imprimis verò, ad ardorem libidinis extinguendum.

Punctum 1. Conſidera illos ignes quibus iniectæ miſeræ & infelices animæ cruciantur, abſque vel temporis, vel pœnæ intermiſſione: tanta doloris acerbitate, vt maior cogitari non poſſit: loco pleno horrore & ſqualore; *vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*

Secundò attende ad illas horrendas blaſphemias, in quas prorumpent infeliciſſimæ animæ contra Deum, tan-

 quam

quam inimicum; contra Chriſtum tã-
quam iniquum iudicem: cõtra Sãctos,
tanquam alteri parti iniquè addictos,
quod ipſis non ſint patrocinati.

Tertiò. Attende ad diras execrationes parentum in filios, quod propter illorum amorem ad hæc ſupplicia venerint: filiorum in parentes, quod illorum indulgentia has ipſis flammas parauerit. Amici verò & ſodales inter ſe, quod alii alios ſeduxerint, exemplis & cõſiliis præiuerint: conuiciabuntur, & more canum arrodent, cum videbunt eos ſibi ſocios eſſe in pœna, qui ſocii olim erant in culpa. Atque hæc tanto fient cum ſtrepitu, vt ſi inter nos tale quid audiretur, præ horrore planè vt arentia ligna rigidi ſtaremus. Vide in particulari quas malas ſocietates habeas, ſepara te ab eis: propone vitare peccata, ea præſertim in quæ pronior es, quæ erunt materia ignis: caue ne tractando corpus delicatè, illud conjicias in ignes æternos: ignem luxuriæ extingue cogitatione ignis inferni.

Colloquium: pete à Christo, vt ſeruet te ab illis incendiis, &c.

MEDITATIO XXI.

PRæludium vt ſupra.

Primum pun. Conſidera cœtum illum ex improbis, & à Deo reprobatis hominibus conſlatum; vide vt omnes ſint ſepulti rabie & odio obſtinati, inter ſerpentes, dracones, baſiliſcos, & alia monſtra; circumdati ſemper horribilibus furentium dæmonum formis, qui odio in illos perpetuo flagrantes, pro poteſtate ſibi in damnatos conceſſa, pœnas pœnis, doloribus dolores accumulant.

Punctum ſecundum. Etſi innumeræ ſint inferorum pœnæ; inter cæteras tamen, duo ſunt capita maximè conſideranda. Prius eſt, pœna ſenſus. Anima enim, ſua natura nobiliſſima ſemper in grauiſſimis doloribus torquebitur. Imaginatione nihil vnquam poterit niſi flammas effingere, quibus ſemper aduritur. Memoriam cogitatio peccatorum excarnificabit; quando illa, non quam nunc præ ſe ferunt ſpeciem, ſed quæ vere illis ineſt, ipſo inferno horribiliorem, oſtendent. Intelligentia excæcata tenebris ad ea ſola comprehendenda valebit, quæ dolorem augere poſſint. Quis verò erit dolor, quem

 corpus

corpus tuum ſentiet, ô adoleſcens, ſi tui ipſius infeliciſſimus proditor, fornacem tantarum flammarum ſentire cogeris? Eheu miſeros oculos, miſeras aures, quæ pro rebus turpibus, ex quibus delectationem capiebatis, nihil aliud hæreditabitis, niſi vlulatus, rugitus, & blaſphemias. Heu corpus infelix! quod pro delectatione ſenſuum, intolerandis doloribus cruciabitur. Vide nunc, ſi iam tibi omnis moleſtia quantumuis breuis, intolerabilis tamen videtur; quid tum facies in tanto calamitatum & cruciatuum Oceano, quantum nullus mortalium ſatis animo poteſt concipere. Concipe hinc propoſitum efficax vitandi peccata præſertim luxuriam, pudeat te præteritorum. &c.

Tertium punctum. Altera pœna, quam damni vocant, multò etiam prioribus grauior eſt, quòd illi miſeri in omnem ęternitatem prohibeantur beato aſpectu, & facie Dei, id eſt felicitate, & ſtatu omnium bonorũ aggregatione perfecto. *Quem oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.* Nec vlla eſt animi vis, quæ, ſi vel ab hominum memoria ad mundi

vſque

vſque interitum cogitaret: tamen cogitaret aliquid tantum de illo gaudio, & fruitione Dei, vt non infinitis ſpaciis res ipſa cogitationem vinceret. Atque hoc bono in æternum damnati carent.

Die Mercurii repetitio vtriuſque cum applicatione ſenſuum.

Colloquium pro affectu inſtituetur.

Die Iouis.

MEDITATIO XXII.

PRæludium vt ſupra.

Punct. primum. Conſidera quantum doloris accipiant damnati nō ſolum à tormentis externis: ſed ab intimo quoque conſcientiæ, verme, qui continuò rodens, nunquam conſumitur, ſed ſemper exprobrat illis ſcelera commiſſa. Ah! quis angor, quæ ſuſpiria, ex illo dolore erumpent; cum ſentient, tam ſæpè à ſe diuinos inſtinctus eſſe repudiatos, quibus vel inuitabãtur ad meliora: vel retrahebantur ab hoc vel illo peccato: vel ſuggerebatur conſilium, vt hæc occaſio aſſumeretur, illa relinqueretur, redirent ad viam bonã, relinquerent commercia pernicioſa; & ſimilia? Quid cogitabunt, cùm ſe, propter huiuſmodi inſtinctus neglectos, iã ſentiunt addictos pœnis ſempiternis?

Punctũ 2. Conſidera has pœnas nullũ habi-

habituras ſinem. Erunt igitur immenſæ, acerbæ, intolerandæ, ſed ſine exitu.

3. p. Conſidera, quid ſit æternitas, compara eam cum vita præſenti, & expende, quàm ſtultum ſit pro voluptate breui, pro bonis huius mundi tam breui tranſeuntibus ignium æternorũ periculo, vel etiam ipſis ignibus ſe addicere? O ÆTERNITAS; quem tui conſideratio non mouet, ad mala deſerenda, bona proſequenda, (dicam breuiter, ſed dicam verè) is aut fidem non habet, aut, ſi fidem habet, cor non habet.

Die Veneris repetitio præced. meditat. Die Sabbathi applicatio ſenſuum ſuper has tres meditationes.

Colloquium cum Deo inſtituetur ardens deſiderio ſeruiendi Deo in puritate, & ſanctitate vitę, vt extra timorẽ ſimus tam horrendæ mortis æternæ.

Hebdomad. 7. Die Lunæ.

DE GLORIA COELESTI.

MEDITATIO XXII.

ORatio præparatoria eadem.

Præludium 1. Pone tibi ob oculos amœniſſimum, altiſſimum, ampliſſimum locum, eo ornatu qui cœlo, empy-

empyreo ineſt, quod idcirco hoc nomine appellatur, quod luce, pulchritudine, & ornatu reliquos cœleſtes orbes antecellat.

Præludium 2. Pete à Deo gratiam, vt intimè gloriam patriæ cœleſtis intelligas, quò magis exciteris ad ſeruiendum ipſi in vitæ puritate.

Punctum 1. Conſidera qualis ſit beatorum locus; ſitu altiſſimus, ampliſſimus ſpacio, materia præſtantiſſimus, ornatu pulcherrimus. Cuius fundamenta mœnium (vt noſtro more loquamur) ſunt pretioſæ gemmæ: ipſa ciuitas tota ex auro puriſſimo: portæ ſmaragdis & ſaphiris ſingulis exciſæ: vitæ ſimili ſplēdore & ornatu. Nulla ibi nox, nullæ tenebræ. Sol enim iuſtitiæ occidere aut abſcondi neſcius, radios amabiliſſimos ſemper ibi diffundit. Si tot bonis Deus terram, ferarum habitationem, hominum exilium, ornauit; quæ quæſo, in cœlo, vbi aula ſua, vbi filiorum ſuorum habitatio perpetua, fabricatus eſt? *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum?* dicebat Dauid, *concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.* Excita in te deſiderium incolendi illa tabernacula, propone te initurum viam quæ ducit

ad

Digitized by Google

ad illa; pudeat te doleaſque te iniuiſſe viam contrariam, &c.

2. punctum, Condera qualis ſit vita quam agunt in tabernaculis illis cœleſtibus beati; *Vita agitur* (inquit S. Auguſt.) *præparata à DEO, amicis ipſius, vita ſecura, vita quieta, vita pulchra, vita munda, vita caſta, vita ſancta, vita quæ mortem neſcit, vita ſine anguſtia, ſine neceſſitate, ſine dolore, ſine anxietate, ſine corruptione, ſine perturbatione, ſine varietate, aut mutatione: vita plena omni pulchritudine, & honore:* hæc & alia multa S. Auguſt. Omninò domus amabiliſſima; vbi nec quicquam, quod delectet, abeſt: vbi amor perfectus, nullus timor, dies æterna, & vnus omnium ſpiritus, vbi *Deus videtur facie ad faciem.* Beatus, qui modò ſic viuit, vt hinc diſcedens, ad tam beatam migret habitationem.

Tertium punctum. Conſidera & expende in his punctis (& idem fac in ſequentibus) primò, quàm gaudeant Sancti qui hæc bona, ſedes cœleſtes, & vitam beatam in omnem æternitatem poſſident, quod multos labores tulerint; multa piè, multa corpori moleſta fecerint; peccandi occaſiones declinauerint. quod operam dederint, vt

inimi-

inimicorum ſpiritualium tentationes vincerẽt; vt corporis appetitus frangerent; vt difficultates virtute & obſequio diuino ſe offerentes vincerẽt! Ibi efferuntur laudibus ieiunia, orationes, vexationes corporis: ibi gratiæ agũtur iis, qui bonis conſiliis, exemplis, quauis ratione vel authores vel adiutores aliis fuerunt ad ſalutem. Fac nũc quod tunc voles gaudebiſque feciſſe.

2. Cogita etiam atque etiã, quid egeris, quid agas, quid agere cogites, vt hunc finem aſſequaris; propter quem DEVS effinxit in te imaginem ſuam; redemit te ſanguine filii ſui; deduxit & adiuuit te ad hanc vſque ætatem tuam. Quid facturus, inquam, ſis pro gloria cœleſti. Hic iam conuerte oculos ad ea, quæ ſancti fecerunt, quos nunc in illa gloria triumphantes vides. Hic ſigillatim deſcende, ad omnia officia vitę ſpiritualis; quæ media adhibuerint ad hũc tam optatum finem aſſequendum; quę pertulerint; quam viuendi regulam ſecuti fuerint. Deinde certò apud te ſtatue, quorum finem deſideras, eorum veſtigia conſectari.

3. Accuſes te cum pudore, doleaſque de impudentia imò ſtultitia tua, qui te periculo amittendi hæc bona expoſui-

ſti, ob cauſſam tam leuem. v. gr. ob breuem delectatiunculam, & tam facilè, & toties, quoties ſcilicet peccaſti mortaliter; propone meliora.

4. Expende eorum ſtultitiam, qui ob bona caduca huius vitę, malunt, honores & diuitias ſectando, minimè ſecuram; quam iſtorum affectum exuendo, ſecuriorem ad hæc bona perueniendi viam inire.

5. Accuſes te doleaſque quod tot bona opera, quę exercere poteras, omiſeris & omittas in dies, cum tamen per bona opera in charitate facta, in maiori gradu & perfectione, beatitudinis cœleſtis bona omnia promereamur, vt ſupra explicaui p. 570. propone meliora in futurum, ad particularia bona opera, quæ præſtare vis, deſcendendo.

Colloquium inſtitue cum Chriſto Domino, proponendo iterum, te facturum, quod mox propoſuiſti, accuſando te de præterito, petendo gratiam complendi, quę proponis te facturum, offerendo te illi, &c. Idem proportione ſeruata fac cum B. Virg. & Sanctis, &c.

MEDITATIO XXIV.

Die Martis.

PRæludium vt ſupra.

Punctum 1. Contemplare beatam illam

illam ſocietatem puriſſimarum mentium, in ſuos choros deſcriptarum. Angelos, Archangelos, Principatus, Poteſtates, Dominationes, Virtutes, Thronos, Cherubim, & Seraphim; quarum tanta eſt multitudo, vt Daniel dixerit: *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*, O te beatum ſi dignus inueniaris choris illis intereſſe in æternum! excita in te ardens huius rei deſiderium; infœlix ſi ab illis choris excludaris, excita in te timorem huius rei; vide quomodo tibi viuendum, &c.

2. p. Vide cũ illis choris, tot ex hominib⁹ ſanctiſſ. animas, Apoſtolos, Prophetas, Patriarchas, Martyres, Confeſſores, Virgines, Innocentes. Atq; hos tãto numero, vt S. Ioannes dicat. *Vidi turbam, quam dinumerare nemo poterat*, Vide ſingulorum admirandam pulcritudinem; caritatem tantam, vt nemo minus de gloria aliena, quàm de ſua gaudebat.

3 punctum & colloquium, vt in præcedenti medit. pun. 3. expendendo 5. ibi notata.

MEDITATIO XXV.

PRæludium vt ſupra. Die Mercurij.

Pun. 1. Cogita quæ ſit beatorum occu-

illum & venerabilem vultum intueri. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*, vt diuus Petrus inquit. Homines verò beati, eò magis etiam gaudiũ hinc accipient; quò intelligẽt, hoc ſanguine ſe redempto quem quouis iaſpide flammantiorem in ſanctiſſima carne videbunt rutilare; maximè verò in ſacris manibus, pedibus, & latere. Amplius etiam, quod in illa Chriſti humanitate, ipſorum natura euecta ſit vſque ad dexteram Patris, quam naturam in Chriſto vt caput omnium rerum creatarum, adorant.

Punctum 2. Magnum præterea gaudium capient ex aſpectu beatiſſimæ Virginis: cum illam contemplantur, vt matrem Dei; vt plenam gratia, & omni perfectione; vt primam in regno cœlorum poſt filium Dei, & Filium ipſius: cum illi gratias agunt, à qua tantũ beneficium acceperint, quantum ab omnibus ſimul Angelis; atque adeò omnibus rebus creatis ſperare non potuiſſent: cum aſpiciunt & admirantur in illa tantã ſublimitatem, in throno tam excelſo, cum tanta ſubmiſſione: tantam maieſtatem, cum tanta in omnes, aut bonitate, aut miſericordia. Denique ipſorum inter ſe adſpectus: maximum

ximum omnibus gaudium dabit, cum videbũt locatos ſe in ſtatu tam ſecuro, in gloria tam glorioſa, & inexplicabili; tantum verò quiſque de alterius, quantum de ſua gloria gaubebit. O fœlix, ò deſideranda ſocietas!

Punctum. 3. Conſidera gaudium, quod ex ſua ſecuritate capiunt Sancti: cùm vident euaſiſſe iam ſe inſidias huius mundi, carnis, & diaboli: ſecuros ſe eſſe ab inferis, ad quos tam multos, tam miſere delapſos vident. Ex his omnibus p. vel etiam ex vnoquoque collige, expende vt in præced. medita. colloquium vt ſupra.

MEDITATIO XXVII.

PRæludium vt ſupra. Die Veneris

Punct. 1. Conſidera ſigillatim quo in ſtatu ſint bonorum tum animę, tum corpora. Anima erit abſorpta diuinitatis Oceano, & ſic in amorem Dei rapta vt quaſi in Deũ transformata viuat. Si enim Diuus Paulus eò progreſſus eſt, vt dicere potuerit: *Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus* quidnì beatus quiuis poſſit dicere. *Viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Deus* Vires animæ pleniſſima luce Dei illuſtratæ, & refertiſſimæ erunt gaudiis; cum in iis erunt actionibus, quas illarum na-

illum & venerabilem vultum intueri. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*, vt diuus Petrus inquit. Homines verò beati, eò magis etiam gaudiũ hinc accipient; quò intelligẽt, hoc ſanguine ſe redempto: quem quouis iaſpide flammantiorem in ſanctiſſima carne videbunt rutilare; maximè verò in ſacris manibus, pedibus, & latere. Amplius etiam, quod in illa Chriſti humanitate, ipſorum natura euecta ſit vſque ad dexteram Patris, quam naturam in Chriſto vt caput omnium rerum creatarum, adorant.

Punctum 2. Magnum præterea gaudium capient ex aſpectu beatiſſimæ Virginis: cum illam contemplantur, vt matrem Dei; vt plenam gratia, & omni perfectione; vt primam in regno cœlorum poſt filium Dei, & Filium ipſius: cum illi gratias agunt, à qua tantũ beneficium acceperint, quantum ab omnibus ſimul Angelis; atque adeò omnibus rebus creatis ſperare non potuiſſent: cum aſpiciunt & admirantur in illa tantã ſublimitatem, in throno tam excelſo, cum tanta ſubmiſſione: tantam maieſtatem, cum tanta in omnes, aut bonitate, aut miſericordia. Denique ipſorum inter ſe adſpectus: maximum

ximum omnibus gaudium dabit, cum videbũt locatos ſe in ſtatu tam ſecuro, in gloria tam glorioſa, & inexplicabili; tantum verò quiſque de alterius, quantum de ſua gloria gaubebit. O fœlix, ô deſideranda ſocietas!

Punctum. 3. Conſidera gaudium, quod ex ſua ſecuritate capiunt Sancti: cùm vident euaſiſſe iam ſe inſidias huius mundi, carnis, & diaboli: ſecuros ſe eſſe ab inferis, ad quos tam multos, tam miſere delapſos vident. Ex his omnibus p. vel etiam ex vnoquoque collige, expende vt in præced. medita. colloquium vt ſupra.

MEDITATIO XXVII.

PRæludium vt ſupra. Die Veneris

Punct. 1. Conſidera ſigillatim quo in ſtatu ſint bonorum tum animę, tum corpora. Anima erit abſorpta diuinitatis Oceano, & ſic in amorem Dei rapta vt quaſi in Deũ transformata viuat. Si enim Diuus Paulus eò progreſſus eſt, vt dicere potuerit: *Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus* quidni beatus quiuis poſſit dicere. *Viuo ego, iam non ego: viuit vero in me Deus* Vires animæ pleniſſima luce Dei illuſtratæ, & refertiſſimæ erunt gaudiis; cum in iis erunt actionibus, quas illarum na-

Gg tura

ſura ferre poteſt perfectiſſimas. Memoria in cõmemoratione diuinorum beneficiorum: intelligentia in aſpectu diuinæ pulchritudinis: voluntas in amore infinitæ bonitatis occupabitur.

Punctum 2. Corpus erit immortale, nulli obnoxium læſioni, leue, exile, clarum; quod ipſum ſolem ſplendore antecedat. Nec explicari poteſt, quanta in voluptate futuri ſint omnes ſenſus; quæ ibi lux, qui colores, qui cõcentus, qui ſapores, qui odores in illa fœlicitate futuri ſint. Nam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.*

Die Sabbathi repetitio omnium meditat. de cœleſti gloria.

Punctum 3. Cogita huius gloriæ æternitatem. Vere enim *momentaneũ & leue tribulationis noſtræ ſupra modum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* Quis ergo refugiat non modo breui vitæ ſpatio, ſed vel plurimis ſæculis aliquam ſibi vim facere, aliquid moleſtiæ pati, vt ad illam veniat æternitatem? finiti ad infinitum nulla eſt proportio: vide ſupra p. 549. Collige & expende vt in 3. p. medit.

23. Colloquium vt ibidem.

MEDI-

MEDITATIONES de peccatis & virtutibus.

MEDITATIO I.

ORatio præparatoria ſemper eadē. 8. Hebdó. Die Lunæ.

Primum prælud. Ponere ſibi ob oculos primam partem viſionis deſcriptæ ſupra pag 597 fluuii illius fœdiſſimi, &c.

Secundum prælud. Petere à Deo gratiam agnoſcendi grauitatem peccati, mortalis præſertim.

1. punctum. Qui peccat mortaliter, iniuria Deum afficit, eaque grauiſſima: Nam peccare mortaliter, eſt auerti à Deo vt vltimo fine noſtro & conuerti ad creaturam, proindeq; eſt quodammodo tollere à Deo quantum eſt ex parte noſtra diuinitatem, & dare illam creaturæ; eſt quodammodo rurſus crucifigere filium Dei; eſt ſanguinem Chriſti quo redempti ſumus, pollutum ducere; eſt hoſtem Dei ſe profiteri, hoſtiles inimicitias cū eo agere, viciſſimque Deum ſibi inimicum conciliare; denique peccatū infinitam aliqua ratione malitiam habet, quare infinita

quodãmodo iniuria eſt contra Deum, à quo tamen pendet homo continuè; à quo poteſt nutu etiã ſolo æternis ignibus addici; hinc pudeat te, doleaſq; grauiter, quod & facilè & toties Deum ita grauiter offenderis; veniam petas; non auderes ſic Principem offendere, & Deum audes? propone meliora in poſterũ; te adhibiturum remedia contra peccata, de quibus dictum eſt. p. 451.

2. punctum. Peccatum eſt contra Deum, noſtrum Principem, Parentem, Sponſum, Benefactorem, in omnibus infinitum; quare eſt infinita quædam rebellio, infinitum quoddam parricidium, adulterium, ingratitudo. Pudeat te, doleas, proponaſque ſimul quod præcedenti. p.

3. punctum. Conſidera circumſtantias peccati. Prima eſt ex parte peccantis: homo iniuria graui afficit Deum; homo inquam, qui tot ex cauſis debet eſſe totus Dei, ita vt omnes ſuas actiones debeat ad cultum Dei dirigere, præſertim ob quatuor illas cauſas ſupra explicatas; homo à Deo creatus, redemptus ſanguine proprio, cui eſt præparata gloria æterna in cœlo, &c. 2. Peccat in præſentia ſpectanteque Deo. 3. Vtitur peccando rebus externis, & etiam

corpore

corpore ſuo, creatis à Deo in honorem ſuum. 4 Ipſo concurſu & auxilio quod præbet DEVS ad actiones omnes noſtras, vtitur contra Deum ipſum; ſicut ſi pater iuuaret filium ad regendã manum, & ipſe filius ſic adiutus conuerteret enſem quem teneret manu, in ipſum patrem. 5. Tam facilè, ad primã v. gr. quæ occurrit cogitationem turpem, vel ad primam ſocii mali vocem. 6. Ex cauſa tam leui; ob delectatiunculam: v.gr. luxuria te inquinaſti; ob rem parui momenti peieraſti, &c. imò aliquando ſine cauſa, per iocum, irridens in hoc Deum, quem iniuria graui afficere ſic nihili duxiſti. 7. Toties. Pudeat te, &c. ſicut in præced. p.

Colloquendo cum Chriſto doleas, accuſes te de præteritis, proponas meliora in futurum, petas ab illo veniam, & gratiam aduerſus peccata; idem proportione ſeruata fac cum B. Virg. Angelo cuſtode, &c.

MEDITATIO II.

DE POENIS QVIBVS DEVS *puniuit peccatum, vnde patet quam graue illud ſit, & quàm* DEO *exoſum.*

PRimum prælud. Imaginare te videre Satanam, innumeramque propè Die Martis.

 dæ.no-

dæmonum multitudiuem, de cœlo cadentem ad ignes æternos.

Secundum prælud. Pete à Deo gratiam penetrandi quàm cauendum tibi ſit peccatum.

1. punctum. Conſidera pœnam quam Deus de Angelis peccantibus ſumpſit. Expende & vide innumeram ſpitituũ multitudinem vnà cum Principe Luciſero, primò omnibus naturæ & gratiæ donis in ſua creatione ornatã, Deoque gratiſſimã: denique contemplare illam ad æternos inferorum ignes à Deo deturbatam, vbi ſempiternis flãmis cingitur, excruciatur; deſperans omnem recuperandi facultatem, furẽs odio in Deum, ſibi grauis, nobis inuidẽs, nihil prorſus boni facere valens: denique inquire; quam ob cauſam hęc vltio? Nullam niſi ob peccatum; ob vnam ſuperbam animi cogitationem, quæ breui tẽpore durauit. Hinc 1. agnoſce peccati mortalis grauitatem. 2. Si Deus creaturas tam nobiles ob vnicum & breue peccatum ita puniuit; quid erit de te vili creatura toties peccante? 3. Pudeat te doleaſque toties & ob cauſas tam leues, te peccato mortali, quod tam graue malum eſt, inquinaſſe, teque periculo vindictæ diuinæ toties expoſuiſſe.

4. Sen-

4. Sentias in animo quã horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis; proponas meliora in futurum, remediiſq; contra peccata vſurum, de quibus dictum eſt. p. 451.

2. Punctum. Conſidera pœnam quam ſumpſit DEVS de peccato Adami, expende & imaginare te videre; quomodo eam vnà cum coniuge ſua, ob decerptum è medio paradiſi contra mandatum Domini pomum derepentè omnibus gratiæ opibus exutum eiecit è ſumma felicitate ad ſummas miſerias, ad laborem manuum, ad ſudorem vultus & quod cogitantem reddat attonitum, totam cum eo poſteritatem, id eſt, omnes homines, qui ſunt, fuerunt, & futuri ſunt, vſque ad mundi finem. Nam omnes huius ſeculi & futuri ærumnæ, vt peccatum originale, & alia, morbi, paupertas, fames, bella, & damnatio æterna, ex illo primo Adæ lapſu prodierunt. Hinc agnoſcas & ſentias illa quatuor notata in præcedenti puncto hinc inſtituas colloquium cum Chriſto, B. Virg. &c.

Die Mercurii repetitio vtriuſq; & applicatio ſenſuum.

MEDITATIO III.

Die Iouis.

PRimum prælud. Imaginare te videre Sodomam & Gomorrham igne & ſulphure conflagrantes.

1. punct. Conſidera & imaginare te videre pœnas graues quibus Deus variis ſæculis varia peccata caſtigauit; expēde & imaginare te videre quomodo totum mundum perdidit diluuio; Sodoma & Gomorrha igne & ſulphure ob libidinem conflagrarunt; ob inuidiam Dathā & Abiron hiatu terræ abſorbentur; audacia Ozæ repentina morte punitur; Ieſabelis impietas præcipitio & canum dilaceratione; ſuperbia Regis Antiochi horrendo morbo pediculari, &c. Hinc agnoſcas & ſentias ſicut in 1. pun. præced. medit.

2. punct. Conſidera pœnas quibus Deus peccata caſtigauit, ſupra variis locis relatas, reuoca in memoriam exempla ſupra deſcripta pa. 438. duorum quos dæmon abripuit viuos in tartara, & aliorum pa. 397. Hinc collige ſicut in primo pun. præced. meditationis.

3. punct. Conſidera Deum æternis ignibus punire quodlibet peccatum mortale; imaginare te videre multos in inferno æternis illis cinctos flāmis; quorum forſan multi non tot commiſerunt peccata, quot tu; quorū aliquos forſan noſti in hac vita: hinc diſce grauitatem peccati, &c. vt primo p. præced. meditationis.

Hinc

Hinc colloquium inſtitue cum Chriſto, B. Virg. &c.

MEDITATIO VIII.

Die Veneris

PRimum præl. vt in præced medit.

1. punctum Conſidera tantam eſſe cuiuſuis peccati mortalis grauitatem, vt nullius puræ creaturæ merita poſſint perfectè pro eo ſatisfacere: imò (vt docent Theologi) ſi omnium hominum, etiam eorum qui arctiſſimam egerunt vitam bona opera omnia inſuper ieiunia, orationes, &c. omniũ Angelorũ; imò ipſius Deiparæ merita, conferantur in vnum, ne quidem pro vnico peccato mortali poſſunt condignè ſatisfacere; quãto minus pro peccatis multis, quãto minus pro peccatis totius mũdi: pone velut in vna lance, expende caritatem tot milliũ martyrum in profundenda vita; tot milliũ monachorũ ieiunia, orationes, &c. tot milliũ Virginũ caſtitatẽ; adde tot millium Angelorum bona opera; adiunge omnia Deiparæ merita; ex alia parte pone peccatum quoduis mortale: maior eſt & præpõderat malitia & grauitas cuiuſuis peccati mortalis, honeſtate & bonitate omnium quæ ſupra poſuimus bonorum operum ſimul ſumptorum; tota illa multiplex bonitas non adæquat

vnius peccati mortalis malitiam. Hinc collige primò, quàm grande malum ſit peccatum mortale, & quàm graue debitum contrahas cum peccas mortaliter. 2. Quàm ſtultus ſis qui ex causa tam leui, tam facilè & toties peccas. 3. Pudeat te huius ſtultitiæ, proponaſque meliora in futurum. 4. Expende quàm graues te pœnę maneant in altera vita, dum peccata peccatis accumulas. Vide nũ humeri tui ſuſtinere tot pœnas valeant. denique collige ſicut in 3. puncto meditat. primæ.

2. punct. Scilicet peccatum quoduis mortale, malitiã cõtinet quodãmodo infinitã, & eius ordinis cui nullius creaturæ meritum poteſt reſpondere; vtpote contra bonitatem Dei infinitam, vnde ſolus Deus potuit perfectè pro ea ſatisfacere; neceſsè igitur fuit ad hunc finem Deum ipſum naturam humanã induere, in qua bonis operibus infiniti meriti & valoris (ſunt enim perſonę infinitæ) æquaret malitiam infinitã peccati, & pro ea ſatisfaceret. Collige quod in præcedenti puncto notabamus.

3. punctum. Conſidera quid Chriſtus pertulerit ad ſatisfaciendum pro peccatis, luſtra totam eius vitam, quot in cruce dura, ignominioſa, quã acerbam

bam mortem paſſus fuerit; & tamē ſingula, etiā minima, Chriſti opera, erant infiniti valoris; diſce hinc quanta ſit peccati mortalis grauitas, pro cuius ſatisfactione Deus ipſe tot paſſus ſit, & tu tam grande debitum tam facile totieſque contrahis? Collige quæ in primo puncto notaui; attende etiam indignum eſſe, Chriſtū tot feciſſe vt exſolueret peccata; & te locū illi toties dare.

Colloquiū, inſtitue grauiter te accuſando de præteritis, proponendo meliora, &c. Idem fac cum B. Virg.

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; cum applicatione ſenſuum.

MEDITATIO V.

9. Hebdomada. Die Lunæ.

PRimum prælud. Repræſenta tibi filium Regis, qui breui debebat ſuccedere in regno, ob ſcelus in patrem admiſſum iure regni priuari, tortoribus torquendum & vita priuandum tradi.

Primum punctum. Conſidera homo per peccatum mortale perdit gratiam Dei, cuius minima particula pretioſior eſt, pluſque valet (vt docet S. Thomas) diuitiis & opibus omnibus huius mundi, imò toto hoc mūdo; quàm diligenter iacturam 1000. aureorum v. gr. cauet; quàm doleret, qui eam iacturam feciſſet? & tu tam incautus es, minimè doles, &c. 2. Per gratiam filius adoptiuus Dei erat, regni eius cœle-

ſtis hæres, frater cohæreſque Chriſti, perdendo gratiam cadit ab iſtis omnibus, expende benè ſingula facta comparatione cum terrenis; quàm caueret filius adoptiuus & hæres Regis temporalis cadere ab hoc ſtatu? quàm doleret ſi cecidiſſet; & tu cadis tam ſæpè, tam facilè, &c. propone meliora, pudeat te.

2. punctum. 3. Anima in gratia, & amatur à Deo, & ipſa amat Deum, ſic mutua tunc intercedit amicitia; cum perdit gratiam, & Deus auertitur ab illa, & ipſa à Deo; quidam amiſſa gratia Principum præ dolore obierunt; & tu, &c. Expende quanti valeat hæc amicitia; quam horrendum ſit eſſe terminũ odii Dei; & tam facilè illud incurris, & in illo perſiſtis?

3. punct. 4. Perdit meritum & fructum omnium bonorũ, quæ tota vita fecit, quamquam meritum illud ſi per pœnitentiam veram reſurgat, poſtea aliqua ratione redeat. Quintò bona omnia opera, quæ facit in ſtatu peccati mortalis, non ſunt, nec fient ipſo reſurgente per pœnitentiam meritoria vitæ æternæ; quæ ſi peccato mortali careret, forent meritoria; quam ſtultum manere in peccato ſicque merito tot bonorum operum ſe priuare!

4. p. Per-

Digitized by Google

4. p. Perdit etiã paternam Dei prouidentiam; familiaritatem Spiritus ſãcti; participationem meritorũ Chriſti, ex parte virtutes infuſas, dona Spiritus S. cõmunionem bonorũ Eccleſiæ, pacem & ſecuritatem conſcientię; deniq; , quæ ſumma iactura eſt, perdit Deum ergo cum ille ſit infinitus, iacturã facit infinitam. Pudeat te toties, tam facile, &c. in peccata mortalia incidere; proponas firmiter fugam ab eis; adhibiturum te cõtra ea remedia, &c. & ſtatue quæ.

In Colloquio, humillimè pete veniam, accuſes te, propone meliora, petas auxilium contra peccata &c. implores opem B. Virg. &c.

MEDITATIO VII.

IMaginare tibi hominem cremãdum igne, ſentẽtia à Iudice in ipſum lata. Die Martis.

1. punct. Peccatum mortale, Dei odium & inimicitiam conciliat, quam horrendum odio haberi à Deo? vt 2. p. præced medit.

2. p. Cũ primũ anima in peccatũ incidit, deletur è libro vitæ, ſententia à Chriſto in cælo prolata, iure cœleſtis regni priuatur, flãmis inferorũ addicitur; à Deo deſerta, ſeruituti dæmonum ſubiicitur. & toties laberis in peccata, &

lapſus nō ſubito reſurgis? expende hæc, pudeat te, doleas, propone meliora, &c.

3 pun. Peccatum mortale hæc etiam mala adfert: turpiſſimis ſordibus animam conſpurcat; præſidio Angelico præſertim cuſtodis deſtituit, & amore; dæmoni poſſidēdam tradit; remorſum adfert conſcientiæ; periculum in grauiora peccata labendi, obligationē peccata deflendi, pudoremq; ea confitēdi, &c. expēde in vnoquoq; horū punctor. cum hæc fide Catholica veriſſima eſſe credamus, quam horribile ſit, quod tā facilè in peccatum mortale labamur. Cum tamen ad nomen ſolum peccati mortalis ita exhorreſcere deberemus, acſi fulmen de cœlo caderet, vel ſi infernus ipſe ad nos abſorbēdos dehiſceret. Pudeat te tuæ ſtultitiæ, qui toties peccas, doleas, proponas meliora, &c. Sic colloquium cōclude cum Chriſto, B. Virg &c. dolendo, accuſando te, &c.

Die Mercurij repetitio vtriuſq; meditat. Die Iouis.

MEDITATIO VII.

DE PECCATO RECIDIVO.

PRimum præludium, vt in prima meditatione de peccatis.

1. punctum. Facilis & frequens in peccata relapſus grauē meritò ingenerare recidenti debet dubitationem deſtatu animę, an per Confeſſionis & Euchariſtiæ

riſtiæ Sacramēta, quę ſępè obit recipiat grariam & peccatorum remiſſionem; tum quia gratia robur pręber ad peccata vitanda; facilis ergo poſt confeſſionem relapſus non leui indicio eſt, remiſſionem peccatorum, ſeu gratiā, per Confeſſionem nō obtentam fuiſſe; tū & maximè quia relapſus ille maximo indicio eſt, cum confeſſus eſt ſimilia peccata, habuiſſe ſolū ſimplicem quandam eorum diſplicentiam, non autem efficacem dolorem, efficacemque voluntatem abſtinendi ab his peccatis, ſi enim habuiſſet, ſanè non tam facilè recideret; at ſine dolore & voluntate illa efficaci, millies licet confiteatur peccata, & ab illis à Confeſſario abſoluatur, non habebit (vt certum eſt) per talem confeſſionem eorum remiſſionem, ſed recedit à confeſſione cum iiſdem peccatis, cum quibus ad eam acceſſit; ſi ſic communicat, non recipit per Euchariſtiam, gratiam. Igitur qui per duos annos, v. g aut plures, tam facilè relabitur, meritò vereri & dubitare debet, ſe nullius eorum omnium peccatorum quæ cōmiſit toto eo tempore, remiſſionem accepiſſe, ſine fructu cōfeſſionis & Euchariſtæ Sacramēta obiiſſe; quod ſi in tali ſtatu in morbū, qui mortis periculum

riculum creet, incidat, quàm meritò anxius eſſe de ſalute ſua debet, etiam poſt mille cõfeſſiones, liberes te ab his dubiis, quæ præſertim in morte grauiter te angent; & certam facies meliori modo quo potes, ſalutem tuam, Sacramentorumque fructum.

2. punctum. Expende illa verba ſacræ ſcripturæ. *Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quatuor non conuertam eum.* Expende quod docent Theologi, reſpectu plurimorum in pœnam & vindictam iuſtam peccatorum eorum, Deum deſtinaſſe non dare illis gratiam efficacem, qua conuertantur, ſi hunc vel illum cumulum peccatorum exceſſerint, ſi vltra tot vel tot vices, reciderint; tu qui toties recidis in eadem peccata, & toties eorum remiſſionem accepiſti (ſi tamẽ accepiſti) vide ne illud peccatum in quod antea lapſus, denuo vis recidere, excedat cumulum illum peccatorum; ſit illud ſuper quo non conuertet te Dominus, ad cuius remiſſionem obtinendã, deſtinauit Deus in iuſtam cõtra te vindictam, non dare tibi gratiã efficacem, ſine qua tamen nunquam conuerteris, ſed infallibiliter damnaberis. Incutiãt tibi hæc metũ & horrorem; ne exponas te diſ-

Amos. 2.

te diſcrimini ignium æternorum; res momenti nimis magni eſt, &c.

3. punctum. Expende ex his capitibus grauitatẽ peccati recidiui. 1. Ex ingratitudine contra beneficiũ acceptæ remiſſionis peccatorum; tam grauis hæc ingratitudo eſt, vt propter illam, peccata omnia ante dimiſſa dicantur à Theologis redire; attende quot peccata olim confeſſione expiaſti, & inde expende quam grauis ſit relapſus. 2. Hoc peccatum perfidiam & contemptum quẽdam Dei continet: recidens ſæpè facileque, impudẽtius frangit Deo fidem, quã ſi ipſi res eſſet cum viliſſimo quolibet homuncione, quod nõ caret quodam Dei contemptu.

Colloquium inſtitue cum Chriſto & beata Virgine, pro affectu.

Die Veneris. repetitio præced. meditat.

MEDITATIO VIII.

DE REMEDIIS CONTRA *peccata præſertim mortalia.*

PRæludium primum, vt in 1. meditatione de peccatis.

Die Sabbathi

Expende quæ habentur p. 451. proponas firmiter te vſurum illis remediis accuſes negligentiam præteritam, &c.

Colloquium cum Chriſto inſtituas, petendo

petendo gratiam, qua per prædicta remedia caueas in poſterũ à peccatis, petas à B. Virg. vt impetret tibi hanc gratiam, &c.

MEDITATIO IX.
DE PECCATIS VENIALIBVS.

Hebdom. 10. Die Lunæ.

PRimum prælud. Pone tibi ob oculos, quod contigit in Sileſia illi, qui temerè in hęc verba proruperat (*veniãt igitur omnes dæmones.*) Imaginare igitur te videre dæmones in formis vrſorum, luporum, hominum, &c. prandiũ paratum deuorãtes, &c. vt p. 444. ſed ne diu in hoc præludio immoreris.

2. Prælud. Pete lumen agnoſcendi grauitatem peccati venialis.

1. punctum Conſidera quod S. Thomas cæteriq́ue Theologi communiter docent, tale malum eſſe peccatum veniale, vt ſi totius mundi cõflagratio, & omnium hominum æterna damnatio, vno mendacio leui, poſſet caueri, potius permittenda eſſet totius mundi, & omnium hominum iactura, quàm proferendum mendacium, licet paruũ: pudeat te doleaſq́ue, quod tot mendacia, totque alia venialia peccata ex tam leui cauſa committas; proponas te adhibiturum remedia contra illa, &c.

2. punct.

2. punctum. Expende grauitatem peccati venialis quamque ſit Deo exoſum, ex graui pœna quibus Deus animaduertit in hac vita in hæc peccata; expende grauitatem pœnæ ſumptæ de illo nobili in Sileſia, ob temerariā oretenus diaboli imprecationē, quam tamen peccatum veniale eſſe ſupra diximus; vide p. 444. & 472: expende quid obtigerit alicui alteri p. 474.

3. punctum. Expende grauitatem peccati venialis ex iiſdem capitibus ex quibus ſupra med. 1. p. 688. expendimus grauitatem peccati mortalis: expende ergo primò, quod hoc peccatum ſit iniuria Dei, diſplicens Deo grauiter, licet non infinitè vt pecc. mortale. 2. Quod contra Deum, noſtrum Principem. Parentem, Sponſum, Benefactorem; quare eſt quędam rebellio, impietas, ingratitudo, &c. 3. Expende circumſtantias; Deum iniuria afficit homo qui tot nominibus eſt Deo obligatus: Deo vidente; toties ex cauſa tam leui abutendo in offenſam Dei concurſu Dei & rebus ab ipſo creatis in ſuā laudem. Deniq; ſæpè eiuſdē ſpeciei ſunt, vt docent Theologi, pec. veniale & pec. mortale: v. gr. detractio in re non ita graui vt notabilis

notabilis cenſeatur, peccatum veniale erit; eadem ſi creſcat aliquanto, ita vt notabilis fiat, lethifera erit vide p. 471. Pudeat te, doleaſque tot commiſiſſe; proponas ab eis fugam, &c. ſicque colloquium inſtituas cum Chriſto, B. Virg. &c.

MEDITATIO X.

Die Martis.

PRimum prælud̄ium, vt in præcedenti meditatione.

Peccatum mortale eſt vulnus lethiferum, imò mors animæ, & ab ea expellit Spiritum ſanctum; veniale eſt vulnus graue, licet non lethiferum, eſt febris animæ, contriſtat Spiritum S. caues vulnera corporis etiam non lethalia, febrim, contriſtare principem: bonus filius aut ſeruus cauet diligenter vel minima re offendere patrem, dominum; & tu non caues, &c. pudeat te, doleas, &c.

2. punct. De omni peccato veniali reddenda erit ratio in die iudicii particularis & vniuerſalis. Expendas attentè, quot peccatorum tibi erit reddenda ratio.

3. Quodlibet peccatum veniale, punitur pœna acerrima in Purgatorio; vel etiam in inferno; eaque æterna ſi homo

homo in aliquo mortali peccato decedat; expēde harum pœnarū acerbitatem, & inde diſce peccati venialis grauitatem; timeas, pudeat te, proponas fugam eius, &c. Inſtituas colloquium cum Chriſto accuſando te, petendo veniam, gratiam, &c.

MEDITATIO XI.

DE *MALIS PECCATI VE-nialis & remedium ad extirpandos defectus particulares.*

PRimum prælu dium, vt in prima meditatione de peccatis ſupra. Die Mercurij.

Expende quæ habentur p. 455. Pudeat te toties ſic deliquiſſe, tam facile, &c. Colloquium inſtitue cum Chriſto, accuſando te, petendo veniam, proponendo meliora in poſterum, &c.

MEDITATIO XII.

DE *BENEVOLENTIA DEI ſingulari erga Caſtos.*

PRimum præludium. Pone tibi ob oculos hiſtoriam deſcriptam ſuprà p. 378. Imaginare te videre duplici Die Iouis.

choro

Digitized by Google

choro hinc Chriſtum; inde B. Virginē. &c. videre duos illos Angelos, audire eorum verba, vt p. 380.

Prouc. 22. 1. punct. Expende illa verba; *qui diligit cordis mundiciem*, &c. amoremque Dei erga S. Ioannem, &c. p. 376.

2. pun. Expende benè quā ſingularem oſtēdit Chriſtus beneuolentiam Iuliano 18. annorum adoleſcenti, p. 378.

3. pu. Expende quā D. Catharinæ Senēſi p. 377. Ex vnoquoq; pūcto inardeſcas amore caſtitatis: quid maius, quid optabilius, beneuolentia Dei ſingulari erga te? hanc conciliat Caſtitas; doleas tam parui hucuſq; illam feciſſe, accuſes te proponas meliora &c. colloquendo cum Chriſto & B. Virg. eoſdem affectus rurſum exprime.

MEDITATIO XIII.

EXEMPLA CASTITATIS.

Die Veneris. PRimum præludium, vt in præcceden. medita. 1. pun. Expende exemplum Chriſti & B. Vir. vt p. 389. qui optimā partē elegerunt; cur non eligas?

2. p. Pone tibi ob oculos exemplum S. Thomæ Aquinat. adhuc adoleſcentis deſcriptū ſupra p. 380. pugnā illius & victoriā. Sanctus ille, eſt in cœlo, ſequere

viam

viam quam iniuit ſi vis ad locum eũ-dem ſcilicet cœlum peruenire: pudeat te tam facilè cadere, qui eiuſdem ferè es ætatis cum illo, &c.

3. pun. Pone tibi ob oculos 1. exemplum S. Benedicti; deinde S. Franciſci, p. 395. reuoca in mentem exempla Sodalium parthenicorũ p. 398. & 447. inardeſcas imitatione, pudeat te. &c.

Colloquium vt in præced medi. &c.

MEDITATIO XIIII.

DE CASTITATIS PRÆſtantia.

PVnctum 1. Conſidera Caſtitatẽ reddere homines Angelis ſpiritibus dignitate pares, imò ſuperiores; cur non mauis Angelus caſtitate fieri, quàm diabolus aut certè bellua, per luxuriam, &c. vide p. 384. Die Sabbathi.

2. punctum. Caſtitas par eſt martyrio, quia martyrii genus eſt; vide pa. 384. Quid præſtantius, quid magis optandum martyrio? tuearis caſtitatem, martyr eris; tot grauia tormenta paſſi ſunt martyres, vt martyrii lauream mererẽtur; pudeat te, qui vel minimũ pro caſtitate recuſas laborem & certamen; ad primum luxuriæ impetũ cadis; imò

vltrò

vltrò ſæpè coronã caſtitati promiſſam capiti tuo detrahis; propone meliora, doleas de præterito, &c.

3. punctum Caſtitas ſacrificium & holocauſtum quoddam eſt, vide p. 385. reſiſtas tentationi luxuriæ, quoties reſiſtes, toties offeres ſacrificium Deo, cuius odorem ſuauiſſimum ipſe odorabitur; offerendo hoc ſacrificium, ſacerdos quodammodo eris; quid his præſtantius; cur ob cauſam tentationemue tam leuem ab hac dignitate cadis? pudeat te, doleas, proponas meliora.

Colloquium inſtitue cum Chriſto qui de Virgine naſci voluit; Virginitatem ipſe coluit; Virgines ſpeciali amore proſequitur; dolendo de præteritis noxis, proponendo meliora; petas ab illo gratiam, &c. Idem fac cum B. V. cum Angelis, & cum martyribus proportione ſeruata.

MEDITATIO XV.

DE LVXVRIÆ FOEDITATE.

II. Hebdom. Die Lunæ.

PRimum prælud. Imaginare te videre & olfactu ſentire quod olim ſentiebat S. Catharina Senenſis, animam, cum aliquo contra caſtitatem peccato inquinata eſt, cloacæ fœdiſſimæ ſimilem,

Digitized by Google

milem, fœtidiſſimum exhalantem odorem: vide p 387.

Primum pun Expendas & velut ſentias fœtorē, quem anima libidinis immunda ſtercore exhalat, qui quàm grauis ſit, vide p.387. Cōſidera etiam, huic vitio deditos eſſe ſimiles, vt ait ſcriptura ſacra, equis & mulis, imò immundis ſuibus; vide p.286. Pudeat te fœtoris in te tanti; pudeat te in beſtiā toties versū, vide quàm vilis fias hoc peccato; propone meliora, &c. quā horreres ſi in beſtiā cōmutareris ſicut Nabucodonoſor; & tamen toties luxuriā fis beſtia, &c.

Secundum punctum. Conſidera luxuriæ lapſu hominis corpus fieri Diaboli habitationem, vide p.477 Si videres viſibiliter dęmonem venientem ad te, & volentem inhabitare in corpore tuo, nonne obſtares, ſi poſſes? pudeat te toties eidem dæmoni ſedem dediſſe in corpore tuo per luxuriam; tam facilè; ex cauſa tam leui; imò ſæpè acceſſiſſe eum; proponas meliora.

Tertium punct. Pone tibi ob oculos exempla ſupra deſcripta pa. 496. corū qui in ipſo actu luxuriæ pœnas peccati dederunt; caue ne tibi idem cōtingāt; Deus non eſt acceptor perſonarū: quid ſi tu in actu peccandi ſimiliter moreréris? pudeat te, &c. vt in pręced. p.

Digitized by Google

In colloquio petas veniam à Chriſto; demiſſis in terram oculis pudeat te; propone meliora, &c. Simile fac cum B. Virg. proportione ſeruata.

MEDITATIO XVI.

Die Martis.

PRimum prælud. Repræſenta tibi fluuium fœdiſſimũ in infernum influentem, & magnam homnium multitudinem ſecum abripientem: hic fluuius, luxuriæ eſt, magnam partem hominũ in inferos abripit.

1. p. Conſidera hoc vitium maximè cauendum: primò quia dedecet adoleſcentem, maximè Parthenicũ. 2. Quia procliuis eſt in illud lapſus 3. Difficile perfectè reſurgere ab eo.

2. punctum. 4. quia fere ſemper eſt peccatum mortale p. 343. reuoca in mentem ex meditat. præcedentibus quantum malum ſit peccatũ mortale, quàm grauis Dei iniuria, quàm grauiter à Deo puniatur, quibus bonis nos priuet, quæ mala concilier, vt in meditat. de peccatis, & p 400. ex cauſa tam leui tantum malum tibi creaſti?

3. punctum. 5. Ob Dei vbique præſentiam. 6. Quia corpus noſtrum membrum eſt Chriſti; vide p. 401. doleas de præterito; proponas meliora, &c.

In colloquio petas veniam, propone fugã ab his peccatis, vſurũ te remediis

contra

contra illa, &c. Idem fac proportione ſeruata, loquendo cum B. Virgine, &c.

MEDITATIO XVII.

Die Mercurij.

PRimum prælud Pone tibi ob oculos hiſtoriam ſupra deſcriptam p. 397. rhedam flammiferam, dæmonemque rhedarium iubentem impuro illi, rhedam illam conſcendere, &c.

Punctum 1. Conſidera inferni pœnas paratas luxurioſis; inde colligas quàm debeas vitare luxuriã; quàm inſanum omninò, propter breuem leuemq; delectationem ſe periculo ignium inferorum, imò illis ipſis ignibus ſe addicere, expẽde hoc benè; accuſes ſtultitiam tuam præteritam, pudeat te, doleas, &c. propone meliora, &c.

2. Punctum. Attende tibi moriendum, & breui, corpus tuum quod delectare vis, corrodendum à vermibus, &c. te in iudicio particulari & vniuerſali accuſandum iri & puniendum de vnoquoque peccato, &c. Hinc colligas quã inſanum ſit propter delectatiunculam corporis corrodendi à vermibus, conſentire luxuriæ, &c vt in præced. p.

3. punctum. Conſidera quàm magnũ bonum ſit, illudq; ęternum, gloria cæleſtis; expende illam amitti per quamlibet mortalem luxuriam: hinc colligas & expendas quàm inſanum omni-

nò ſit propter tam breuem delectationem, iure quod quilibet qui eſt in gratia Dei habet ad hæc bona, ſe priuare, & toties; tam facile hæc bona amittere; pudeat te, &c. vt in 1. p.

4. punct. Expende vindictam notatam in præludio, deſcriptam p. 496. & alias ibidem deſcriptas Hinc collige ſicut ex præcedentibus punctis.

Colloquium inſtitue cum Chriſto, accuſãdo te grauiter, proponẽdo meliora, petendo gratiã contra luxuriã, &c.

Die Iouis.

MEDITATIO XVIII.

PRimum prælud. Imaginare te audire vocem illam cęlitus Arſenio miſſam p. 350.

1. pun. Expende quàm fugiendæ ſint conuerſationes malæ; vide p. 348. reflectas ſupra te ipſum quoties inde peccaueris, videas in particulari quos debeas vitare; propone te illos vitaturũ, &c In aliis pũctis idẽ fac de aliis occaſionib.

Colloquium inſtitue cum Chriſto & B. Virg proponendo te occaſiones ſupradictas vitaturum, accuſando te non ſatis hucuſque declinaſſe, &c.

Die Veneris.

MEDITATIO XIX.

1. PRælud. vt in præcedẽti medita. in tribus p. expẽde quartũ remediũ; mortificationẽ triplicem, vide pa. 305. propone, &c. Colloquium vt ſupra.

MEDI-

MEDITATION XX. Die Sabbathi.

1. punctum. Expende quam vtile ſit 2. remedium, cultus Deiparæ. p 362.

2. pun. Idem expende de alio remedio, frequenti communione. p. 365.

3. punctum. Idem expende de alio, frequenti Cõfeſſione. In ſingulis punctis propone te illis remediis vſurum, incuſes negligentiam tuam, &c.

Colloquium vt ſupra.

MEDITATIO XXI. 12. Hebdom. Die Lunæ.

TRibus punctis diſtingue & expende quæ habẽtur p. 403. ſcilicet obſiſtẽdum eſſe intemperantiæ; ad primã illius tentationem; perpetuò, & fortiter; hæc de luxuria ſequũtur meditationes.

DE ALIIS PECCATIS.

PRo præludio, in ſequentibus omnibus meditationibus, pone tibi ob oculos fluuium illum ſordidum. p. 595. ex ſingulis illarum punctis excita in te affectus aliquos, accuſando te de præterito, dolendo, proponẽdo meliora, &c. ne prius tranſeas à cõſideratione vnius puncti ad conſiderationem alteram.

Colloquium, inſtitue cum Chriſto, B. Virgine, &c. dolendo, accuſando te, petendo auxilium, &c. iuxta præſcripta de meditandi modo, p. 617. & ſeq.

DE ALIIS PECCATIS Die Martis.

Medit. 22. de Gula. 1. p. Conſidera in-

Digitized by Google

comoda animæ & corporis quæ ex gula proficiſcuntur 2. p. Quantoperè hoc vitiū diſpliceat Deo. 3. p. Placet dæmoni, vt ſupra. p. 409. n. 2. 3. 4. & ſtatue te vſurum remediis n. 1. & 5. præſcriptis.

Die Mercurij. Meditatio 23. de ſuperbia. 5. punctis expende 5. cōſiderationes primis 5. numeris poſitas p. 411. & ſtatue te vſurum 5 remediis ibidem adiūctis. n. 7. & ſeq.

Die Iouis. Med. 24. de inuidia, tribus. p. expende quæ habentur p. 415. n. 3. 4. & 5 expende etiam poſita n. 1. & 2.

Die Veneris Med. 25. de obedientia & reuerentia debita ſuperioribus. 5. punctis expende quæ habentur. p. 418. 5. numeris.

Die Sabbathi. Medit. 26. contra iram & impatientiam. expende 6 punctis quæ habentur p. 421. n. 1. 4. 5. 7. 8. 9. propone te vſurum remediis ibidem pręſcriptis. n. 2. 3.

Hebdomada 13. Die Dominica. Med. 27. contra iram naſcentem ex iniuria & contumelia accepta. Expende 11. cōſiderationes ſupra poſitas. p. 424.

Die Lunæ. Med. 28. de patiētia in ægritudine. expende 9. conſiderat. totidē pūctis p. 428.

Die Martis. Med. 29. de impatiētia ex morte parentū naſcente expende 10. poſita. 429.

Di- Mercurij. Med. 30. de odio, 5. p. expende 5. conſid. poſitas. p. 432.

Die Iouis, Medit. 31. de detractione. 4. p. expende 5. 4. conſiderationes p. 433. n. 2. 3. 4. vtaris remedio poſito n. 1.

Med. 29.

Med. 32. de periurio 1. præl. Imaginare te videre dæmonē abripientē corā omnibus in tartara periuriū illum hoſpitem p 438. 1. p. Cōſidera omne periurium eſſe p. m. vide p. 468 p. verò m. quàm magnū malū ſit dictū eſt ſupra. Die Veneris.

2. punctum. Imaginare te videre, & expende benè vltionem in periurum, p. 437. 3 p. idem fac de duabus deſcriptis. p. 438. cōcipias timorem ne ſimile tibi accidat; Deus acceptor perſonarum nō eſt, doleas de præterito; proponas meliora, &c. propone te vſurum remedio præſcripto 435. n. 4. In colloquio cum Chriſto exprime hos affectus, &c.

Med. 33. De iurandi conſuetudine etiam ſine periurio, 1. præl. pone tibi ob oculos hiſtoriā deſcriptam p. 444. expende tribus punctis poſit. ſupra p. 4[illegible] n. 1. 2. 3. deinde expende vltiones huius peccati deſcriptas p. 443. 442. & 474. timeas ne ſimile tibi cōtingat; attende inde quā diſplicent Deo hæc iuramenta, &c. vt in præcedēt; meditat. propone te vſurum remedio dato p. 434. n. 4. Colloquium vt ſuprà. Die Sabbathi.

A Med. 34. cōtra Acediam. expende 5. p conſiderationes poſitas p. 437.

Med. 35. pro iis quos pudet benefacere ob reſpectus humanos variis pūctis expende, quæ habentur p. 449.

Digitized by Google

III. PARS MEDITAT.
De Beneficiis DEI.
MEDITATIO I.
DE BENEFICIO CREATIONIS.

4. & 5. Menſe. 1. Hebdomad. Die Lunæ.

PRimum præl. in hac & ſeqq. medit. idem erit cum 1. præl. meditationis de fine hominis. ſupra.

1. AB æterno prædeſtinauit te Deus, & dilexit perpetua charitate; creauit te tempore, quo ei placuit; & inter nobiliſſimas creaturas te conſtituit, nō lapidem, aut aliud quid ſimile creans.

2. Impendit tibi corpus cum membrorum integritate, complexionis ſufficiēti bonitate, & ſexus nobilitate, ad ei ſeruiendum te aptum faciens, tribuit etiam tibi animam, creās eam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ſui capacem, immortalem, & exornatā multis virtutibus, & potentiis.

3. Dedit tibi Angelum cuſtodem à tuæ conceptionis hora in vtero matris tuæ, qui te cuſtodiret, & multis beneficiis donaret.

4. Largitus eſt parentes Chriſtianos ex quib. naſcereris Chriſtianus, non Saracenus, aut Iudæus, & bonos parentes, in tempore fidei Chriſtianæ.

5. Creauit te ad gloriam, & ſui fruitio-

nem

Digitized by Google

nem; & cœlum, ignem, aerem, aquam, & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ad tuum vſum, non indigens ipſe nec te, nec illis, nec alio, quam ſua bonitate inuitatus, & illectus.

In vnoquoque p. huius & ſequentiũ meditationum pudeat te, doleas, &c. quod tam malè beneficiis reſpondeas, & quod peius eſt, in vicem beneficiorũ acceptorum, peccata, id eſt, iniurias in Deum, eaſque graues, rependas; petas veniam; propone fugã ab his in Deum iniuriis: præterea vide quid in vicem beneficiorum velis Deo rependere, quę bona opera præſtare.

In hac etiam & ſeqq. medit. in colloquio cum Chriſto & B. Virg. eoſdem affectus denuò exprime; petas veniam, proponas meliora, &c.

MEDITATIO II.

De beneficiis Gratificationis.

Die Lunæ.

1. GRatificauit te in dilectiſſimo filio ſuo, nõ parcens ei, ſed largiẽs eũ tibi in pretium, exemplum, & ſocium.
2. Dedit tibi ſpiritum ſanctum in ſignũ adoptionis, priuilegiũ dilectionis, & in auxilium deſpõſationis, ſua tibi cõmunicans dona, fructus, & inſpirationes.
3 Impẽdit tibi ſacramenta; & primò sãctã Eccleſ. vbi in diluuio peccatorũ, ſicut Noe in arca, poſſes ſaluari, donauit.

4. Abluit te Baptiſmate, in quo tibi indulſit orginalem culpam, reſtituit innocentiã, vocauit te ſuo nomine Chriſtianum in ſui memoriam, filiũ Dei, & hæredem regni cœlorum te conſtituit.

MEDITATIO III.

De beneficio Vocationis.

Die Martis.

1. PAſſus eſt te, licet poſt recepta beneficia à Deo auerſũ & per diuerſa ſcelera ad creaturas conuerſum, noluit te in tali ſtatu permanere, & damnare.

2. Te multifariam errantem, ſæpè reuocauit, modò per internas inſpirationes, modò per aliorum admonitiones, quandoque per ſcripturæ ſacræ exhortationes; & per ſuorum beneficiorum largitiones, nõnunquam per gloriæ & ſuppliciorum oſtenſionem; & aliis multis modis.

3. Donauit te bona voluntate, quæ ſuorum munerum eſt principium, mentis tuæ ſurditatem confregit, ardens deſiderium proficiendi dedit, conuerſionis obſtacula repulit.

4. Quoties ad eum conuerti voluiſti, ad inſtar prodigi Euãgelici paterno te recipit gaudio, amplexando, deoſculando, & primam ſtolam reſtituendo, & annulum.

5. Præter hæc, quod te pœnitentem recepit; de ſeculo fortaſſis te eduxit, ſicut

Loth

Loth de Sodomis, & Abrahā de Chaldæis, Noe de diluuio, & Ionam de vtero ceti, vt ventre lupi. Coniunxit te cōuentui bonorum, cuſtodiens à conuentu malignantium.

MEDITATIO IIII.

De beneficio Iuſtificationis.

1. MVtauit volūtatem tuam, vt opera pœnitētiæ, quæ tibi prius erāt amara, fierent dulcia; & quæ prius erāt dulcia, fierent amara: dando etiam tibi peccandi in hoc & in illo continentiam, quod eſt inſigne donum. Die Mercurii.

2. Dedit tibi hactenus perſeuerantiam, & conſtantiam, ſine qua nemo ſaluatur; cum multi qui melius incœperint, non perſeuerauerint. Conceſſit quoq; conſtantiæ ſpem & gratiam, ne ab incœpto deſiſteres, ſed ſperares veniam, gratiam, & gloriam te ab eo conſecuturū, de hoc te certū quaſi faciēs diuerſis modis internarum conſolationum.

3. Tribuit tibi Sacramenta ſui precioſi corporis, & ſanguinis in viaticum peregrinationis tuæ, in ſacramētum vnionis; & in ſacrificium redemptionis.

4. Exhibuit tibi ſanctas ſcripturas tanquam ſpeculum, vbi tuos defectus valeas contemplari; affectus inflammare, magis ac magis purgare, & illuminare, ac iuſtificare.

3. Tradidit ornamenta, & exercitia virtutum, quibus fœditatem tuorum peccatorũ reperires, & nõ in iuſtificatione deficeres: ſanctos tibi in exempla contulit, quibus accendaris, & inſtruaris.

MEDITATIO V.

De beneficio Gubernationis.

Die Iouis. 1. CONſeruauit te in eſſe, dãs tibi augmentum, & eſſe iucundum & ſanum, cum tu ex te ſis nihilum; te etiam conſeruauit à tantis periculis, lãguoribus, hoſtibus, &c. adhęc ſubminiſtrauit tibi victum, alimentum, domum, &c.

2. Conſeruauit propter te creaturas cæteras, miniſtrãs ſucceſſiones temporum, producens diuerſitatem florum, fructuum, &c. ad tollẽdum faſtidium.

3. Te erexit non ſolum per proſpera, ſed etiam per aduerſa, imò & circa te eſt ita ſollicitè intendens, ac ſi ei non eſſet cura aliorum, & ſemper eſt tibi præſens, omnia opera tua proſpiciens, mittitque ſemper Angelos ſuos miro ordine, qui te iuuent, dirigant, &c.

IIII PARS MEDITAT.

De præcipuis myſteriis vitæ Chriſti, & B. Virg.

EXpẽde in vnoquoq; puncto, præſertim myſteriorum Chriſti, circũ ſtãtis, quis, quid, cur, &c. vt notaui p 623.

Oratio

Oratio præparatoria ſemper eadem vt ſupra.

Primum prælud. Imaginare te eſſe præſentem myſterio ac ſi nunc peragerenur, vt dixi ſupra, p. 616.

Prima meditatio de Conceptione B. Virg. 2. De Natiuitate. 3. De Præſentatione. 4. De Viſitatione; & 5. de Annunciatione eiuſdem habentur ſupra p. 86. & ſeqq.

Hebdo. 1. Die Lunæ. 1. Die Martis. 2. Die Mercurii repetitio vtriuſq; meditat. Die Iouis. 3. Die Veneris. 4. Die Sabbathi repetitio vtriuſq; Hebdō 2. Die Lunæ. 5. Die Martis. 6.

MEDITATIO VI.

De Natiuitate Chriſti.

1. CONſidera, quomodo Dominus vniuerſi de cœlo deſcēderit, vt tibi miniſtraret, formam ſerui humilem aſſumpſerit, in ſtabulo natus ſit. Qua re ſignificauit ſe in ſuo ſeruitio nō ſuum commodum, ſed tuam ſalutem quæſiturum.

2. punct. Conſidera quoque, quomodo, vt tibi expeditius ſeruiret, voluerit naſci pauper, vt tu intelligas, eum, cùm omnia impedimenta remouerit, ſe totum in tuo ſeruitio futurum.

3. punctum. Expende exempla virtutum in natiuitate hac: in primo ſuo in hunc mundum ingreſſu eligit abiici ab omnibus, vnde naſcitur in ſtabulo; & tu quæris honores: naſci in ſūma paupertate, & tu quæris diuitias: pati frigus & alias moleſtias, & tu quęris car-

nis commoda. aut Chriſtus decipitur qui iſta ſponte elegit, aut tu grauiter erras; agnoſce errorem tuum, propone Chriſtum imitari, &c.

4. punctum. Expende quantum Chriſtus amet puritatem, voluit naſci ex Virgine, miraculum fecit ne Mater ſua virginitatem amitteret; excita te ad amorem huius virtutis.

5. punctum. Interroga Chriſtum puerum, quid illum ad induendā hanc formam puerilem, è regio cœli throno, ad ſtabulum, ad tantā ſubmiſſionem inopiam & moleſtias, impulerit? reſpondebit, amor tui & ſalutis tuæ deſiderium. Expēde verba illa D. Bernardi: *Magnus Dominus & laudabilis nimis; paru' Domin' & amabilis nimis*; pudeat te non reamare Chriſtum; offeras paruulo cor tuum; proponas te nunquam per peccatum mortale ab eius amore receſſurum. &c.

DOCVMENTA.

1. Si Seruiendo Deo, tua ſecteris commoda plus tibi ipſi ſeruis quàm Deo.

Die Mercurij repetitio vtriuſq; & applicatio ſenſuum.

2. Vis benè ſeruire DEO? remoue, quicquid vel modicum te impedierit.

3. Si talis Dominus tantum amore tui fecit, quid non facies propter ipſum? quàm iucundum tibi erit, ſi aliquid patiaris amore ipſius.

MEDI-

MEDITATIO VII.

De Circumciſione.

1. p. Conſidera, quomodo Saluator ſecũdum legem circumcidi voluerit, ad quam tamen nõ erat obligatus. Vnde die octauo amore tui non ſine ſuo dolore Patri obtulis lachrymas, ſanguinem, & puriſſimæ carnis ſuæ partem. Die Iouis.

2. Contemplare, quomodo, cùm Circuncisio id temporis fuerit peccati originalis remediũ, Christum non puduerit ſignum peccatoris circumferre, & corã mundo eiuſdẽ culpæ reũ haberi, vt tuas culpas inciperet expiare.

Cogita, bonum Dominum ſe ea in re plus humiliaſſe, quàm in Natiuitate: nam in hac ſe ſeruum, in circumciſione verò ſe exhibuit peccatorem, ſeruo viliorem.

DOCVMENTA.

Die Veneris

1. A præceptorum obſeruatione non te abſterreat labor, quia Christus, vt pareret legi, ſuum profudit ſanguinem.

2. væ illi, quem peccare non pudet, pudet autem frequentare Sacramenta, quæ ſunt peccati remedia.

3. In imitatore Chriſti, cum ætate debet creſcere humilitas.

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; cũ applicatione ſenſuum

MEDITATIO VIII.

De Purificatione: habetur ſupra p. 94.

MEDI-

MEDITATIO IX.

Hebdo. 3. Die Lunæ.

De infantia IESV.

1. p. CONſidera, quomodo Chriſtus, cùm triginta annos expectare ſtatuiſſet, vt initium daret prædicationi, & ſe Saluatorem mundi demonſtraret, interea elegerit ſubeſſe parentibus ſuis, & cum omni humilitate & promptitudine illis obedire.

2. Contemplare, quomodo Dominus noſter hoc ſuo exemplo demonſtrarit perfectionem viuendi in obedientia, quæ ſicut ob ſalutē ſecurior eſt, ſic propter gloriam magis eſt meritoria.

3. p. Conſidera, qua ſubmiſſione Rex Angelorū poſt tēpus aliquod contemplationi datū, nūc matri ſuæ ſanctiſſimæ ſeruiat, nunc opem ferat Ioſepho.

DOCVMENTA.

1. Verus obediens debet promptè obedire, & ſeruire, etiamſi ſapientior, ſanctiorque ſit ſuo ſuperiore.

2. Quo vitæ ſtatus perfectior eſt, hoc homo plus obligatus eſt ad opera perfectè exercenda.

3. Tunc obedientia tua grata erit Deo, quando coniuncta erit cum humilitate, quæ eius eſt mater.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIO X.

Chriſtus inter Doctores.

1. p. COnſidera, quomodo Dominus noſter, cùm duodecim eſſet annorum, à matre ſua, & Ioſepho ductus fuerit Hieroſolymam ad ſolemnitatẽ Paſchæ, ibiq; (parentibus in Nazareth regreſſis) manſerit, vt Patri cœleſti honorem deferret. Die Martis.

2. p. Erat tunc temporis Saluator noſter in templo, quaſi in Patris ſui domo; & ſedens inter doctores, ſuis interrogationibus prudentibuſque reſpõſis tantam lucem rebus diuinis attulit, vt doctores obſtupefacti fuerint ob eius prudentiam & modeſtiam.

3. p. Veriſimile eſt bonum Ieſum triduo illo in ciuitate humiliter ad vitam ſuſtentandã eleemoſynam emẽdicaſſe.

DOCVMENTA.

1. Vbi agitur de amore Dei, aut animæ ſalute, poſthabẽdi ſunt etiam parentes.
2. Proximus iuuatur bona doctrina, quia illa mens eius illuſtratur, at multò magis modeſtia, & exemplo bono, quo ad virtutem permouetur.
3. Diſcipulus Chriſti non eſt, quem pudet eſſe pauperem, & more pauperis viuere.

Die Mercurij repetitio vtriuſq; cũ applicatione ſenſuum.

DE-

Digitized by Google

DE PASSIONE CHRISTI.

IN vnoquoque puncto paſſionis Chriſti expende præſertim hæc quatuor: quis patitur; quid; pro quibus. Ex vno quoque diſce 1. Quàm turpe & ſceleratum ſit peccatum, quandoquidem tanta ad illud expiandum paſſus eſt Chriſtus. Quomodo autem poterit Deus maius ſignum odii ſui in peccatum oſtendere, quàm quod occidit proprium filium, vt occidat peccatum?

2. Quàm graues ſint pœnæ inferni; quandoquidem, vt liberaremur ab illis, Chriſtus voluit ſubire infernum quendam dolorum & pœnarum.

3. Quantum ſit beneficium gratiæ & gloriæ, cum tantum meritum neceſſarium fuerit ad eam obtinendam.

4. Dignitatē hominis & animæ valorem, cum Deus tantum pretium exſoluerit pro illa.

5. Quàm bonus, pius. & ſuauis ſit Deus.

MEDITATIO XI.

De Agonia in horto.

Die Iouis.

1. Conſidera quantus fuerit amor Chriſti erga nos, vt qui voluerit ſudare ſanguinem pro nobis, & tam amarum calicem bibere pro ſanandis infirmitatibus noſtris, vt nos vnà cum ipſo dulciſſimum calicem biberemus in patria cæleſti.

Digitized by Google

117

2. Conſidera acerbitatem pœnarum, dolorum grauitatem, agoniam nunvisam, nunquam auditam.

3. Magnam humilitatem & reuerentiam qua precatus eſt patrem cœleſtē. oſtendendo illi ſuum ſanguinem & acerbum illud ac triſte ſpectaculum, quale nunquam viſum eſt in toto mũdo, nec vnquam videbitur.

4. Modum orandi & perfectiſſimam eius reſignationem in manus patris; nec enim aliud volebat; quam vt inſe puriſſima & ſimpliciſſima Dei voluntas perficeretur.

5. Perſeuerantiam in orando eodem modo, & quòd eo prolixius orabat, quò maiorem patiebatur agoniam. Vnde & confortatus eſt ab angelo, & exauditus à patre animosè obuiam proceſſit ſuis inimicis. Ex his pũctis, pudeat nos, doleamus, cũ propoſito melioris vitę, cõfundamurq;. (ſimileq; in vnoquoq; p. ſeq. med. faciendum, vt in ſingulis notabitur)

1. Quod ne vnam quidem guttulam ſanguinis pro amore Dei effuderimus, & ne minimæ quidem tentationi reſtiterimus

2. Quod tam longè abſimus à deſiderio patiendi pro Chriſto, tam prompti ad liberandum animam à pœnis.

Quod

3 Quod tam paruam curam habeamus ſalutis noſtræ, cum tantam habuerit Christus Dominus noſter.

4. p. Quod ſimus tam pigri in recurrẽdo ad Deũ in tribulationibus, tã puſillanimes, parũ reſignati in volũtate Dei.

5. p. Quod in oratione tam ſimus impatientes, & ob minimam rem diſtrahamur, faſtidiamus, & tandem deficiamus. Interſere aliquem horum affectuum poſt cuiuſque puncti meditationem, nec in fine ſolùm totius meditationis eos in te excites.

Colloquium. gratiis Deo ob tantum amorem actis, poteris petere gratiam ſemper recurrendi in tribulationibus ad eius auxilium, vſurpando illũ ipſum modum orandi, quò vſus eſt Chriſtus.

MEDITATIO XII.

De Flagellatione Chriſti.

Die Veneris

FLagella, quæ paſſus eſt Chriſtus in columna, fuerunt plurima, acerba, crudelia, & hominum infamium propria, Dicitur enim quod acceperit ictus ſexies mille, ſexcentos ſexaginta, cùm tamen ſecundum legem non potuerũt ei infligere vltra quadraginta. Nec immanitatẽ tantã experti ſunt duo latrones. Imò nuſquam legimus vel à gente

maxi

maximè barbara vni homini, etiam ſceleratiſſimo, tot eſſe inflicta vulnera.

PVNCTA CONSIDERANDA.

1. Conſidera hic, quaſi Chriſtum ipſum videres dolore & confuſione plenum ad te dicentem. Hæc amore tui libenter patior.

2. Et rurſum quaſi dicat, Vide quo me pertraxerit tua vanitas, tua peccata, tuæ ſuperbiæ.

3. Conſidera amorem, qui ſolus fortiter eum alligatum tenuit columnæ.

4. Confuſionem, quam patiebatur: & cruciatus, quos ſentiebat, inflictos à gente infami.

5. Magnam patientiam & manſuetudinem Chriſti & crudelitatem illorum carnificum.

CONFVSIO.

1. Quod tantum amorem parùm compenſemus.

2. Quòd tam parum de hoc doleamus; de rebus autem minimis mundi huius doleamus.

3. Quòd tam ſenſuales ſimus, cum ſolæ noſtræ ſenſualitates & mūdanæ voluptates eū alligauerint & flagellauerint.

4. Quòd pudeat nos loqui de DEO, & benefacere, cum non puduerit Chriſtū & ligari, & nudum atrociſſimè cædi in columna.

5. Quòd

Digitized by Google

Die Sabbathi repetitio vtriuſq; meditat. & applicatio ſenſuum.

5. Quòd toties peccatis noſtris flagellauerim' eum, qui nūc glorioſus regnat in cœlo, tamque parui eum faciamus.

MEDITATIO XIII.

De Coronatione Chriſti.

4. Hebd. Die Lunæ. 1

1. Conſidera maximum Chriſti dolorem quem tunc ſenſit.

2. Quantus fuerit eius amor ad hunc dolorem ſuſtinendum impellens.

3. Quòd magnam ſenſerit confuſionem, cùm res fuerit valdè ignominioſa, vt dictum eſt.

4. Quòd id factum ſit ab iis, quos tantis beneficiis affecerat.

5. Quanta humilitate, patientia, manſuetudine, modeſtia, & gaudio hæc omnia amore noſtri tolerauerit.

CONFVSIO.

1. Quòd ſuperbia noſtra eum coronauerit, & ſæpè adhuc coronet ſpinis.

2. Quòd ne verbum quidē vnum contra honorem noſtrum ferre poſſimus, cum tot feramus contra honorem Dei.

3. Quòd tam parum memores ſimus tantæ charitatis, & tam ingrati.

4. Quòd tam longè abſimus à deſiderio patiendi pro Chriſto.

5. Quòd propter res etiam minimas tam ſimus impatientes, tam iracundi, tam arrogantes.

MEDI-

Digitized by Google

MEDITATIO XIIII.

CHRISTVS BAIVLAT *crucem ſuam.*

Die Martis.

1. Compatere Chriſto, qui tum cùm maximè illi quieti opus eſſet, cogitur acerbum onus illud ſuſcipere.
2. Conſidera promptitudinem eius in ſuſcipienda & ferenda cruce.
3. Humilitatem maximam.
4. Charitatem plenam patientiæ, & patientiam plenam charitatis.
5. Crudelitatem Iudæorum, in eum qui eiuſdem erat cum ipſis nationis, & eum qui decus erat & ornamentum totius patriæ.

CONFVSIO.

1. Quod nos tantoperè adhorreamus ab omni cruce.
2. Quòd tam facile murmuremus in tribulationibus:
3. Quòd ſimus adeò ſuperbi, ac ſi Deus nobis eſſet obligatus, nec omne malum meruiſſemus.
4. Quod cum ſciamus crucem eſſe viam ad cœlum, tam parum de ea cogitemus.
5. Quod ſimus tam crudeles nobiſipſis, & tam diſſimiles Chriſto & Sanctis.

Die Mercuri; repetitio vtriuſque & applicatio ſenſuum.

MEDI-

MEDITATIO XV.

DE CONTVMELIIS PERpeſſis à Chriſto.

Die Iouis.

1. Conſider. tot ſputa fœtida in benedictam faciem iniecta.

2. Tot alapæ datæ ab hominibus tam vilibus, miſeris & infamibus.

3. Tot genera veſtium quibus fuit indutus, nunc albæ, nunc rubræ, ac ſi fuiſſet ſtultus.

4. Velatio faciei & colaphizatio, dicẽdo, *Propheti᷒a, quis eſt qui te percuſſit?*

5. Veſtis purpurea & arundo in manu, qua ſanctiſſimum caput eius fuit percuſſum; irridẽdo illũ, & vocando Regẽ.

6. Tot teſtimonia falſa in eum dicta.

7. Quod toties proclamatus ſit per omnes vrbis plateas ſeductor, in qua paulò ante cum tanto honore erat receptus.

8. Quod tot modis fuerit irriſus à magnis & paruis, diuitibus & pauperibus, ſacerdotibus & ſecularibus, atq; etiam ab illis, quos paulò ante multis beneficiis affecerat. Et his certè conuenit bene conſiderare, quis patiatur, quid, quare, pro quibus, &c.

CONFVSIO.

1. Quot nos Chriſtiani nunc excogitamus genera pœnarum contra ipſum?

2. Quod

2. Quod ſocii ſimus Iudæorum cõtra Chriſtum, pro quibus paſſus eſt.
3. Quod tam facilè ſentiamus, ſi vel minimum quid perferendum ſit.
4. Quod nos vermiculi nolimus ab aliis vel vnum dici verbulum, quod nobis diſpliceat, nec moueri nobis vnum capillulum; cum tam multa dicta ſint contra Chriſtum.
5. Quod tam longè diſtemus à vita & moribus Chriſti, cum tamen velit nos eſſe ſui imitatores.

MEDITATIO XVI.
De eius doloribus.

I. Conſidera, paſſus eſt Chriſtus in omnibus membris: nam caput fuit coronatum ſpinis. Oculi cooperti lachrymis & ſanguine. Facies plena ſputis. Aures obrutæ iniuriis. Lingua potata felle & aceto. E ſacra barba euulſi pili. Manus transfixæ clauis. Latus apertum lancea. Humeri lacerati flagellis. Pedes transfoſſi duris clauis. Totum corpus vulneratum, diſtractum & dilaniatum. Die Veneris.

2. pun. Conſidera hos dolores fuiſſe grauiſſimos. 1. Quia ex ſe ſunt valdè graues. 2. Ob teneritudinem corporis Chriſti miraculoſe cõpacti, quod multo perfectius, delicatius, & ſenſibilius erat omnibus hominum corporibus.

3. Quia fuerunt puri dolores omnis conſolationis expertes. Denique vt habet S. Thomas, exceptis cruciatibus purgatorii & inferni, dolores Chriſti fuerunt omnium qui in hoc mūdo aut tolerati ſunt, aut vnquam tolerabuntur, maximi.

3. pun. Paſſus eſt Chriſtus in corpore, fama, honore, facultatibus, (vt cum ſtaret nudus) & amicis qui eū relīquerunt & negarunt.

Diſce ex vnoquoque puncto quæ notaui in initio meditationum paſſionis Chriſti. p. 718.

MEDITATIO XVII.
De Crucifixione Chriſti.

Die Sabbati.

1. Dolores quos in cruce ſenſit omniū quos ſentire potuit, maximi.

2. Ignominia extrema, cum videret ſe pendere nudum in medio latronum, in loco infami, in præſentia tot hominum.

3. Quod non claui, nec quicquam aliud, ſed ſola charitas erga genus humanum, retinuerit eum in cruce.

4. Quod interim, dum illi tollebant ei veſtes, vitam, famam, pro illis Deum orabat.

5. Quod omni conſolatione deſtitutus, totus omninò immerſus fuerit doloribus.

CON-

Digitized by Google

CONFVSIO.

1. Quod tã alieni ſimus à patiendo pro Chriſto, qui tanta paſſus eſt pro nobis.

2. Quod non fidamus commendare vitam noſtram in manus eius, qui tam alacriter vitam ſuam dedit pro nobis.

3. Quod ſimus tam cupidi opum & honorum huius mundi, quos tantoperè contempſit Chriſtus.

4. Quod tantoperè timeamus mori, cum ſciamus & Chriſtum mortuum eſſe, qui eſt via & porta ad cœlum.

5. Quod amori Chriſti, qui nec opũ, nec honorum, nec vitæ ſuæ propter nos vllam rationem habuit, non aliqua ex parte reſpondeamus.

MEDITATIO XVIII.

De Reſurrectione Chriſti.

1. p. Imaginare te videre Chriſtum reſurgentem, & prodeuntem è ſepulchro glorioſum; collaudantes Angelos, ſanctoſque, &c. lætare cum illis de gloria Chriſti alioſque in te affectus excita. 5. Hebdo. Die Domin.

2. Contemplare gloriam corporis Chriſti, vt p. 674. p. 1. & p. 677. p. 2. excedit enim illa gloria, gloriam aliorum corporum Sanctorum.

3. Conſidera, *oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam*; & tu intrare vis per delitias, honores, &c. Die Lunæ. Repetitio eiuſdem.

Digitized by Google

MEDITATIO XI

1. p. Imaginare te videre C
aſcendentem, collaudantes A
penetrantem cœlos.

2. p. Contemplare quomoc
ptus à Patre & Angelis in cœlo
pſe, tum ſancti qui cum illo a
runt. Expende vt in 3. p. præced

Die Mercurii repetitio præced. meditat.

3. p. Conſidera qualis ſit cœleſ
bitatio, vt p. 651. p. 1. Expende
illius æternitatem, vt p. 677 p. 3.

MEDITATIO XX.

Die Iouis.

1. p. Contemplare Chriſtum i
memorem noſtri; Spiritum S. de
tem ſuper omnes; illum qui eſt
diuinus, donatum nobis; per illu
ctos nos filios adoptiuos Dei. I
illum venientem: reames Deum,

2. p. Conſidera quomodo ſe pra
uerint B. V. & Apoſtoli ad Spirit
recipiendum. Imitare.

3. p. Expende quid operatus
Spiritus ſanctus in iis ad quos deſc
amorem, feruorem, &c. Hinc vide
Spiritus ſit in te, an ſanctus: an
mundanus aut diabolicus: ex af
cognoſces.

Die Veneris.

Meditat. de morte B. Virg. me

Die Sabbati.

eiuſdem aſſumptione vide p. 196.

FINIS.

1. Q
Chr
2.
vita
ala

Digitized by Google

NOV. 1969

Digitized by Google